

AD
DE
MS
A-24

No A
3-382

~~Handwritten scribble~~

~~25
7~~

POSTAGE
CANADA
Rate A
Value 03
3820

25/137

240-8-27

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17



24a 8-27



Del. Col. de la Comp. de M. de L. Canab. 78

DISSERTATIONIS

PHILOLOGICÆ R. 2634

DE SCRIPTORIBVS

ECCLESIASTICIS,

Quos attigit Eminentiss. S. R. E. Card.

ROBERTVS BELLARMINVS,

TOMVS SECVNDVS.

Auctore PHIL. LABBE, Bit. S. I. T.

*Cui præter Diatribam de Aimo Historiæ
Francicæ Auctore, adjuncti sunt plusquam
XX. Indices omnibus pernecessarij, cum Re-
gia Epitome Patriarcharum, Regum, Imp-
Pontificum; Versibus Technicis ante & post
Christum; Abaco Chronologico per sæcula
mundana, Romana, Christiana; aliisque
Observationibus & Additionibus.*



PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis &

Reginæ Architypographum, viâ

Iacobæâ, sub Ciconijs.

M. DC. LX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



LECTOREM

BENEVOLVM

Iterum saluere iubeo.



N tibi, CHRISTIANE LECTOR, alteram Dissertationis Philologicæ Partem de Scriptoribus Ecclesiasticis à Card. Bellarmino in aciem productis. Omnes vno volumine comprehendere non potui. Obstitit ingens eorum copia, quæ de singulis dicenda occurrunt. Neque tamen omnia exhausti: supererit post messem hanc quamvis sat vberem & spicilegio locus, si Deus vitam produxerit; nec tuus nobis defuerit fauor. Vnum hoc vereor, ne dicendo verum irritauerim, ut aiunt, crabrones. Quidquid sit, necdum manum de tabula, nec calamum de manu tollere institui. Scriptores Ecclesiasticos Bellarmino aut ignotos aut contemptos, aut post

LECTOREM.

eius obitum luci publicæ datos eadem
 methodo explicare aggredior : Dein
 Bibliothecam Vniuersalem Chronicam.
 Si quis nostra vellicare voluerit, Bonum
 factum : si appositè , gratias agam im-
 mortales , errorémque fateri nunquam
 detrectabo : sin secus, Coronidem à no-
 bis aliquam expectet similè Marefiana,
 si fuerit Heterodoxus Ecclesiæ perduel-
 lis. Quid enim verò optatius , quàm vt
 mihi , *quod de S. Hieronymo docet alicubi*
Seuerus Sulpitius, iugis aduersus malos pu-
 gna , perpetuúmque certamen, conscif-
 cat odia perditorum. Oderint me Hæ-
 retici, quia eorum vitia erroresque impu-
 gnare non desinam : dummodo omnes
 me boni diligant, verèque dicant, *Catho-*
lica hominis scientia , sacra doctrina est.
Totus semper in lectione , totus in libris est :
aut legit semper aliquid , aut scribit. Noli
 illis placere, quibus ipsa displicet virtus,
inquit sui seculi Phœnix, sed illud Apo-
 stoli tibi semper sit ante oculos : *Oportet*
Deo magis placere , quàm hominibus. Faxit
 hoc precibus tuis , quas enixè postulo,
 exoratus Deus ; vt omnibus qui Chri-
 stiana professione censemur ; vna sit FI-
 DES mentium , & PIETAS actionum.

PHILIPPI

PHILIPPI LABBEI
 BITVRICI
 SOCIETATIS IESV,
 DISSERTATIONIS
 DE SCRIPTORIBVS
 ECCLESIASTIGIS,
 Quos Card. Bellarminus attigit,
 PARS ALTERA.

VINCENTIVS LIRINENSIS
PRESBYTER,

CAP. LXII. COMMONITORIUM.

EXemplum adhibuimus sancti Concilij
quod ante triennium ferme in Asia apud
Ephesum celebratum est VV. CC. Basso An-
tiochôque Coss. Vbi cum de faciendis Fidei
regulis disceptaretur, ne qua illic forsitan
profana nouitas in modum perfidiæ Arimi-
nensis obreperet, vniuersis Sacerdotibus, qui
illd ducenti ferme numero conuenerant, HOC
CATHOLICISSIMUM, FELICISSIMUM,
ATQUE OPTIMUM FACTUM VISUM
EST, VT IN MEDIUM SANCTORUM
PATRUM SENTENTIAE PREFEREN-
TUR, quorum alios Martyres, alios Con-
fessores, omnes verò Catholicos Sacerdotes
fuisse & permansisse constaret; vt scilicet ritè
atque solemniter ex eorum consensu atque de-
creto antiqui dogmatis religio confirmaretur,
& profanæ nouitatis blasphemia condemna-
retur.



DE SCRIPTORIBVS
ECCLESIASTICIS,

Quos attingit

CARDINALIS BELLARMINVS,

Differtationis Historicae

Et Philologicae

PARS ALTERA.

L.

Lactantius Firmianus. Bell. p. 93.

L. COELIVS Lactantius Firmia-
nus, hoc est ex Firmo Piceni oppido
oriundus, vt volunt quidam, siue
ex Possentino, aliisque natione Afri-
canus, Arnobij Siccensis in Numidia Rhetoris
auditor, Cicero Christianus à plerisque meri-
tò nuncupatus, quasi quidam fluius Tullia-

næ eloquentiæ, vt verbis Hieronymi vtar, la-
 cteus ac mellitissimus orator, cùm digressus
 ex Africa & Nicomediæ in Bithynia litteras
 oratorias accitus doceret circa annum Christi
 302. Diocletiano & Maximiano Imperatori-
 bus, vidit Templum Dei euerti, vt testis est
 libro 5. de Iustitia Dei capite secundo. Postea
 Crispum Constantini Magni ex Mineruina
 filium Latinis literis eruditus vir omnium suo
 tempore eruditissimus, sed aded in hac vita
 pauper, vt plerumque etiam necessariis indi-
 geret, inquit S. Hieronymus in Chronico ad
 annum olympiadis CCLXXIV. I. Christi 317.
 Idem Hieronymus in ep. 13. ad Paulinum
 & 83. ad Magnum, in Apologia ad Pamma-
 chium & Oceanum, in Expos. Epistolæ ad
 Galatas libri 2. cap. 4, & Catalogi cap. 80.
 atque inde Honorius Augustodunensis, Da-
 masus Papa ep. quæ est 124. inter Hierony-
 mianas, Gelasius Papa in Decreto de libris
 Apocryphis, atque vt cæteros omittam Tri-
 themius, Lud. Viues in cap. 23. libri 18. de
 Ciuitate Dei, Antonius Raudensis, Michaël
 Thomasius, Billius, Bar. Bell. Poss. & alij de
 eo plura, vt mihi mindè necesse sit de eius
 operibus disputare, quæ in omnium manibus
 sunt, atque exceptis Carminibus; de quibus,
 ac præcipuè de eo, quod de Phœnice inscribi-
 tur, nonnulli dubitant, & Ethnicò homini
 vindicant, genuini sunt factus: Aut, quod ab
 instituto meo longiùs abest, eiusdem natus
 errorisve refutare. Id abunde præstitit Rau-
 densis, quem tamen Philadelphus, alijque ar-
 guunt.

de Scriptoribus Ecclesiasticis. §

Luëtatij Placidi Grammatici non Laëtan-
 tij Rhetoris sunt Argumenta in singulas fabu-
 las Metamorphoseon Ouidij, & Annota-
 tiones in Statij Thebaidem & libros quinque
 Achilleidos, in quibus Boëthius, Seduliusque
 allegantur, Vide Gyraldum in Historiâ Poëta-
 rum, Tiliobrogam præfatione in Statium,
 Theophilum in Erotematis, &c.

Lambertus Schafnaburgensis. Bell. pag. 293.

L A M B E R T V S Schafnaburgensis, non
 vt quidam, A Schaftemburgensis, & cœno-
 bij Hirsfeldensis in diœcesi Moguntina ab an-
 no 1058. alumnus, quo vestem Monasticam ex
 Meghineri Abbatis manibus, vt ipsemet nar-
 rat, accepit, & Presbyter ordinatus Hieroso-
 lymitanum iter in scio Abbate aggressus anno
 sequenti medio mense Septembri ad Mona-
 sterium suum rediit. Is culto ac veraci stylo
 scripsit *Historiam ab orbe condito ad annum*
1077. quæ habetur in Collectione Rerum
 Germanicarum. Continuatio Monachi Erfor-
 densis vsque ad annum 1471. non accedit ad
 præcedentis Historiæ dignitatem, sed homi-
 nem sapit parum accuratum atque elegantem.
 De Lamberto plura dabunt Liplius, Ios. Sca-
 liger, Vossius, Barthius, alijque. Possseuinus
 addit ex Trithemio scripsisse præterea Chro-
 nicon breue quidem, sed non inutile, Mona-
 sterij sui Hirsfeldensis, quod in Buchonia silua
 inter Hassiam Thuringiamque constructum
 est. Verum illud nec vidi ego, nec sicubi excu-
 sum sit, scio. A iij

Landulfus Carthusianus. Vide Ludolfus.

Lanfrancus Cantuariensis. Bell. pag. 283.

LANERANCUS, natione Italus, patria Papiensis, ex Priore Beccensi, ac deinde Abbate S. Stephani Cadomensis, Archiepiscopus Cantuariensis & Angliæ Primas ab anno 1070. vsque ad annum 1089. quo mortuus est die 24. Maij feria quinta iam ab anno 1059. acerrimè disputauerat cum Berengario coram Nicolao II. Romano Pontifice in Concilio Romano, eumque ita conuicerat, vt librum suum in ignem conieceret. Sigbertus Gemblacensis cap. 155. de Viris Illustribus Berengarium dicit ab ipso Nicolao Papa Romæ in Concilio 93. Episcoporum ad eum conuictum fuisse, vt ipse suis manibus ignem accenderit, & scripta sua combusserit, iurarique se non amplius talia dicturum, non docturum, non scripturum. Quia tamen neglecto iuramento postea scripsit, contra præfatam Synodum, contra Catholicam veritatem, contra omnium Ecclesiarum opinionem, & nominatim contra Humbertum Cardinalem Siluæ Candidæ Episcopum; rescripsisse ad ea Lanfrancum & posito alternatim suo & Berengarij nomine, alterutras sententias distinxisse. Honorius Augustodunensis libelli Quarti de luminaribus Ecclesiæ cap. 14. in pauca contraxit. Paulò plura Trithemius, quem vide cum recentioribus, vt omittam Guillelmum Pi-

stauensem de Gestis Guillelmi Ducis Normannorum ac Regis Angliæ pag. 198. Historicorum Normanniæ ab Andrea Duchesnio editorum, Edinerum Monachum libro 1. Vitæ S. Anselmi, Willelmum Malmesburiensem libro 3. de Gestis Regum Anglorum & de Præsulibus Cantuariæ, Ordericum Vitalem libro 4. similesque Anglicarum Neustricarumque rerum Scriptoros.

Domnus Lucas Dacherius, Monachus Benedictinus, opera eius, quæ reperire potuit Parisiis edenda curauit anno 1647. hoc ordine post eiusdem Vitam ex codice MS. Beccensi descriptam.

Commentarius in Epistolas B. Pauli.

Libellus de Corpore & Sanguine Domini, contra Berengarium, sæpius excusatus tum seorsim, tum in Bibliothecis Veterum Patrum atque à mendis repurgatus per Ioannem Vlmerium Priorem Canonico-rum Regularium S. Martini apud Louanienses.

Annotatiuncula in nonnullas Ioannis Cassiani Collationes Patrum.

Decreta pro ordine S. Benedicti, siue Statuta Monachis in Anglia Benedictinis præscripta, quæ Clemens Reynerus Duaci edenda curauit, inquit Miræus.

Epistolarum liber, & ad eas editoris Notæ & Obseruationes.

Pericope orationis, quam in Concilio Angli-cano habuit.

De celanda confessione libellus, & ad eam Notæ.

In Appendice continentur

Chronicon Beccensis Abbatiae: Vitae Herluini primi, Guillelmi tertij, Bosonis quarti, Theobaldi quinti, & Letardi sexti Abbatum Beccensium: De nobili genere Crispinorum: Vita S. Augustini Cantuariensis Archiepiscopi: Hugonis Lingonensis Tractatus de Corpore & Sanguine Domini, & Durandi Troarnensis in Neustria Abbatis liber de eodem argumento.

Laonicus Chalcondyla. Bell. pag. 397.

LAONICVS Chalcondyla, (sunt etiam qui Nicolaum pro Laonico appellant, cum idem sit apud Græcos Νικόλαος ἢ Λαόνικος Λαόνικος ἢ Νικόλαος) Atheniensis vixisse perhibetur circa annum 1464. aut 1470. vt alij volunt. Vidi quoque, qui affirmaret vitam pro rogasse vsque ad 1490. De eo Bell. Vossius, atque ex iis pro more Miræus.

Historiam de origine & rebus gestis Turcarum decem libris comprehensam, ab anno 1300. vsque ad annum 1463. ab Othomane Orthogulis filio ad Mahometis II. Turcarum Imperatoris tempora perduxit, quam Latine reddidit Conradus Clauserus Tigurinus, additis in margine quibusdam annotationibus, quæ merito à Censoribus Romanis damnatæ sunt. Sequitur brevis Appendix vsque ad annum 1565. Vtraque Græcè & Latine inter

Historiæ Byzantinæ Scriptores excusa est anno 1650. in Typographiâ Regiâ, cum Annalibus Sultanorum ex interpretatione Ioannis Leunclauij eiusdem supplemento & Pandectæ Historiæ Turcicæ ac Glossario V. C. Caroli Annibalis Fabroti Iuris vtriusque Doctoris celeberrimi, qui operam studiumque suum contulit.

S. Laurentius Iustinianus. Bell. pag. 398.

LAURENTIUS Iustinianus, Patricius Venetus, Bernardo Iustiniano patre, matre Quirina natus, ex ordine Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Georgij in Algâ, vt vocant, (non verò Ordinis Cælestinorum, vt habet Possuinus) ab anno 1431. Venetiarum Episcopus, tum primus eiusdem ciuitatis ab anno 1450. dictus Patriarcha, vir sanctitate ac doctrina eximius, ad Deum migravit die 8. Ianuarij anno ætatis 74. Christi 1455. vt testatur, tum subscriptio imaginis eiusdem Beati viri ad viuum expressæ atque arcæ marmoræ impostæ Venetiis in Templo B. Petri Castelli, tum qui eius vitam ad Monachos Carthusienses scripsit capitibus 12. distinctam, Bernardus Iustinianus fratris filius, quæ eius operibus præfixa est in folio excusis Lugduni anno 1568. hoc ordine:

Lignum vite, Scriptum anno 1419.

De Disciplina & Spirituali perfectione, ann. 1420.

De casto connubio Verbi & anime, an. 1425.

Fasciculus amoris, anno 1426.

De triumphali agone Christi, an. eodem.

De interiori conflictu, an. 1429.

De complanatu Christiana perfectionis, an. eodem.

Sermones de Festis Christi, Deipare & Sanctarum, num. 39. aut 40. an. 1431.

De vita solitaria opus, an. eodem.

De contemptu mundi, an. 1432.

Opera ab ipso iam senex in Episcopatu scripta.

De spirituali interitu anime liber unus.

De eiusdem resurrectione spirituali qua per mediatoris Dei & hominum Christum Iesum fit gratia ipsius multipliciter operante liber 2.

De regimine & institutione Prælatorum.

De obedientia.

De humilitate.

De gradibus perfectionis.

Epistola eius ad diversos, & diversorum ad eum.

In Catalogum Sanctorum relatus est anno 1524. à Clemente Papa V II. ne quid omisisse videar.

S. Leo I. Papa. Bell. p. 202

S. LEO Magnus, natione Tuscus, primus hoc nomine Romanus Pontifex per annos 20. & menses undecim ab anno 440.

vsque ad diem 11. Aprilis anni 461. quo obiit Leone & Maioriano Imperatoribus. De eo Gennadius cap. 70. Catalogi, & ex eo Honorius libelli secundi cap. 69. Anastasius Bibliothecarius aut quis alius libro de Romanis Pontificibus, Photius cod. 52. Ioannes Trithemius & recentiores cum Baronio. Errant verò qui auctorem fuisse volunt Sententiarum, siue Canonum, qui in secundo Concilio Arausicano fuerunt de Gratia & libero arbitrio definiti, neque ad eum misit Prosperum Aquitanum, vterque enim iam pridem migrat ad cælos, cum celebratum fuit præside S. Cæsario Concilium illud Arausicanum secundum. Omnia eius opera sæpe sæpius prælum fuerunt experta Romæ, Coloniae, Antuerpiæ, Parisiis, Lugduni, &c. tum seorsim cum SS. Maximi & Chrylogi Homiliis, aliorumque opusculis.

Index sermonum S. Leonis I. Papæ.

In Anniversario die Assumptionis sue ad Pontificatum, Sermones tres.

De collectis, & eleemosynis, Sermones quinque.

De ieiunio decimi mensis, & Collectis ac Eleemosynis, Sermones octo.

In solemnitate Natiuitatis D.N.I.C. Sermones decem.

In solemnitate Epiphania D.N.I.C. Sermones octo.

De Quadragesima, Sermones duodecim. Quin-

tus reperitur inter Augustinianos 63. de Tempore & Octauus est ibidem 33. vnde insulsa in his similibusque Roberti Coci similiúmque argumentatio Sermones illos dubiæ esse fidei.

De Passione Domini, Sermones nouendecim,

De Resurrectione Domini, Sermones duo.

De Ascensione Domini, Sermones duo.

De Pentecoste, Sermones tres.

De ieiunio Pentecostes, Sermones quatuor.

In Natiuitatem Apostolorum Petri & Pauli, Sermones duo.

In Octauam eorundem Apostolorum, Sermo vnicus.

In Natiuitatem SS. VII. Fratrum Machabeorum Martyrum, Sermo vnicus.

In Natiuitatem S. Laurentij Martyris, Sermo vnicus.

De ieiunio septimi mensis, Sermones nouem.

Contra hæresim Euycheis, Sermo siue tractatus.

De Transfiguratione Domini, Homilia vnica.

In Euangelium Festi omnium Sanctorum. Rideliculus pro more Riuetus similésque exhibendi nugatores Heterodoxi, qui dicunt, aut Sermonem hunc spurium esse, aut saltem titulum confictum fuisse, cum hoc festum institutum fuerit à Greg. IV. Papa. Quis enim tam hebes aut plumbeus, qui hoc non videat factum à Collectoribus, aut Amanuensibus occasione Euangelij ex capite V. Matthæi quod suo tempore videbant ab Ecclesia selectum

fuisse, vt in die omnium Sanctorum recitaretur. Neque in eam rem citandus erat Petrus de Natalibus, dignus certè Riucto auctor, ac valdè ad faciendam fidem, si solus sit, idoneus. Verùm Riueti peccata castigabimus, Deo dante, plenius in Examine Heterodoxorum. Sanè si quis librarius imperitus superiori sermoni titulum De Festo Transfigurationis D. N. I. C. adscripsisset, an idèo vt spurius ab eruditis Criticis esset explodendus, qui norunt festum illud à Callisto III. anno 1456. institutum? Castigandus quoq; obiter Hottingerus qui SS. omnium festum an. demum 610. institutum affirmat quod Riuetus ad tèpora Gregorij IV. adeoque an. circiter 830. retulit.

In Natale S. Vincentij Martyris, Sermo vnicus. Falsè ad scriptus S. Augustino de Sanctis Sermonibus 13.

De Martyribus, Sermo: alterius planè auctoris, Reperitur inter Sermones S. Augustini de Sanctis, num. 47.

Sermo S. Leonis Papæ de Natalisuo, ex cod. MS. Nicolai Fabri.

De Collectorum die.

De decimi mensis ieiunio.

Alia S. Leonis I. Papæ opuscula.

Decretales Epistolæ siue Decreta Apostolica, & familiares ad amicos literæ numero 105. quarum est

I. Ad vniuersos Episcopos per Campaniam, & Picenum, vel Tusciam, & per vniuersas prouincias constitutos.



X. Est celeberrima illa ad Flavianum CP. Episc. contra Eutychetis perfidiam & hæresim, de qua Concilium Chalcedonense Actio-
ne 4. Episcopi Galliæ Tomo I. Conciliorum Sirmondi, & apud Biniū aliósq; Gelasius Papa in Decreto de libris sacris & apocryphis, ubi dicit anathema iis, qui Epistolam illam sancti Leonis integram, & vsque ad vnum iota non recipiunt. Vnde mirum plerisque videri solet, quod asserit Gennadius Massiliensis verbo Prosper, & post eum Marcellinus Comes in Chronico, Epistolam illam insignem à S. Prospero scriptam fuisse. Quid verò si apud Gennadium legas, vt mihi legendum videtur; Epistolæ quoque Papæ Leonis aduersus Eutychem de vera Christi Incarnatione, & ad diuersos datæ, ab ipso dictæ dicuntur.

XLVIII. Sanctæ Synodo apud Chalcedonem constitutæ inscribitur; Verum, vt rectè obseruat Baronius ad an. 451. V. Kal. Iulij Adelphio Consule nondum quicquam de loco Concilij fuerat constitutum. Amanuensis ergo aut Collectoris hic error, non ipse Leonis, locum ex post facto adnotantis.

LXIV. Ad Martianum August. de Pascha post Paschasini Lilibetani Episcopi de eodem argumento Epistolam.

LXXIX. Ad Nicetam Episcopum Aquileiensem.

LXXXI. Ad Anastasium Thessalonicensem Episc.

LXXXVIII. De priuilegio Archiepisco-

porum & Presbyterorum ad vniuersos Germaniæ atque Galliæ Ecclesiarum Episcopos non est S. Leonis, sed ab aliquo medijs aui confarcinata ex Concilio secundo Hispanensi aliisque.

XCII. Ad Rusticum Narbonensem Ep.

XCIII. Ad Turibium Asturicensem Ep.

XCVI. Ad Episcopos & Presbyteros intra Tertiam (mendosè Thraciam) prouinciam constitutos: vt Clerici sæcularia iudicia non expetant. R. P. Iacobus Sirmondus, & post eum Claudius Robertus, Aubertus Miræus, ac plures alij monuerunt hanc epistolam non esse S. Leonis, sed scriptam ad Episcopos Turonensis Prouinciæ, quæ est Tertia Lugdunensis, à S. Leone Bituricensi Archiepiscopo, Eustochio Turonensi similiter Archiepiscopo, & Victorio Cenomanensi Episcopo. Vide pag. 119. Tomi I. Conciliorum Galliæ & subiectas notas.

XCVII. Ad Leonem Augustum aduersus blasphemias Nestorij & Eutychetis, &c. in qua multa ex veteribus Patribus testimonia congeruntur.

Has dumtaxat ad specimen selegi, cæteris omissis; iis præsertim, quæ ab Episcopis diuersarum Prouinciarum ac ciuitatum ad S. Leonem fuerunt missæ.

SequiturTRACTATUS eiusdem Papæ aduersus errores Eutychetis, & aliorum Hæreticorum, ex MS. Vaticano probè nota editus, cui subiicitur ex MS. codice Illustrissimi Viri Iacobi Augusti Thuani Epistola Petri Chrysologi

Rauennensis Episcopi ad Eutychem Presbyterum.

De Conflictu Vitorum & Virtutum, consule quæ supra diximus V. Augustinus, & V. Isidorus Hispalensis.

Guillelmus Perkinus, projectæ audaciæ nebulo, epistolas 46. 84. & 92. stramineis argumentis labefactare aggressus est, quas tamen Riuetus eiusque gregales pauld pudentiores, vt synceras amplectuntur, sed vt eorum similibusque euitent pondus atque auctoritatem eleuent, non minori impietate se obstringunt: Calvinus Dux gregis, ait, hominis esse supra modum gloriæ & dominationis auidi *φιλομαχιωδης*, Franc. Iunius, vt à patria sua, sic à maiorum suorum Catholica fide extorris, docet Leonis Epistolas factum clamare: Witakerus Angliæ bustum, in iis Pontificij spiritus in Leone rugientis notas agnoscit, vocésque Leonis suam sedem ac dignitatem efferentis non esse magni faciendas deblaterat: Riuetus, ne quid inausum aut intentum pestifera malignantium sineret colluuius, ringentem Leonem inducit, subiungitque horum temporum, hoc est eiusdem, quo Chrysostronus, Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, vixerunt, sæculi Romanos Pontifices, plerosque quidem (sed amabo, cur non omnes?) in fidei doctrinâ orthodoxos, sed in politia & sedis prærogatiua ambitiosiores fuisse, quàm oportuit, quæ verba breuiator Riueti Hottingetus sibi non esse omitenda duxit: addò verum est gregem integrum sæpe cadere vnus

vnus porrigine porri, vnamque vicina liuorem ducere ab vna. Infelices tæque miseri, qui in iudices suos omnium sæculorum consensu atque approbatione consecratos tam effusè debacchantur, contumacium reorum more, qui eos, à quibus iustè damnati sunt & certissimæ morti addicti, probris ac conuitiis in summa rerum suarum salutisque desperatione onerare non verentur.

S. Leo IX. Papa. Bell. p. 279.

BRVNO Hugonis Comitis Dagshurgensis & Engeshemensis filius, Conradi I. Imp. salici dicti consobrinus, ex Tullenis siue vrbs Leucorum Episcopo, electus anno 1049. consecratusque est in Romanum Pontificem assumptoque Leonis IX. nomine per annos 5. menses 2. & dies 7. vixit, vsque ad diem 19. Aprilis anni 1054. quo sanctissimè obiit virtutum & miraculorum laude insignis cum Tullensem suam Ecclesiam alteri quamdiu vixit tradere noluisset. De eo Wibertus Archidiaconus à Sirmundo editus, aliique qui Vitam illius scripserunt, Anselmus Remensis Monachus, qui teste Sigeberto cap. 152. de Viris Illustribus Itinerarium eius scripsit hætenus ineditum, Desiderius Abbas Cassinensis in Dialogis MSS Lambertus Schanaburgensis, Hugo Flauiniacensis nuper in lucem emissus, Sigebertus in Chronico & cap. 149. Catalogi, vbi inter cætera docet propter cantus in honore Sanctorum ab eo composi-

tos S. Gregorio I. Papæ meritò comparandum, Auctor vitæ S. Arnulphi Sueffionensis Antistitis, Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis & de Viris Illustribus ord. S. Benedicti. Ex recentioribus verò plura de eo Baronius, & de eius genere R. P. Hieronymus Vignerius Oratorij D. N. I. C. Presbyter in Stemmate Genealogico Familiarum Alsaticæ, Lotharingicæ, Halpurgicæ, &c. Parisiis anno 1649. excuso.

Opera eius, quotquot reperiri potuerunt, edita sunt Colonia anno 1568. cum operibus S. Leonis Magni satagente Laurentio Surio Carthusiano, & Antuerpiæ anno 1583. per Canonicos Regulares S. Martini Louanienfis emendata, cum iam antea Louanij anno 1565. ex officina Ioannis Bitkmani Leonis huiusce noni *Sermones* atque *Epistola* tam *Decretales* quam *familiares*, quibus etiam ditatos reperias *Annales Ecclesiasticos* Tomòsque *Conciliorum*, prodiiissent.

Leo Ostiensis. Bell. p. 296.

LEO Maricanus ex Cassinensi Monacho ac Bibliothecario S. R. E. Cardinalis & Episcopus, primùm Sueffanus in Regno Neapolitano, deinde Ostiensis factus sub Paschale II. Papa. Obiit die 12. Maij, sed quo anno ignoratur. Viuebat adhuc post annum 1112. idèbque Miræus peccat, qui dicit eum obiisse anno 1110. quo verè tum scribebat.

Chronicon Cassinensis Monasterij libris tribus

distinctum, à tempore S. Benedicti, vsque ad Desiderium eiusdem Cassini montis Abbatem, qui anno 1085. post Gregorium VII. electus est Papa Romanus dictus Victor II. obiitque anno 1087. editum est Venetiis anno 1513. apud Lazarum Soardum, ac deinde anno 1603. Parisiis, cum Aimoini Monachi Historia Francica, aliisque curante Domno Breulio ord. Bened. Videndi de Leone, tum Petrus Diaconus eiusdem cœnobij Monachus cap. 31. & 40. Chronici sui Cassinensis, quod à quibusdam liber quartus numeratur, & adtextitur operi Leonis Maricani tanquam appendix, tum ex recentioribus Arnoldus Wion in Ligno Vitæ, Baronius, Posselinus, &c.

Leo Sapiens Imperator. Bell. p. 273.

LEO Sapiens, siue Philosophus vulgò dictus, Basilij Macedonis filius, Imperator Orientis hoc nomine sextus, ab anno 886. quo pater eius defunctus est, vsque ad diem 7. Iunij anni 911. quo ipse Constantinopoli obiit, relicto filio Constantino Porphyrogenito. De eo Leo, aliique Theophanis Historiæ Continuatores, Scylitzes, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, &c. De eius operibus hæc accipe.

I. Illustrissimus Cardinalis Baronius in *Annalibus Ecclesiasticis* ad annum 911. texuit *Syllabum Orationum Leonis Imperatoris* ex codice Vaticano Græco, exhibuitque ibidem *Epistolam Encyclicam siue Orationem Parane-*

vicam ad quoscumque Christi fideles scriptam ad bene beatæque viuendum Latinè redditam à Federico Metio Termularum Episcopo. Meminit quoque Epistolæ eiusdem Imp. ad Omarum Saracenorum Regem de Fidei Christiana mysteriis & veritate, variisque Saracenorum Hæresibus & blasphemis, à Sebastiano Champerio Lugdunensi ex Chaldaica in Latinam anno 1509. conuertæ, & à Margarino Bignæo Tertio Tomo Bibliothecæ Veterum Patrum recufæ.

II. *Canticum Compunçionis ex meditatione extremi Iudicij*, Latinè è Græco redditum à R. P. Iacobo Pontano Soc. I E S V prodiit Ingolstadij apud Adamum Sartorium anno 1603. ex Bibliotheca Bauarica, vnà cum Simeone iuniore de Fide & moribus siue Christianis siue Mysticis, ac deinde in Bibliothecas Veterum Patrum translatum.

III. R. P. Iacobus Gretferus eiusdem Societatis Theologus anno 1600. in eadem Ingolstadiensi vrbe vnà cum S. Gregorii Nysseni Ep. Commentario duplici in Psalmorum inscriptiones, edidit Græcè ex Latinè eadem Bauarica Bibliotheca, Leonis Imp. nouem orationes. *Sacras*. I. *In Sepulturam Christi*. II. *in Resurreccionem eiusdem*. III. *in Ascensionem*. IV. *In Pentecosten*. V. *In Festum Palmarum*. VI. *In Assumptionem B. Virginis*. VII. *In Annunciationem eiusdem*. VIII. *In Decollationem S. Ioannis Baptista*. IX. *In omnes Sanctos*.

IV. In Auctario Bibliothecæ Parisiensis à

de Scriptoribus Ecclesiasticis. 21

R. P. Francisco Combessio Ord. Præd ad ornato, & Græcè Latinèque edito an. 1648. à columna 1605. Tomi I. ad 1750. editæ sunt decem Orationes hoc ordine: I. *In Natiuitatem B. Maria*. II. *in eiusdem Presentationem*. III. *in Annunciationem*. IV. *in Occursum Domini*, seu Deiparæ Purificationem. V. *in Festum Palmarum*. VI. *in Domini sepulturam*. VII. *in eiusdem Resurreccionem*. VIII. *in Ascensionem Christi* ἡ ἀνάστασις τοῦ κυρίου ἡσυχαστος. IX. *In Pentecosten*. X. *in sanctæ Mariæ obdormitionem*, cum breuibus ad eas notis, quas consule.

V. Idem R. P. Iacobus Gretferus Tomo III. de Cruce publici iuris fecit eiusdem Leonis *Orationes in S. Ioannis Decollationem*, in omnes sanctos, & in S. Crucis exaltationem.

VI. R. P. Petrus Possinus eiusdem Societatis Theologus edidit G. & L. Tolosæ anno 1644. orationem eiusdem Imp. de S. *Nicolas Myrensi Episcopo*.

VII. Apud Sauillum Tomo VIII. operum S. Chrysofomi excusa est Græcè tantum eiusdem Leonis *Oratio in sanctum Ioannem Chrysofomum*, siue Epitome eorum, quæ fufius tradidit Georgius Alexandrinus.

VIII. *Oracula & Vaticinia varia de Constantinopoli*, cum figuris atque antiqua Græca peraphrasi edidit post Georgij Codini Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis in Typographia Regia anno 1655. Latinèque reddidit cum Animaduersionibus necessariis & Manuclis Chrysolozæ Epistolis tribus de

Comparatione Veteris & Nouæ Romæ V. C. Petrus Lambecius Hamburgensis. Eadem G. & L. edita libro V. Variarum lectionum Ianni Rutgersij Lugduni Batauorum in 4. 1618. apud Elzauirios.

I X. *Tactica*, siue, *de instituendis aciebus ac bellico apparatu*, Latine edita sunt Basileæ apud Michaelæm Itingrenium anno 1554. auctore Ioanne Checo Cantabrigiensij Anglo, cuius versionem hæreticis sordibus maculatam pluribus ostendit Posseuinus noster, tum in Apparatu sacro, tum in Bibliotheca sancta. Idem liber Græcè & Latine prodiit Lugduni Batauorum in 4. cum notis Ioannis Meursij & anno sequenti 1613. ibidem post Claudij Eliani *Tactica* G. & L. excusa cum noua interpretatione & notis Sexti Arcerij. Italicè editit Philippus Pigafetta in 4. Venetiis ann. 1586. & 1602.

X. *Opus Basilicorum* ingens & Herculeum, quod ἐπιτομή τῆς βίβλου nominatur, in 60. libros diuisum. Cuius partem aliquam Iacobus Cuiacius Iurisconsultorum Phœnix, alique Latine ediderant: Integrum verò septem Tomis ex MS. Regiæ Bibliothecæ Græcè & Latine vulgavit anno 1647. apud Cramosios Fratres V. C. Carolus Annibal Fabrotus I. C. Synopsin Basilicorum cum Glossis. Nomicis ediderat anno 1608. Carolus Labbæus Biturix in Curia Parisiensis Aduocatus.

XI. *Nouella Constitutiones*, quas Latine reddidit Henricus Agyleus, ediditque Ioannes Oporinus Basileæ.

XII. Additur à quibusdam *Iuris Epitome*, quæ meris definitionibus & regulis constat.

Hippolytus Maraccius Lucentis in Bibliotheca Mariana pollicetur *Mariæ* huiusce Imp. ex orationibus eius in B. V. contextum à Ioanne Matthæo Caryophillo Cretenfis, Archiepiscopo Iconiensis Latinitate donatis. Lectorem quoque ad Cæsares suos Marianos allegat, quos nondum vidi.

Leontius Byzantius. Bell. p. 125.

L EONTIUS Byzantinus, ex Aduocato, vel vt quidam alij scribunt, ex Ecclesiæ CP. Presbytero, Monachus in Laura sancti Sabbæ prope Hierosolymam non scripsit ante Quintam Synodum Œcumenicam vt Bellarminus, neque Iustiniani Magni Imp. tempore floruit, vt Baronius contendit, sed ad extrema Iustini Iunioris & Tiberij tempora, ac forte etiam Mauricij Imperium peruenit. Nam in Actione quinta de Sectis inter Alexandrinos Antistites extremum numerat Eulogium, qui sedit ab anno 581 ad annum 604. atque sub Phoca obiit, cuiusque nonnulla excerpta siue Eclogas subministrat Photij Bibliotheca. Errant qui eundem esse putant cum Leontio Byzaceno cuius meminit Cyrillus in vita S. Sabbæ Abbatis cap. 95. & in Vita sancti Quiriaci Anachoretæ, quique asseritur Origenistarum erroribus imbutus, & Theodori Mopsuesteni sectator: noster è contra Leontius Origenem & Origenistas refellit, inuehi-

turque in Theodorum Mopsuestiæ, Diodorum Tarfi, & Nestorium CP. Antifites.

Excerpta, ex ore Theodori Abbatis religiosissimi & doctissimi Philosophi Diuinis pariter externisque litteris eruditi *de Sæctis Hæreticorum ac Synodo Chalcedonensi*, distincta in Actiones decem extant G. & L. interprete Io. Leunclauio, tum seorsim cum Legatione Manuelis Cœnenni ad Armenos in 8. Basileæ 1578. in 8. tum in Auctario Bibliothecæ Veterum Patrum an. 1624. & Tomo XI. Morellianæ pag. 493.

Eiusdem, vt creditur, Leontij libri tres *aduersus Eutychnianos & Nestorianos*: Item, *aduersus fraudes Apollinaristarum, libri duo*: *solutiones argumentorum Seueri*: *Dubitationes Hypotheticæ* & *definitiones contra eos, qui negant in Christo duas naturas*, Latine tantum à R. P. Francisco Turriano Soc. IESV Theologo reddita habentur Tomo IV. Antiquæ Lectiois Henrici Canisij, & in Bibliothecis Veterum Patrum.

Idem porrò mihi videtur cum Byzantio Leontius Constantinopolitanus, qui scripsit *librum de duplici natura in Christo contra hæresim Monophysitarum*: & *Disputationem contra Philosophum Ariannum*, quæ MS. dicitur seruari in Bibl. Imp. Viennæ Austriæ: Esto in duos tres ue etiam secuerit Possseuinus delusus hic, vt sepe aliàs à Gesnero, eiusque Epitomatoribus.

Leontius Cyprinus. Bell. pag. 136.

LEONTIUS, Neapoleos, vulgò *Lemissa*, siue *Nemofia*, in Insula Cypro Episcopus, (vnde corrigas velim eorum errorem, qui Constantiæ siue Salaminæ, modò *Famagosta*, Antistitem appellant) peruenit ad annum vltique circiter 620. vt patet ex vita S. Ioannis Alexandrini Patriarchæ, qui ob eximiam in pauperes misericordiam dictus est, vt loquitur Sigebertus cap. 57. de Viris Illustribus, Eleemosynarius; qui obiit die 23. Ianuarij anni 616. Quæ Vita in septima Synodo Generali laudata est Actione quarta, vbi Constantius Constantiæ Cypriorum Episcopus testatur eum floruisse tempore Mauricij Imp. (qui cæsus est anno 602.) multasque laudationes & homilias scripsisse, atque inter ceteras, de I. C. D. N. Transfiguratione, quæ perriisse videtur, aut cum blattis vineisque alicubi luctatur in membranis. Baronius ex veteri versione VII. Synodi auctore Anastasio S. R. E. Bibliothecario male collegit, atque ex eo Possseuinus, plurisque alij Leontium scripsisse post Euagrium scholasticum, *ὅτι πάλιν*, Turbationes, siue bella & seditiones sui temporis, vel, vt quidam, Tribulationes, quas Ecclesia Dei passa est tempore Gregorij Magni Pont. Max. & Mauricij Imp. Delusus enim vetus ille Interpres *ἀπὸ τοῦ Σαλίου*, quod erat Epitheton S. Simeonis, qui stultitiam vecordiamque simulabat, cuiusque vitam Leon-

tius noster scripserat, *προς σαλως* numero multitudinis legit: quam obseruationem debemus R. P. Heriberto Rosweido, in notis ad librum primum de Vitis Patrum, & Vossius ex eo fonte abluit priorem maculam in altera editione Historicorum Græcorum. S. Ioannes Damascenus oratione 3. de Imaginibus, citat eiusdem Leontij apologiam pro Christianis contra Iudæos, atque ex eo ni fallor libro excusum est locus ille, seu Fragmentum libri, contra Iudæos, quod extat pag. 1. Tomi XVI. postremæ Parisiensis Bibliothecæ veterum Patrum. Habentur quoque Tomo I. Auctarij G. L. posterioris à col. 681. ad 738. Orationes duæ I. in sanctum Simeonem senem, qui Christum Dominum in suas vlnas suscepit. II. in Festum diem mediæ Pentecostes *μεσοπεντηκοστής*, in cæcum à natiuitate, &c. Videndus quoque Hortus Crucis R. P. Iacobi Gretseri.

Liberatus Diaconus. Bell. p. 230.

LIBERATVS, Carthaginienſis Eccleſiæ Archidiaconus, vixiſſe dicitur anno 560. ſaltem certum eſt ſcripiſſe poſt annum Chriſti 546. ac fuiſſe vnum ex Defenſoribus Trium Capitulorum cum Facundo Hermianenſi, Viçtore Tononenſi, aliſque pluribus Affricanis. De eo, eiùſque in pluribus ſuſpecta fide conſulendi Baronius ad annum 435. de Theodoro Mopſueteſto & 518. de Vigilio & Siluerio Romanis Pontificibus, & Bellarminus tum loco citato, tum in Controuerſiis

libro 4. de Pontifice Romano cap. 10. Voſſius, Binius, Poſſeuinus, aliique.

Breuiarium de cauſa Neſtorij & Eutycheiſ capitibus 24. comprehenſum, reperitur in Tomis Conciliorum Generalium poſt V. Synodum hoc initio: Peregrinationis neceſſitatibus deſatigatus & aliquatenus feriatuſ animo à curis temporalibus duarum hæreſeum, hoc eſt Neſtorianorum & Eutycheianorum, ex Eccleſiaſtica Hiſtoria nuper de Græco in Latinum tranſlata, & ex Geſtiſ Synodalibus, vel SS. Patrum Epistolis, hoc Breuiarium collegi, neçtens temporum curricula illa, quæ in Græco Alexandriæ ſcripto recepi, vel grauiffimorum hominum didici narratione fideli, &c.

S. Linus. Papa.

Bell p. 50.

S LINVS, S. Pauli Diſcipulus, & S. Petri in ſede Romana ſucceſſor per annos vñdecim, menſes 2. dieſque 23. ab anno 67. ad annum 78. quo obiit die 23. Septembris martyrium pro fide Chriſtiana paſſus, Sigebertus cap. 5. libri de Viris Illuſtribus Linum primum poſt Petrum Papam ſcripiſſe Græco ſermone martyrium Petri & Pauli vno die paſſorum, & Orientalibus Eccleſiis deſtinaiſſe affirmat, vna cum auctore Actorum SS. Nerei & Achillei, quæ Surius edidit, ac Trithemio, Sixto Senenſi, aliſque recentioribus perſuaſit. Verùm ſanior longè eſt eorum ſententia, qui cum Baronio ad annum 69. Claudio Eſpencæo, Bell. Poſſ. Biſciola, Ioanne

Maria Brasichetano, aliisque Catholicis, vt eorum simios Heterodoxos omittam, con- tendunt pseudepigraphos esse libros illos duos, qui inscribuntur

De Passione SS. Petri & Pauli Apostolorum ad Ecclesias Orientales, fueruntque editi Græcè quidem Tomo I. Orthographorum Basilæ anno 1550. Latine vei dè Parisiis post Commentarios Iacobi Fabri in Epistolas S. Pauli, in Historia Patrum Laurentij Barræi, in Bibliothecia Veterum Patrum Margarini Bignæi, necnon in Coloniensi, &c. De S. Lino Eusebius in Historia & Chronico S. Irenæus, Epiphanius, Hieronymus, Optatus, aliique præsertim recentiores Pontificiæ Historiæ scriptores.

S. Lucas Euangelista

Bell. p. 46.

S LVCAS, patria Antiochenus, professione Medicus, vnus è quatuor I. C. D. N. Euangelistis, indiuiduus Comes peregrinationum S. Pauli, saltem ab anno Christianæ æræ 49. vsque ad annum Neronis Imp. 2. eiusdem æræ Christi 56. quo Romam cum Apostolo venit. Quo anno mortuus sit, non constat. Die 18. Octobris creditur obiisse natus annos ætatis 84. De loco quoque ac genere mortis eius controvertitur. Vide S. Hieronymum cap. 6. Catalogi, aliisque locis, Baronium, Possesinum, aliosque recentiores, eos maxime, qui eius *Euangelium* aut *Acta* Commentariis illustrarunt.

Lucianus Presbyter.

Bell. p. 139.

LUCIANVS Presbyter, vir sanctus, Gamaliele reuelante, S. Stephani primi Martyris & quorundam aliorum Sanctorum reliquias inuenit anno Christi 415. Ioanne Episcopo Hierosolymis prædente mense Decembri Honorio X. & Theodosio VI. Aug. Coss. & epistolam ad omnes Ecclesias scripsit vnà cum S. Auito Presbytero Bracarensi, qui tunc in Hierosolymis degebat, vt docent Idatius Lemicensis cum in Fastis tum in Chronico, Gennadius Massiliensis cap. 46. & sequenti, vbi asserit eundem Auitum Presbyterum, Hispanum genere, ante relatum Luciani Presbyteri scripturam in Latinum transulisse sermonem, & addita epistola sua per Orosium Occidentalibus edidisse, Marcellinus Comes in Chronico, Honorius lib. 2. cap. 46. Nicephorus Call. libri 14. cap. 9. Beda, Vsiardus, Ado, aliique Martyrologi. Sigebertus cap. 15. Euodius Vzalensem in Africa Episcopum tradidit scripsisse librum de Miraculis in Africa ostensis per reliquias Stephani Protomartyris quas detulit in Africam Orosius S. Augustini discipulus. Verùm libri duo, qui modo habentur præ manibus omnium, ad Euodium quidem illum conscripti sunt, sed non ab ipso met Euodio, de quo & supra diximus alia occasione. Scripsit quoque Seuerus Balearis insulæ minoris Episcopus de miraculis ope S. Stephani perpetratis, qua de re vniuersa vide

Baronium an. 415. 417. 418. in notis ad Martyrologium Romanum, ex S. Augustino libro 22. de Ciuitate Dei cap. 8. quod solum sufficere potest homini *ἀνδοσία* ad execrandam Lutheri, Caluini, Bezae, similiūque Apostatarum impietatem, ne tres eius sermones de diuersis & Epistolam 103. ad Quinctianum commemorem, S. Prospero Aquitano vt dr lib. de prædicatione dimidij temporis cap. 6. Greg. Taronenſi, aliisque.

Luciani narratio & Epistola Auisi, extant apud Surium die 3. Augusti, in Historia Patrum Laurentij Barræi, aliisque libris insertæ.

Lucifer Calaritanus. Bell. p. 110.

LUCIFER, Calaritanæ Ecclesiæ in Sardinia Episcopus, acerrimus Arianorum aduersarius, eorum factione anno 355. in exilium missus est. De Regibus Apostaticis scripsit paulo ante mortem Constantij Imp. quæ accidit anno Christi; 61. sub Iuliano Apostata reuersus ex Palæstina, in qua exulabat, in Italiam venit, atque inde in Sardiniam cæteris Catholicis paulò infensior, qui damnata nimia eius austeritate pro bono pacis atque unitatis Ecclesiasticæ in lapsos redeuntēsq; ad bonam frugem hæreticos benigniores videbantur. Sunt qui anno 371. obiisse velint saltem Valentiano seniore adhuc viuente defunctus est, & antequam S. Ambrosius in obitum Satyri fratris sui orationem habuit. Lucifer se à

nostra, inquit, tunc temporis communionem se iunxerat, quanquam pro fide exulauit, & fidei suæ hæreses reliquit. Sardiæ ac Vercellenſes eum publicè vt sanctum colunt. Vide Seuerum Sulpitium, Rufinum, Socr. Soz. Theod. S. Aug. libro de hæresibus & de Agone cap. 30. S. Hieronymum cap. 95. Catalogi, in Dialogo aduersus Luciferianos, in Chronico, &c. atque ex recentioribus Baronium eiusque Epitomatorem Spondanum ad annum 362. ubi multa pro eius sanctitate congestit ex actis publicis quæ Miræus exscripsit in Mantissa, Posseninum, aliosque cum Petauio Tomo II. Theologicorum Dogmatum ubi de illo schismate plura.

Opera eius omnia, quorum nullum reuocatur in dubium, nequidem ab Heretodoxis Nouatoribus, recensuit Bellarminus eo ordine, quem seruant in editone Parisiensis apud Michaëlem Sonnum anno 1568. procurante Ioanne Tilio Meldensæ Ecclesiæ Episcopo, cuius epistola præmittitur ad Pium V. Papam & subiciuntur quædam scholia.

Ludgerus. Bell. p. 257.

SLVYDGERVS, patria Frisius, ex pago Virvno prope Dockomium oriundus, Monasteriensis in Westfalia siue Mimigardeinensis primus Episcopus, floruit sub finem Octauæ sæculi & initio nono, obiit anno 809. die 26. Martij. De eo Ditarus in Chronico, Othelgrimus qui vitam eius duobus lib. scri-

psit editis à Surio & plenius à Browero nostro, Io. Trithemius, Additiones ad Vluardi Martyrologium, Ioannes Leidenfis, Crantzius, Possseuinus, Vossius, Suffridus, Miræus in Fastis Belgicis & in Bibliotheca, &c.

Vita S. Gregorij Vltraiektensis Ep. edita anno 1616. Moguntiz operâ Christophori Broweri Soc. IESV Theologi, cum *Historica narratione de passione S. Bonifacij Moguntim Antistitis*, ab eodem conscripta.

Epistola ad Rixfridum Vltraiektensem Episcopum de gestis & miraculis S. Sunberti, Episcopi, qui S. Willebrordi adiutor fuit, & Monasterium Werdense ad Rhenum fundauit, deque eius *elevatione & canonizatione à Papa Leone III facta*, extat in Collectaneis Laurontij Suriij Kalendis Martij.

Ludolfus Carthusianus. Bell. p. 372.

LVDOLFVS, quem minus emendatè quidam cum Bellarmino nostro Landulfum scribunt, natione Saxo, professione Carthusianus, quem Ordinem ingressus fuisse dicitur postquam iam 26 aut 30 annos in Ordine Prædicatorum posuisset, Prior Carthusiæ Argenterstensis, claruisse dicitur anno Christi 1330. Quo anno Moguntiz obierit ignoro, perque mirum accidit Petreium in Bibliotheca Carthusiana ne verbum quidem de eius ætate protulisse: De eo Hartmanus Schedelius Nurimbergensis in Chronico, Ioannes Trithemius, Sixtus Senensis, Possseuinus, Borstius, Alfonso Fernandes, aliique,

Vita

Vita D. N. I. C. ex quatuor Euangeliiis, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis constata, cum commentariis, præcibusque ad singula capita insertis, sæpius excusa, Parisiis, atque Venetiis, vt ex Possseuino & Petreio disces.

Commentaria in Psalmos Dauidicos ex Hieronymi, Augustini, Cassiodori, & Petri Lombardi sententiis accurata, ad cuiusque finem adiecta præcatiuncula, Parisiis annis 1506. & 1528. Lugduni anno 1540.

Luitprandus Cremonensis. Bell. pag. 275.

LVITPRANDVS, seu Luitbrandus, Laliaue forma scripseris, perinde est; Ticinensis primùm Ecclesiæ Diaconus, dein Cremonensis Episcopus, à Berengario II. Imperatore seu Rege Italiæ cui à secretis fuisse dicitur, anno 946. ad Constantinum Porphyrogenitum Imp. Orientis missus, eodémque postea anno 968. iterum ab Othone Imp. legatus ad Nicephorum Phocam. Præter ea, quæ de se ipse sparsim memorat, videndi Sigbertus cap. 126. Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis vbi mendosè Eutrandus Diaconus dicitur, & in Chronico Hirsau-giensi, ad ann. 991. Baronius, Henr. Canisius, Vossius, Pennöttus, & alij. Eius opera omnia simul in lucem emissa sunt anno 1640. Antuerpiæ in foliis dicata Domino Gaspardo de Guzman Comiti Duci Oliuarenfi, hoc ordine.

I. *Rerum gestarum ab Europa Imperatoribus & Regibus gestarum libri sex exordio ab Arnul-*

C

si Imperatoris temporibus sumpto, de quibus hæc intelligenda verba Sigeberti cap. 126. Luitprandus Ticinensis Ecclesiæ Diaconus scripsit luculento & alterno stilo (id est partim soluta, partim stricta oratione) ad Regimundum Episc. Eliberitanæ Ecclesiæ Hisp. Historiam de gestis Regum & Imperatorum sui temporis, quam attitulauit Antapodosis, id est Retributionem. Ipsemet Auctor libro tertio *Antapodosis* vocat, additque intentionem illius operis ad hoc respicere, vt Berengarij II. qui tunc in Italia tyrannizabat, & vxoris eius Wilhelæ, quam secundam Iezabelem ad Lamiam vocat, actus designaret, atque ostenderet. *Sic igitur, inquit, præsens pagina Antidosis, hoc est Retributio, dum pro calamitatibus meis in ædificandam impietatem eorum presentibus futurisque mortali- bus denudauero. Nec minus etiam sanctissimis & fortunatis viris pro collatis in me beneficiis Antidosis erit, &c.* Nec abhis aliena Trithemius in Catalogo, aliique. Cæterum rectè post Baronium Bellarminus, Vossius, aliique obseruarunt Luitprandi narrationem cap. 5. libri 5. definitam desinere in descriptione prioris Legationis CP. quam ipsius Berengarij iussu obierat Sextum verò, quæque sequuntur capita vsque ad vndecimum ab alio quopiam eiusdem ætatis scriptore fuisse Appendicis vice subiecta: quod & styli diuersitas, rerumque, quæ narrantur, *ἀσυνολογία*, & Luitprandi Cremonensis Episcopi iterata sæpius mentio haud ægrè persuadent.

II. Legatio ad Nicephorum Phocam Imp.

CP. qui Romano Constantini Porphyrogeniti filio successerat, suscepta anno 968. pro Othonibus Augustis patre ac filio & Adheleida Augusta huius matre, illius coniuge. Primò in lucem edita fuit Ingolstadij apud Andream Angermarium anno 1600. ex codice MS. Treurenus opera Henrici Canisij.

III. Liber de Pontificum Romanorum gestis à sancto Petro Apostolorum Principe vsque ad tempora Formosi Papæ. Verùm liber hic iam antea editus ab anno 1602. Moguntia cura R. P. Ioannis Busæi Soc. IESV cum Anastasij Bibliothecarij Pontificali & Abbonis Floriacensis Abbatis Epitome de Vitis eorundem Romanorum Pontificum, meritò suspectus est Vossio, cùm Auctorem habeat Monachum quemdam patria Germanum, Corbeia ad Vursurgim, aut Hersfeldia in Buchonia silua alumnum, qui exente nono sæculo vixerit sub Formoso circa annum 895.

IV. Chronicon assertum Luitprando, quem ex portentosis *ἱστοριαι* cuiusdam Iuliani figmentis Ecclesiæ Toletanæ Subdiaconum commentis sunt, tunc primùm in lucem editum P. Hieronymi de la Higuera Soc. IESV, & Domini Laurentij Ramirez de Prado Consiliarij Regij ac Militæ D. Iacobi Equitis notis illustratum.

V. *Aduersaria* eiusdem, vt volunt, Auctoris, tunc item primùm vulgata cum notis eiusdem Laurentij Ramirezij.

VI. Præfulum Epistolæ, quas collegit Scholiastæque illustrauit Iulianus Archipresbyter fan-

ætæ Iustæ, additis notis eiusdem Ramiresij: necnon Diptychon Toletanum, siue de Tabulis Toletanis Episcoporum Primatum eius sedis, auctore eodem P. Hieronymo de la Higuera S. I.

Verùm vt dicam, quod res est, quodque omnes per Europam eruditione ac iudicio eximij censent, *omnia illa Luitprandorum, Dextorum, Maximorum, Helecarum, Iulianorumque Hispanico-Gothica Chronica* cum quilibet Iohannis Viterbiensis, & fabulis anilibus, aut Amadisiorum nugis, sunt in Vtopiam Morboniamque insulam releganda: vt mirum sit Biuarios, Tamayos, Ramiresios, similesque viros, (nam de aliis qui nec primis vnquam eruditionis Historicæ elementis imbuti fuerunt soloque vanæ opinionis ventoso fastu turgent nihil mirum) *πασῶν τε ἡ πλειονότης τῶν ἀλαστορῶν ἐκ τρωμάτων*, non tantum exosculari & magni facere, sed etiam pro iis, indignante quaquaersum vniuerso orbe literato, apologias conscribilarè. Quæ obiter dicta velim, ne imperitæ multitudini fucum facere pergant homines, aut opiparè creduli; aut certè, quod auertat Deus, plus mendacis cuiusdam gloriolæ, quàm ingenuæ veritatis amantes. Plura dabunt Matthæus Raderus noster in Analectis ad tertiam editionem Commentariorum in Martialem, Gabriel Pennottus in Historia Canonico-regularium, Cornelius à Lapide præmio in primam S. Iohannis Epistolam, Theophilus in SS. Lugdunensium indiculo, in Erotematis, &c. aliique queis in

læua parte mamillæ cor salit.

Lupoldus Bambergensis. Bell. p. 372.

LUPOLDVS, Possuino & Vossio Ludolphus seu Liutolfus, Babenbergius, Iuris vtriusque Professor ac Iohannis Andreæ Bononiensis, vt fertur, auditor, ab Eisengrenio apud Possuinum vixisse dicitur circa annum 1225. Quid si legendum sit 1325. nam Bellarminus anno 1330. illigat, & æqualem Ludolphi Carthusiani statuit, Trithemius verò, qui Bambergensem Episcopum, falsò, ni fallor, indigetat, vitam eius prorogat vsque ad annum 1340.

Præter librum illum *de Iuribus regni atque imperij ad Balduinum Treuirensis Archiepiscopum*, cuius meminit Bellarminus, extat quoque alius eiusdem liber ad Rudolphum Saxonie Ducem mole quidem exiguus, sed pietate grandis, *De zelo veterum Regum Gallie & Germanie Principum* quo constantem eorum in amplificandis Religionis Christianæ sinibus industriam multis in medium prolatis Historiis, ac Iuris vtriusque testimoniis comprobatur. Vtrumque edidit Simon Schardius I. C. Basileæ apud Iohannem Oporinum anno 1566. cum aliis Scriptoribus qui de potestate Imperiali atque Ecclesiastica differuerunt. Parisienses editiones annorum 1540. & 1564. refert Poss. & Simlerus Basileensem anno 1497. apud Ioan. Bergman de Olpe. Mihi præ manibus est Argentoratensis anni 1609. in qua quam-

plurima reperiuntur à schismaticis ac temerariis scriptoribus aduersus Iurisdictionem & auctoritatem Ecclesiasticam dicta.

Lupus Ferrariensis Abbas. Bell. p. 267.

LV P V S, cognomine Seruatus (alius omnino à Lupo Moguntino Presbytero, quem vni duntaxat Trithemio in Chronico Hirsaugiensi acceptum ferimus) ex Præposito Cellæ S. Iudoci prope Quentowicum in Pontiuenſi Comitatu, Abbas Ferrariensis cænobij, siue S. Petri ad Ferrarias, in diœcesi Senonensi, quod etiam Bethleem dicebatur, vixit sub Ludouico Pio, eiusque filio Carolo Caluo Francorum Regibus, vt ex eius epistolis constat aliisque seculi noni Scriptorum veterum monumentis, quo anno obierit, nescitur: quamquam non nesciam à quibusdam annum 852. præscribi tanquam ipsi fatalem. Certum non migrasse è viuis ante annum 853 quo interfuisse inuenitur synodo Sueffionensi in Monasterio SS. Medardi & Sebastiani. Ad eum Rabanus Maurus Fuldenſis Abbas, ac postea Moguntinensis Archiepiscopus, scripsit octo libros Commentariorum in epistolam S. Pauli ad Romanos De eodem Sigebertus libro de Script. Eccles. cap. 93. Ioannes Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum 852. alii que recentiores, sed omnium vberimè R. P. Ludouicus Cellotius Parisinus Soc. I E S V Theologus in Historia Gottschalci Prædestinatiani, & accurata controuersie per eum

renouatæ disputatione in libros quinque distincta. *Liber Epistolarum* num. 127. à Papirio Massono primùm Parisiis editus, dicatúsque Antistitibus & Clero Gallie anno 1588 in 8 ac deinde recusus à Duchesniis Tomo III. Historicorum France.

Liber de Tribus Quæstionibus, quarum I. de libero arbitrio, II. de prædestinatione bonorum & malorum. III. de sanguinis Christi quadam superflua taxatione vel redemptione vsque ad salutem impiorum, cum cæteris annexis, ab anno 1647. excusus, atque anno decem 1650. publicatus, cura & studio R. P. Iacobi Sirmondi Soc. I E S V Presbyteri. Idem in Belgio editus fuit annitente Fr. Antonio Grimberto Monacho Elnonensi, siue S. Amandi in Pabula, & à D. Mauguino recusus cum aliis opusculis in patrocinium causæ Gottschalcanæ vulgaris.

Eiusdem Lupi Seruati (sic enim à Sigeberto & Trithemio vocatur, non verò, vt contendit Sirmondus, Seruati Lupi) *Collectaneum de iisdem tribus Quæstionibus*, cum duabus Epistolis: Prima ad Carolum Caluum Regem Francorum, altera ad Hincmarum Rbemensem Archiepiscopum, post librum de Tribus quæstionibus prodierunt iam tertia vice, vt modò dicebamus.

Vita S. Wigberti Abbatis Fritslariensis cænobij in Hassia à R. P. Ioanne Bulæo S. I E S V Theologo edita Moguntie anno 1602. in 4. post Hincmari epistolas. De Brunone Abbate Hirsfeldensi ad quem scripta est atque aliis eò

pertinentibus plura dabit Vossius libri II. de Historicis Latinis cap. 35. qui etiam censet ab eodem Lupo scriptam fuisse *Vitam S. Maximini Archiepiscopi Treuirensis*, quæ apud Surium extat die 29. Maij.

M.

Macarius Senior.

Bell. p. 97.

MACARIUS Senior, S. Antonij discipulus, qui desertum Scetes incoluit, & Ægyptius dictus est, aut Scetensis, ad discrimen Macarij Alexandrini Iunioris, qui & Nitriensis Abbas appellatur, obiit die 15. Ianuarij ex Romano Martyrologio, cum æqualis Oresiesis & Pachomij fuisset, atque Euagrii Præceptor, ab ipsa puerili ætate quadam maturitate Senili conspicuus, *maximianus* par: De eo, eique cognomine iuniore S. Hier. ep. 22. Palladius cap. 18. 19. & 20. Ioannes Cassianus, Rufinus, Socrates lib. 4. cap. 18. Gennadius cap. 10. & 11. Honorius Augustodunensis libello 2. Suidas in Lexico, ubi docet eum miracula edidisse, & religiosa cautione in eos, qui se conueniebant seuerum fuisse, Nicephorus lib. 9. Hist. Eccles. cap. 14. & alij cum recentioribus, Baronio, Bollando, Henschenio, &c. Ioannes Maria in Expurgatorio Indice hæc post exagitatam apathiam profert: Cæterum, quia Gennadius sequentium Ma-

carij Homiliarum non meminit, & præterea iis insertæ deprehensæ sunt aliquot aliorum Auctorum Homiliæ, in dubium quis reuocare possit, num hæc homiliæ legitimus sint factus S. Macarij, præsertim cum nonnulla immixta habeant graui & diligenti censura digna. Nihilominus quia ab omnibus S. Macario tribuuntur & spiritualium documentorum maximè vtillum sunt plenæ, tantùm illud opportunè obseruamus, quædam illis inesse obscura, ambigua, & à proprio exactoque more loquendi Theologorum quadamtenus aliena; proindèque cum iudicio & circumspectè legenda. Et subest suspicio, ne ab aliquo Pelagiano sint alicubi interpolatæ. Hæc ille.

Homilia quinquaginta, spiritualis succi plenæ, è Græco sermone in Latînum reddita à Ioanne Pico, Parisiensis Senatore, Classium Inquisitoriarum Præsîde, excusæ sunt separatim Parisiis in 8. vtraque dialecto anno 1559. deinde anno 1623. cum Gregorij Thaumaturgi & Basilij Seleuciensis operibus in folio. Latînè verdè in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Colonienfis. Extat quoque eadem L. Homiliarum de integritate quæ decet Christianos altera editio in 8. Francofurti anno 1594. Græco-Latîna è regione cum interpretatione Zachariæ Palthenij Fridbergensis.

Regula capitibus 30. comprehensa non nostri huius senioris & Ægyptij, quod existimant Mirans, sed iunioris fuit Alexandrini S. Macarij qui sub sua dispositione habuit quinque mil-

lia Monachorum, ex codice MS. Beccensi edita à R. P. Petro Rouerio è Societate I E S V P. 24. Historiæ Reomaensis Monasterij à S. Ioanne Presbytero constructi in tractu Lingonenfi. A quâ omnino diuersa est *Serapionis, Macarij, Paphnutij*, alterius *Macarij & aliorum* 34. quæ dicitur Regula, ex codice MS. Affligemensi edita ad calcem operum Ioannis Cassiani Antuerpiæ apud Plantinum an 1578. ab Henrico Cuiquio sacræ Theologiæ Licentiato ac deinde Ruremondensi Episcopo. Cæterum Macarij regulam illam S. Ioannes Reomaensis Monasterio suo seruandam præscripsit, S. Philibertus cum Basilij præclaris Constitutionibus, Benedicti decretis, & Columbanii institutis, eam legebat, Benedictus verò Abbas Indæ atque Anianæ in Concordia Regularum, & Smaragdus in Commentario ad Regulam S. Benedicti eam crebrò laudarunt. Monet quoque Rouerius Illustrationum suarum num. 38. inter Vitas Pattum reperiri Historiam & Regulam *Posthumij*, qui *Macarium Alexandrinum* excepisse in Præfectura dicitur, ac Monachorum quinque millium Pater extitisse. Plura de Macariana illa regula, si vacat, indidem repetes. De eius verò auctore, cuius nulla apud Bell. mentio, consule Baronium & Bollandum ad diem 2. Ianuarij. Fuit & alius *Macarius* Monachus, quem Gennadius cap. 28. narrat scripsisse in vrbe Romana librum aduersus Mathematicos, cui Ruffinus apologiam pro Origene inscripsit, cuiusque meminit S. Hieronymus Apo-

Apologia 2. aduersus Ruffinum.

Cassianum Leoni quam si ætas spectetur, paulo vetustiore subdimus propter Episcopatus dignitatem, *Cassianus* enim Presbyter tantum fuit, ait Albertinus pag. 842. editionis Latinæ, qui tamen eiusdem pag. 433. *Macarium* Ægyptium celebrem dumtaxat Anachoretam præmisit S. Basilio qui præire debuerat tum ratione dignitatis; fuit enim Archiepiscopus Cæsareæ in Cappadociâ, tum ratione ætatis: multis enim ante *Macarium* annis deceffit. Vnde videas suos illi quoque Critico inesse nauos, quamuis ceteris cautior esse fuitque *Blondelli* arare vitulâ soleat.

Machabeorum librorum Auctor. Bell. p. 32.

PRÆTER citatum locum ac Controversias *Bellarmini* earumque Hyperaspistem *Gretserum*, consule sis *Nicolaum Serarium*, aliòsque sacrorum librorum Interpretes atque illustratores cum *Posseuino*, &c.

Malaobias Propheta. Bell. p. 24.

PATRIA Zabulonites vltimus è XII. Minoribus Prophetis claruit sub *Artaxerxe* Longinano Rege Persarû circa annum V. C. 310. *Quidam* Hebraizantes eundem cum *Esdra* fecerunt. Sed de his nobis parcius agendû, cum ad manum esse possint tum *Posseuinus*, tum *Salianus*, & scripturæ Commentatores.

Mamernus. Vide Claudianus.

Manuel Caleca. Bell. p. 380.

MANVEL Calecas natione Græcus, vt colligitur ex epilogo libri quarti, Ordinis Prædicatorum, vixisse creditur Bellarmino post annum Christi 1378, quo constat est schisma inter Vrbanum VI Romæ & Clementem VII. Auenionē sedentes. Verùm longè probabilius est vixisse eum sæculo Christi XIII. Petrus Galefinius Protonotarius Apostolicus in vita S. Bonauenturæ testatur interfuisse Concilio Lugdunensi II. cum Michael Palæologo Imp. Iosep. Patr. CP. aliisque Græcis. Meminit quidem idem ille Auctōr Concilij Lugdunensis libri Tertij cap. sexto: ex eius tamen verbis colligi nequit Concilio Lugdunensi præsentem adfuisse. Vide Petauium Tomo II. Theologicorum Dogmatum.

Extant eius *Libri quatuor aduersus Græcorum errores de processione Spiritus sancti*, &c. è Græco sermone Latinè redditi ab Ambrosio Camaldulensi Monacho iussu Martini V. Romani Pontificis qui obiit anno 1431. & Latinè tantum publicati anno 1616. Ingolstadij in 4. à Petro Steuartio Leodiensi & recusi Tomo XIV. Bibliothecæ Colonienfis.

Quidam censent eiusdem quoque Calecæ videri illud opus quod in Auctario ad Antiquas Lectiōnes Henrici Canisij ab eodem

Petro Steuartio vulgatum est pag. 535. diciturque, *Traclatus Anonymi contra Græcorum errores de Processione Spiritus sancti, & animabus defunctorum, de azymis & fermentato, de obedientia Romana Ecclesie*, editus CP. in ædibus FF. Prædicatorum anno 1552. ex MS. codice Bibliothecæ Bauaricæ.

Posseuinus hoc tantum habet extare MS. Græcè in Bibl. Bauaricâ Manuelis Calecæ de elementis Catholicæ fidei secundum Traditionem sacre Scripturæ & Catholicorum Doctorum. Nos pag. 36. speciminis Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum monuimus penes nos reperiri, *Manuelis huiusce de Principiis fidei Christiana secundum doctrinam sacre Scripturæ Magistrorumque Ecclesie Catholica libros duos*, à R. P. Iacobo Pontano Soc. IESV Presbytero Latinè redditos, quos cum se dederit commoda occasio, publici iuris faciemus.

Marcellinus Comes. Bell. p. 225.

MARCELLINVS, Comes, Illyricianus V. C. qui adhuc Patricij Iustiniani, postea Imperatoris, fertur egisse cancellos, floruit primis eiusdem Augusti temporibus circa ann. Christi 535. vt ex eius Chronici præfatione constat Continuator eius vixit circa annum 565. Iustiniani Imperatoris extremum. De Marcellino Cassiodorus de Institutionibus Diuinæ Scripturæ cap. 17. & 25. vbi asserit ab eodem ciuitatem Constantinopolitanam & urbem Hierosolymam quatuor

libellis minutissima narratione descriptasat. que ex recentioribus Poss. Vossius, Miræus, &c.

Chronicon rerum præcipuè sub Imperio Orientali gestarum ab anno 379. siue à fine Chronici Hieronymiani, usque ad annum 535. in plerisque mutilum ac corruptum ediderat Antonius Schonhousius Canonicus Brugensis superiore sæculo, & post eum Onuphrius, Margarinus Bignæus, Iosephus Scaliger, alii-que. Verùm huius sæculi anno labente 19 vna cum Idacii Lemicensis Chronico ac Fastis publicauit longe perfectius noster Iacobus Sirmondus, ex peructulæ atque optimæ notæ codicis MS. Bibliothecæ Tilianæ.

Marcellinus Presbyter. Bell. p. 244.

B MARCELLINVS Presbyter, natione Brigantius in maiore Britannia, Socius SS. Willibrordi & Suitberti & Christianæ illorum in Frisiam expeditionis Comes cuius meminit Martyrologium Romanum die 14. Iulij, dicitur scripsisse.

Vitam SS. Willibrordi atque Suitberti, atque huius quidem anno 717. defuncti gesta dicasse Gregorio Ultraiectensi Episcopo: sed quæ modò legitur apud Surium Kal. Martij scætet parachronisimis & ab imperito Scriptore supposita est, ideoque à cordatis Historicis auctor ille stramineus passim dicitur Pseudo-Marcellinus, qui multos, induxit in errorem ac nominatim Bar. Bell. Poss. Vossium, quos vi-

decum Suffrido Petro in libro de Frisiz Scriptoribus & Ioanne Pitseo.

Obit verus Marcellinus circa annum Christi 770. ætatis 90. minimum annorum. Cùm enim adolescens annos puta 20. natus S. Willibrordum relicta Britannia in Frisiam anno 690. venientem comitatus dicatur, & teste S. Ludgero ultra 70. annos prædicationi ac gentium conuersioni impenderit ad decrepitam ac pene centenariâ ætatem peruenisse dicendus est. Eius meminit Rixfridus VII. Ultraiectensis Ep. in epistola ad S. Ludgerum, itemque Ludgerus ipse Monasteriensium primus Antistes in epistola ad eundem Rixfridum præmissâ Traætati de Miraculis, eleuatione & canonizatione S. Suitberti apud Surium die prima Martij. Miræus in Auctario dolendum esse asserit Aætâ S. Suitberti à Marcellino scripta corrupta & violata fuisse à recentiore aliqua manu, quæ nouitia aliquot prouinciarum nomina interseruit. Sed longè profectò grauiora sunt vulnera, propter quæ exclamari debuit: Vtinam quis sinceram & integram Historiam in lucem proferat! Medicinam huic malo expectamus à RR. PP. Ioanne Bollandò & Godefrido Henschenio cùm Februario succedet Martius mensis.

Marcus Antonius Sabellicus. Bell. p. 412.

M ANT. Sabellicus Fabri ferrarij filius, Equicolas ortu suo nobilitauit, Domitij Veronensis & Pomponij Læti discipu-

lus, vitam docendo literas apud Venetos exegit obiitque 14. Kal. Maias anni 1306. De eo Floridus Sabinus, Philippus Bergomas, Bapr. Egnatius, Bembus, Iouius, Pierius, Viues, Erasmus, Leander Albertus, Petrus Georgius Chalcedorius, aliique apud Vossium ac recentiores.

De eiusdem scriptis IV. Tomis Basilæ editis anno 1560. nihil modò occurrit addendum iis quæ Bell. & Simlerus præmiserunt; neque verò multum confert Theologo res sacras tractanti.

S. Marcus Evangelista. Bell. p. 45.

SMARCVS, B. Petri Apostolorum Principis discipulus, & interpres, & peregrinationis eius comes, Româ ab eodem Alexandriam missus Ægypti metropolim, celeberrimam ibidem fundavit Ecclesiam, & anno Domini 62. V. C. 814. Olymp. 210. 2. exeunte Neronis octauo die 25. Aprilis Feria prima quæ tum Paschalis erat saltem ex Bede & Dionysij ratiocinijs martyrium passus est succedente sibi in cathedra Aniano ibidemque sepultus. Vide Eusebium in Historia & Chronico, Hieronymum cap. 8. Catalogi de Scriptoribus Ecclesiasticis, vbi de eo, Philonem Iudæum, Papiam Hierapolitanum & Clementem Stromateum laudat, Isidorum, Honorium, Martyrologos, Baronium, Scripturæque ac nominatim eius Euangelij Latine vt voluit, primùm elucubrati, ac deinde in Græcam

Græcam linguam versi, veteres recentioresque interpretes.

Quæ Græcè & Latine extat *Liturgia* è veteri codice eruta studio Cardinalis Sirleti, tum in Bibliotheca Veterum Petrum Tomo II. G. L. Auctarij anno 1624. à Frontone Ducæo vulgata ex editione Græco Latinâ Parisiensis Ioannis à S. Andrea eruditissimi Ecclesiæ B. Virginis Canonici apud Ambrosium Drouartum anno 1583. tum deinde Tomo XII. Morellianæ vltimæ Parisiensis, non eo sensu dicitur *Sancti Marci*, quod omnia, quæ in ea leguntur hoc tempore, scripserit S. Marcus, sed quod in Ecclesia Alexandrina ab eodem Evangelista primùm accepta fuerit, deinde interpolata & aucta plerisque; identidem additis, vt de Missæ Romanæ Canone, quem antiquissimum ne ipsa quidem quamuis meretriciâ fronte prædita negauerit impudentia, ac similibus liturgiis & officiis Ecclesiasticis eruditi meritò censent. Qua ratione cauillationes Cocci, similibusque Heterodoxorum, Catholicus quiuis facillè respuet, refellètque, vt pluribus, Deo dante, in examine Heterodoxorum Criticorum agitabimus.

Sunt quoque qui addant S. Marcum scripsisse vitam S. Barnabæ Apostoli, quam Beda in Latinam linguam transfulerit; sed res non tantùm incerta sed & mihi falsa videtur, nisi quis fortè intelligendum putet de Ioanne Marco, de quo in Actis Apostolorum.

Marcus Eremita.

Bell. p. 173.

IN ætate eius figenda Miræus variat: cum enim cap. 34. Aucstarij docuisset sub Theodosio seniore vixisse ex Palladio, qui eum iam centenarium inuist, Sozomeno libro 6. cap. 29. & Nicephoro Callisti libro 14. postea tamen cap. 281. exscribens pro more Bellarminum testatur vitam egisse eodem tempore, quo Imperator Leo Philosophus, hoc est circa annum 900. si tamen ille ipse est, qui Imperatorem illum saucium curauit, eiq; eam vitam annos prædixit, vt Ioannes Curopalata, Cedrenus, Zonaras, aliique Græci scriptores narrant. Vnde fateri debent qui Miræo subscribunt, eundem Marcum sexcentos minimum vixisse annos, ab anno scilicet circiter 300. ad 900. Verum dum ex aliis corradit, in similes contradictiones sæpe reuoluitur. De censura operum eius à Ioanne Pico Parisiensi Classium Inquisitoriarum Præside & quodam alio Latinè redditorum, vide Bellarminum, nec non Ioannem Mariam Brasichellanum, qui in Romano Indice anni 1607. docet opus illud multas continere sententias à rectæ fidei regula exorbitantes, hæretica manu fortasse temeratum, certè cautissimè semper & cum acri iudicio legendum propter sentes & vepres errorum in quæ nonnunquam offendi possit.

Huic verò Marco Eremitæ, qui & Ascetes, hoc est Exercitator; dictus inuenitur, tri-

de Scriptoribus Ecclesiasticis. 51
buuntur in Bibliothecis veterum Patrum hæc opuscula,

*De Paradiso & lege Spirituali.**De his qui putant se ex operibus iustificari.**De pœnitentia.**De baptismo.**Præcepta salutaria.**Rescriptum à Nicolao ad Marcum.**Capitula Temperantia, siue, de Ieiunio.**Disputatio cum Cansidico.**Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.*

Photius Bibliothecæ suæ codicè 200. Bellarmini Miræique posteriorem de ætate Marci Ascetæ sententiam funditus profligauit, cum lectos affirmat à se Asceticos huiusce Monachi libros octo, hominis profectò, non ætate, vt opinor, supparis, multò minùs posterioris. Eos verò non eo planè recenset ordine, quo in excusis digesti sunt, sed aliquantulum diuerso; & præterea nonum supperaddit, qui hætenus non comparuit, quo dum aduersus Melchisedecitas depugnat, in ipsum etiam parentem suum hæresis huius labe infectum acriter inuehitur. Si quis autem sæculo Christi nono Melchisedecianos adhuc extitisse asserat, is mihi ab omni prorsus ratione alienus videbitur. Satiuitaq; fuerit cum aliis Marcum hunc S. Ioanni Chryostomo Ep. CP. *ὁ ὄντων* agnoscere, donec certius quid magisque exploratum offendamus,

Mardocheus.

Bell. p. 29.

CREDITUR à quibusdam auctor libri sacri qui Esther inscribitur. Adulta verò iam ætate clarebat anno V. C. 291. sub Assuero, siue Artaxerxe Longimano Xerxis filio Persarum Rege, de quo Salianus, Petavius, aliique Chronologi & Scripturæ Interpretes. Mardochei verò quod dicitur scriptum de Ritibus Iudæorum & inter Thalmudica referitur, posterioris ætatis est, & ab aliquo alio Iudæo cognomine elaboratum videtur.

Marianus Scotus.

Bell. p. 294.

MARIANUS Scotus in Hiberniâ potiùs quàm Scotia Britannica an. 1028. natus. anno 1052. sæculum reliquit, factus, ut ait, pro regno cælesti peregrinus, patriòque solo extremum dicens vale, in Germaniam venit, Coloniae ann. 1058. Monachum induit, tum anno seq. 1059. Fuldam profectus cum Sigfrido Abbate Fuldenis apud Wirceburgum in Presbyterum media Quadragesima 3. Idus Martij consecratus, eodem anno pridie Idus Maij Feria sexta post Ascensionem inclusus fuit Fuldæ per annos decem, quibus elapsis anno 1069. iussu Moguntinensis Archiepiscopi & Fuldenis Abbatis Feria sexta ante Palmas 3. nonas Aprilis solutus de Clusa Fuldeni venit Moguntiam atque in Festivitate SS. septem Fratrum iterum inclusus est. An-

no denique ætatis 58. Christi 1086. (mendosè apud Vossium 1088.) obiit & apud S. Martinum in maiori Ecclesia non sine sanctitatis opinione sepultus est. Hæc ex eius Chronico quod anno 1083. definit & ex eius Appendice continuata usque ad annum 1200. opera Dodechini Abbatis S. Dysibodi in diocesi Treurenfi. Vtrumque opusculum tum sæpe aliàs editum occurrit, tum in Tomis Rerum Germanicarum.

De eodem videndus Sigebertus cap. 159. de Viris Illustribus & in Chronico ad annos 1061. & 1082. Matthæus Westmonasteriensis, Trithemius, Auentinus, Baronius, Wionius, Browerius, Balæus, cuius, ut sæpe monui vacillat in plerisque fides, quemadmodum Dempsteri, Pitseus, Vossius, Harpsfeldius, Miræus, &c. quique iis tantum non prælo subiectis primùm in meas venit manus, Iacobus Waræus libro I. de Scriptoribus Hiberniæ.

Marius.

Vide Victorinus Afer.

Marsilius ab Ingen.

Bell. p. 382.

MARSILIUS Ingenus seu Inghenius, natione Germanus, quem Canon. & Theaurariù Ecclesiæ S. Andreæ Colon. fuisse scribit Wimphelingus, & post eum Miræus, Heidelbergensis Gymnasij fundator, primus Doctor ac Rector, anno 1394. obiit XIII. Kal. Septembris sub Wenceslao Imp. & Bonifacio Papa IX. Heydelbergæ sepultus in Ecclesia

D iij

iancti Petri. Trichemius de Gymnasio Parisiensi Hyldelbergam fuisse evocatum docet pro Vniuersitatis initio, quam Rupertus Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni magnificè dotauerat, & Vrbanus V I. Papa instar Parisiensis confirmat, additque natione Anglicum fuisse, licet liberum concedat iudicium iis, qui Germanum fuisse contendunt.

Commentaria in quatuor libros Magistri sententiarum, vidimus Argentorati impressa anno 1501.

Ineptissimus ille Bellarmini Simius Ioannes Gerhardus in Academia Ienenſi Professor publicus & Matæologiæ Lutheraniæ Doctor, cuius extat opusculum posthumum inscriptum Patrologia, Ienæ anno 1653. editum, Marsilium hunc æqualem Gabrielis Biel asserit, & docuisse Heidelbergæ circa annum 1450. quæ sanè Trichemio qui anno 1494. in viciniâ scribebat implacabiliter aduersantur. Emendandus quoque Apparatus Posseuini, (ex quo, non verò ex Bellarmino error in Bibliothecam Marianam Hippolyti Maraccij propagatus est) vbi vixisse dicitur anno 1494. tum cum vnus labij, hoc est, Catholica vniuersa esset Germania, vel ipsis quoque satentibus Heterodoxis. Maledictus ergo Lutherus errantium Dux ac nouus Nembroth, qui confusione inducta euerſaque Religione pristinam Filiorum Dei linguam pessamdedit, & linguas, quas ignorabant patres eorum, sectatoribus suis varias in sectas dissectis disseandisq; distribuit.

Marsilius Ficinus. Bell. p. 410.

MARSILIVS FICINUS, patria Florentinus, natus anno 1433. Philosophiæ Platonicæ sua ætate instaurator plurimis Tractatibus tum Theologicis, tum Philosophicis publicam in lucem editis, versisque è Græca dialecto Platone, aliisque Philosophis, nomen suum posteritati commendauit. Obiit anno 1499. in patria. De eo Dominicus Mellinus, qui vitam eius scripsit, Guiccardinus, aliique Florentini scriptores, Ioannes Trichemius, Ludouicus Viues, Michael Medina, Io. Bapt. Crispus libro de Philosophis cautè legendis, Paulus Iouius, Gesnerus, eiusque epitomator Simlerus, Posseuinus, aliique. Operum eius Basileæ annis 1561. & 1576. excusorum apud Henricum Petri,

Tomo I. continentur

De Religione Christiana & fidei pietate liber, ad Laurentium Medicem patriæ Seruatorem.

De Immortalitate animorum ac æterna felicitate libri 18. Theologiae Platonicæ, ad eundem.

In epistolas S. Pauli Apostoli Commentarius & ascensus in tertium cælum ad Paulum intelligendum. Rectè tamen monet Bell. explicari tantùm ab eo epistolam ad Romanos.

Conciones habita ad Fratres.

De vita libri tres: quorum I. de studioforum
sanitate tuenda, siue eorum qui literis ope-
ram nauant. II. de vita producenda. III.
De vita cælitus comparanda ad Pannoniæ Re-
gem.

Apologia, in qua de Medicina, Astrologia,
Vita Mundi & de Magis Christum salutanti-
bus agitur.

*Quod necessarium sit ad vitam securitas tran-
quillitasque animi.*

*Epidemiarum antidotus tutelam bonæ valetudi-
nis continens, ex idiomate Italico Latinitate
donata.*

Epistolarum libri duodecim: ex quibus inter
cætera selecti sunt sequentes aliquot Tracta-
tus vsque ad libros de sole, lumine, & vo-
luptate.

Dialogus inter Deum & animam.

De diuino furore.

De Felicitate.

Oratio ad Deum Theologica.

Questiones quinque de Mente.

Compendium Platonica Theologie.

*Dialogus inter Paulum & Animam, quod
ad Deum non ascendatur sine Deo.*

Exhortatio ad bellum contra Barbaros.

De officiis.

Oratio de laudibus Philosophiæ.

Oratio de laudibus Medicinæ.

De Philosophia Platonica.

De Vita Platonis Philosophi.

Apologia de moribus Platonis.

Disputatio contra iudicia Astrologorum.

De institutione Principis.

*Oratio Christiani gregis ad Pastorem Sixtum
II. Pontificem.*

*Oraculum Alfonsi Regis ad Ferdinandum
Regem.*

*Orphica comparatio solis ad Deum atque de-
claratio idearum.*

Philosophica Principis institutio.

De Christiana legis diuinitate.

De Platoniorum contemplationibus.

Oratio de Charitate habita ad populum.

De adoratione Diuina virtutis.

Apologia de voluptate.

*Excerpta ex Proclo in Rempublicam Plato-
ni.*

Apologia in librum suum de sole & lumine.

Oratio ad Carolum Gallorum Regem.

*De Providentia, Vaticiniis, remediisque ma-
lorum.*

De Sole, liber allegoricus & anagogicus.

De Lumine liber.

De Voluptate liber.

Tomo secundo continentur

*Dionysii Areopagita translatio, unâ cum ar-
gumentis.*

*In Platonem Epitoma seu argumenta, Com-
mentaria, Collectanea & Annotationes.*

*In Plotini Philosophi Platonici libros 34. in sex
Enneadas distributos argumenta, quibus tota
eius Philosophia breuissimè comprehendi-
ur.*

Expositio Prisciani Lydi & Marsilij Ficini in Theophrastum de sensu ac phantasia & intellectu.

Mercurij Trismegisti Pymander, de potestate ac sapientia Dei: item Asclepius de voluntate Dei.

Athenagora Atheniensis de Resurrectione excerpta.

Iamblichus de Mysteriis Aegyptiorum, Chaldaeorum atque Assyriorum.

Procli in Alcibiadem Platicum de anima ac demone excerpta.

Proclus de sacrificio & magia.

Porphyrius de Occasionibus, siue, causis ad intelligibilia nos ducentibus.

Ex Porphyrij libris 4. de Abstinentia.

Ex Psello de Demonibus.

Alcinous de doctrina Platonis capp. 24.

Spensippus de definitionibus Platonis.

Xenocratis de Morte lib. 11. siue Dialogus qui inscribitur Axiochus. Synesius de somnis.

Pythagora aurea verba & symbola.

Latinos fecerat Orphei, Homeri & Procli Hymnos ac Theogoniam Hesiodi, sed ut ipse in Epistolis scripsit Vulcano has versiones donauit: qua de re vide Possuini Poëticam.

S. Martialis Lemonic. Ep. Bell. p. 60.

PRÆTER ea, quæ Bell. & ex eo Miræus, alique referunt de duabus S. Martiali Lemouicensium Episcopo adscriptis falsè d Epistolis ad Burdegalenses unâ, ad Tolosanos altera quæ

extant in Bibliothecis Veterum Patrum & alibi sæpius excusæ post Ascensianam editionem anni 1521. cui iungenda etiam nupera Helmenstadij cum Gennadij Massiliensis catalogo Virorum Illustrium opera & studio Elmenhorstij anno 1614. Notandum vtramque illam primùm fuisse inuentam anno circiter 1060. cum Henrico Rege Francorum defuncto regnauit filius eius Philippus primus, in sacrario B. Petri in tumulo cuiusdam, vbi sepultura Antistitiū antiquitus fuerat, vt narrat qui centum pōst annis viuebat Gaufridus Prior Vosiensis in Chronico quod editum est Tomo II. Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum pag. 288. At pag. 298. reicere videtur inuentionem illarum post annum 1100. cum Philippus iam senior regnum tradidit filio Ludouico, qui fortissimus bellator extitit. Vnde permirum mihi accidit quo doctore vsus Possuinus dixerit, Epistolas illas, qualescumque sint, sua ætate dum esset in Gallia repertas fuisse in sacrario Basilicæ S. Petri in vrbe Lemouicensi vbi eatenus latuerant in arca faxea sub terra defossæ, quo ob nimiam antiquitatem vix poterant legi.

Quo verò sæculo in Gallias venerit Martialis dictus Aquitanorum Apostolus, primòne, an tantum tertio, quòve anno obierit, controvertitur inter recentiores Chronographos. Ioannes Cordesius libellum in eam rem edidit quem Latinitate donatum in altera parte Ecclesiasticæ Galliarum Historiæ vulgari Illustrissimus Franciscus Bosquetus Monspelien-

sis Episcopus: alij quoque deinceps eandem quaestionem agitarunt, & adhuc sub iudice lis est. De ipsa autem Martialis vita ab Aureliano quopiam aut eius nomine ad libitum conficta plura Ioannes Hesselius, alijque Catholici, vnde sua hauserunt Heterodoxi. Qui plura in vtramque partem voluerit, legat Concilium Lemouicense de Apostolatu S. Martialis anno 1031. celebratum, à nobis recusum ad calcem Tomi II. Nouæ Bibliothecæ MS. Librorum, quo res Aquitanicas complexi sumus. Plura Bar. ad an. 74. Bell. & alij recentiores.

Martinus Bracarenfis.

Bell. p. 228.

B MARTINVS, natione Pannonius, ex Orientis partibus nauigans, venit in Gallieciam ibique Dumienſi primùm cœnobio tum Ecclesiæ Bracarenſi Præpositus multos Suenorum ab Ariana impietate ad Fidem Catholicam conuertit. Floruit regnante Theodemiro seu Mirone Suenorum in illis Hispaniæ partibus Rege temporibus illis, quibus Iustinianus in Republica Romana & Athanagildus Wisigothorum in Hispaniis imperium tenuere, inquit S. Isidorus cap. 22. Catalogi de Viris Illustribus vbi Gallia mendosè pro Gallecia legitur, necnon apud Honorium Augustodunensem c. 26. l. 3. de Luminaribus Eccl. Post. & alios: obiit an. 580. Childebiti Regis Franc. quinto, vt testatur Gregorius Turonensis eiusdem temporis scriptor libro 5. Historiæ Francorum cap. 37. cuiusque successor Pantar-

us subscriptus Concilio Toletano III. anno 589. die 8. Maij Præfuerat ipse Concilio Bracarenſi II. æra 610. id est anno Christi 572. nec anno sequenti defunctus est, vt ex Baronio innuere videtur noster Bell. De eodem perhonorificam mentionem faciunt Conciliū Toletanum X Sigebertus cap. 19. & 117. vbi ait per manum Paschalisj Diaconi Interrogationes & Responſiones plurium Sanctorum Patrum Ægyptiorum in suo Dumienſi cœnobio transfuſiſſe, Trithemius, Garſias Loaiſa, Ambrosius Morales, & alij Hiſp. ſcriptores, tum Wiõn, Poſſeuinus, Miræus, cæterique.

Liber de Moribus, falsè Senecæ Philoſopho à quibusdam adſcriptus, qui inſcribitur *Formula honeſte vite*, ſiue, *de differentiis quatuor Virtutum Cardinalium*, ad Mironem Galleciæ Regem, extat cùm Baſileæ curante Gilberto Cognato Nozoreno & alibi excuſus, tum in Bibliothecis Veterum Patrum ac Duaci vnà cum Heroicis Quaestionibus Boëthij Eponis.

Collectio Canonum Orientalium ex Græcis Synodis, in Ninigelij Lucensis in eadem Gallicia Episcopij gratiam, cùm non ad eam rectè in Latinum sermonem antea fuiſſet verſa, ſimpliciùs & emendatiùs, vt loquitur, reſtaurata extat, tum alibi impreſſa, tum in Conciliis Binianis poſt II. Synodum Bracarenſem anno 572. celebrata.

Sententiæ Ægyptiorum Patrum, à Græco quodam Anonymo collectæ, & ab hoc B. Martino Latine redditæ leguntur in Appen-

dice ad Vitas Patrum R. P. Heriberti Rosweidi Soc. I. E. S. V. editas Antuerpiæ annis 1615. & 1628.

Vnde verò Miræus cap. 146. Auctarij accepit à Trithemio Martinum hunc vocari Mandonensem seu Mindontensem in Hispania Episcopum nondum intelligere potui, præsertim cum de eo ad Isidori Catalogum multa fuerit locutus.

Martinus Polonus. Bell p. 342.

FMARTINVS, non tantum nomine, sed etiam, ut creditur, natione Polonus, patria Corfulanus ex Ordine S. Dominici (erant enim qui Monachum Ordinis Cisterciensis cum Gaspare Iongelino in Purpura S. Bernardi Carolo Vischio in Bibliotheca aliisque aut Benedictinum, Scotum ve, aut Italum affirmant) ex Pœnitentiariorum non Innocentij I V. Papæ qui obiit anno 1254. ut excidit Bellarmino & aliis, sed Nicolai III. qui Ioanni XXI. successit anno 1277. adsumptus ad Archiepiscopatum, non Cosentinum aut Beneuentanum, sed Gnesnensem in Polonia ab ipso Nicolao III. anno 1278. die 10. Kalendas Iulij Viterbij, cum diu inter electos controuersa durasset. Is verò cum se itineri accinxisset, Bononiæ eodem illo anno de vita migravit aut, ut alij volunt, seq. 1279. sepultus in sui Ordinis Dominicani cœnobio.

Ipse verò ortam ex diuersitate MSS. codicum de sine *Chronici* illius sæpius editi contro-

uersiam, an scilicet anno 1251. an 1277. an 1320. deserit quod scrupulosius expendit Ger. Jo. Vossius, apertè definiuit in Præfatione sua his verbis: Ego Frater Martinus Domini Papæ Pœnitentiarius & Capellanus ex diuersis Chronicis & gestis summorum Pontificum & Imperatorum præsens opusculum vsque ad Ioannem XXI. Papam deduxi inclusiue: cui anno 1277. prædictus Nicolaus III. successit. De eo Ioannes Trithemius, Onuphrius, Bar. Poff. Antonius Senensis, qui claruisse anno 1320. mendosè asseruit, persuasitque tum aliis, Alf. Fer. in scriptoribus Prædicatoriæ Familix, qui etiam citat Annales Ecclesiasticos ad ann. 1278. numero 22. Simlerus qui ex vno dat tres quatuorue, Bell. c. 24. Controu. de Romano Pontifice, alique qui de Fabula Ioannæ Papiæ scripserunt, ut omittam Platinam, Bugianum, Wionem, qui Scotum fingunt & Benedictino Ordini affinem cum Paulo Langio in Chronico Citizenensi & Thoma Dempstero omnium fabularum in Patriæ suæ gratiam confarcinatores, qui vnum in duos dissectat, & insigni *ægyptiæ* laborat, quod illi familiarissimum est. Consulenda quoque moneo Elogia & Vitas Illustrium Poloniæ Scriptorum Simonis Starauolsi Poloni, donec plura liceat, si occasio se offerat, de eo obseruare. Suffridus Petrus Frisius anno 1574. edidit Antuerpiæ cum Annotationibus in 8. quod iam prodierat Basileæ anno 1559. cum Mariani Scoti Chronico & alibi. Extat quoque Gallica dialecto expressum excusumq; in folio per Antonium Verardum.

Martinus Nauarrus. Bell. p. 415.

MARTINVS Azpilcueta, IC. celeberrimus, à patria dici solitus Nauarrus, Ordinis S. Augustini Religiosus fuit, quod mirum omisissum fuisse à Bellarmino, cum eius vitæ scriptores quæ operibus præfixa legitur Simon Magnus Ramlotæus Belga & Iulius Roscius Hortinus alique post eos monuerint in sacri Ordinis Roncæuallis militiam Canonicorum Regularium S. Augustini cooptatum fuisse, eiusque Ordinis insignie & habitum perpetuè prætulisse. Romæ obiit ætatis annos natus 94. die 11. Kal. Iulij anni Christianæ 1586. vir non minus pietatē quàm Iuris vtriusque scientia commendatissimus, de quo plura recentiores.

Operum eius sex Tomis Venetiis anno 1602, apud Io. Guerilium editorum Catalogum accuratè recensent Poss. & Bell. qui in eo finem fecit commentandi de scriptoribus Ecclesiasticis.

In editione Lugdunensi anni 1597. sumptibus Ioannis Bapt. Buysson post Vitam adscribitur Epitaphium in Æde D. Antonij de Padua in Campo Martio nationis Lusitanæ, sed castigatum hoc modo.

D. O. M.

Martinus ab Azpilcueta Nauarrus
H. S. E. Divini Humanique Iuris con-
suliss.

*fuliss. * Qui Salmantica primùm, deinde Conimbrica, fauentibus Portugallia Regibus Ius Pont. docuit, Romam profectus Pio V. Greg. XIII. Sixto V. PP. M. M. carus, omnibus nationibus gratus, huic Xenodochio beneficus, obiit XI. Kal. Iulius 1586. ætatis anno 94. m. 6. d. 8. multis doctrina sue perurgatis monumentis Martinus Zuria anunculo B. M. P. of. * Dicendum erat: Qui Caturci primùm, deinde Tolose ius vtrumque, & postea Salmantica, &c. Gallia enim est quæ Nauarrum virum fecit, vt ipse ait, ex qua ille veram Iurisprudentiam in Hispaniam & postea in Lusitaniam inuexit; quàmque sub vitæ exitum in Italiam illatam Romæ suspexerunt Summi Ecclesiæ Antistites.*

S. Mattheus Apostolus. Bell. p. 41.

SMATTHÆVS, Leui cognomine, Sex Publicano in Apostolorum numerum cooptatus anno Christi 31. primus omnium Euangelium scripsit Hebraico idiomate anno Christi nati 42. Quamdiu postea vixerit quòve anno in Æthiopia die 21. Septembris obierit mihi non constat. De eo S. Hieronymus cap. 3. Catalogi, Præfatione in illius Euangelium, & alibi sæpe, S. Irenæus libro 3. cap. 1. Eusebius Cæsariensis lib. 3. cap. 18. & 24. Epiphanius hæref. 29. S. Athanasius in synopsi, vt omittam Baronium, Bellarminum & Noui Testamenti recentiores interpretes,

Matthæus Palmerius.

Bell. p. 399.

FLORENTINVS, Chronici auctor quod ab anno 444. incipit ubi desinunt aliquæ editiones Prosperiani Chronici mille additis annis perduxit vsque ad annum 1449. De eo Phil. Bergomas, Ioannes Trithemius, qui vt hæreticum combustum asserit aliis id pernegantibus, Raphael Volaterranus, Paulus Iouius, Vgolinus Verinus, cæterique, excepto Posseuino, qui, vt arbitror, tanquam hæreticum abiecit: qua de accusatione plura Vossius. Mirum verò est Miræum tam cæcis oculis descripsisse Bellarminum, vt non animaduertent Prosperi Chronicon non desinere in annum 449. cum enim duæ minimùm fuerint Chronici illius editiones, altera in annum 444. altera verò in annum 455. exporrigitur, vt ex adscriptis Consulm paribus exploratum Chronographo esse debuit.

Matthias Palmerius patria Pisanus Florentini Chronicon continuauit ab anno 1450. ad 1487.

Matthæus Paris.

Bell. p. 341.

MATTHÆVS Parisiensis, Parisius aut Paris dictus natione Anglus, ac Monachus in Cœnobio S. Albani O. B. Congregationis Cluniacensis vt ferunt, scripsit notam cunctis

Historiam Anglicanam, quam primùm per-

duxit ab anno 1066. vsque ad annum 1250. ipsemet deinde contínuauit vsque ad annum 1259. quo viuere desiit. Appendicem vero ignotus aliquis (sunt qui Guillelmum Rishanger vocitent eiusdem cœnobij Monachum) adtexuit ad annum 1273, quo decessit Rex Anglorum Henricus III. Ioannis sine terra dicti filius. Rogeri Wendoveri Historiam vsque ad annum 1235. haberi in edito Matthæo Parisio, eique falsò tribui, inquit Iacobus Waræus extrema pag. 111. lib. 2. de Scriptoribus Hiberniæ,

Editio anno 1571. opera Matthæi Cantuariensis procurata Londini in Anglia, ac deinde Tigurinorum in Heluetia typis diuulgata, noua tantùm in suspicionem venit Baronio ad annum 996. Posseuino in Apparatu sacro, Bell. loco indicato, aliisque Orthodoxis, sed & ipse Brianus Thwinus libro tertio de Antiquitate Academiæ Oxoniensis non vsquequaque probat, vt monuit Vossius libro II. de Historicis Latinis cap. 58.

De posterioribus editionibus Anglicana & Parisiensis, additòque Glossario vocum obscurarum ac barbararum alius erit Deo bene fauente ac commodior suo tempore dicendi locus. Eas enim indicasse modo sufficiet.



Matthæus. Vide Ioannes Villanius,

Matthias. Vide Matthæus Palmerius,

S. Maximus Taurinensis. Bell. p. 184.

S M A X I M U S, Taurinensis in Subalpinis Episcopus floruit, Honorio qui obiit anno 423. & Theodosio iuniore, qui è vita migravit anno 450. imperantibus. De eius anno fatali, non consentiunt inter se Chronologi: alij enim ante annum 423. aut certè 450. obiisse volunt, quod Gennadius cap. 40. Catalogi dixerit Maximum mortuum esse Honorio, aut si hunc auferas saltem imperante Theodosio II. Verùm Gennadius quo vtor à Miræo editus pro voce *moritur*, quæ in quibusdam aliis editionibus occurrit, exhibet alteram vocem *floruit*, quæ sanè non nocet communi certiorique sententiæ Baronij aliorumque qui Mediolanensi synodo sub Martino Imp. celebratæ & Romanæ anno 465. interfuisse opinantur sub Hilario Papa post quem primus descripsit. De eo Martyrologium Romanum die 25. Iulij Gennadius qui citato loco multa de eo refert notatu digna, Honorius cap. 40. libelli secundi vbi nulla Honorij facta mentione sub Theodosio dumtaxat claruis se dicitur, Ioannes Trithemius qui sub Theodosio mortuum asserit, Vossius qui apud Gennadium legendum arbitratur Odoacro & Theodorico regnantibus, vt de cæteris fileam.

Homiliæ eius tum seorsim Colonia, Romæ, & alibi editæ sunt, tum in Bibliothecis Veterum Patrum. Editionem Parisiensem anni 1623. hic tibi, Lector, repræsentabo: quod antequam exequare deridendam omnibus Guiljelmi Perkienis eiusque simiorum Roberti Coci, Andreæ Riueti, Io. Henrici Hottingeri, similiumque Heterodoxorum argumentationem proponam. Sermones de Martyribus Taurinensibus, sermo quintus in Natali Petri & Pauli & quidam alij vt spurij suppositique, vt nullius aut saltem incertæ fidei repudiandi sunt Quid ita porro? Quod ab imperitis amanuensis ac sciolis quibusdam collecto-ribus inter sanctorum Ambrosij atque Augustini Sermones reperiantur inserti. Sanè, vt nihil grauius eloquar, qui hoc pacto ratiocinantur, in peroluantis MSS. codicibus hospites se præbent ac penitus peregrinos. Quàm rectius cum Bellarmino dixissent, etiam si Augustino quidam aut Ambrosio vindicarentur non fore magnum errorem, cum vterque auctor doctus sit, antiquus & sanctus. Sed omissis Vitilicigatoribus illis inficetis, ad rem promissam veniamus.

In aduentu Domini due.

In Vigilia Natalis Domini vna.

In Natali Domini sex. Gennadius docet se legisse Homilias de Natali Domini, de Epiphania, de Pascha & Pentecoste, aliasque multas de diuersis causis habitas quas nec retineret, Quæ tertia habetur incipitque: *In Aduentu Domini* reperitur ordine 11. inter sermones de

Tempore S. Augustini, non idè tamen Maximo abiudicanda quæ est Heterodoxorum insulsa ἀνομοίωτα. *moniti*

In Circumcisione Domini, siue, de Kalendis Ianuariis increpacio, quæ memoratur Gennadio.

De Epiphania, seu Theophania D. N. I. C. octo quarum 7. quæ etiam de Baptismo Christi differit est 37. sermo de Tempore apud Augustinum.

De Quadragesima, Ieiunio, Græcæ & Passione Domini, Latrone, sepultura, aliisque ad ista spectantibus septemdecim, Ea quæ incipit, *Mirum forsitan videatur*, &c. est sermo 118. de Tempore. Cùm tamen ex Gennadio constet Maximi esse Homiliam de accusato & iudicato apud Pilatum Domino.

In solemnitate Paschali quinque, quarum quæ est ordine recensetur 116. inter sermones Augustini de Tempore.

In Litanis & de Ieiuniis Niniuitarum, quæ dicitur Gennadio de pœnitentia Niniuitarum.

In solemnitate Pentecostes tres.

In natali S. Stephani una quæ est 5. de Sanctis apud Augustinum.

In natali S. Agnetis Virg. & Mart. una

In natiuitate S. Ioannis Bapt. tres: meminit Gennadius.

In natalibus Apostolorum Petri & Pauli quinque. Prima quæ incipit *Gloriosissimos*, est apud August. 27. de sanctis. Gennadius narrat composuisse Tractatus in laudem Apostolorum.

In natali S. Laurentij Martyris tres ex Gen

In natali S. Eusebij Vercellensis Episcopi & Confessoris Kal. Aug. dua ex eodem Gennadio.

In natali S. Cypriani dua, meminit Genn.

De eo quod scriptum: *Quis maior est in regno Calorum?* & legitur in feriis S. Michaëlis. Gennadius ait de capitulis Euangeliorum & de Actibus Apostolorum multa exposuisse.

In natali SS. Martyrum Taurinensium Oclauij Aduentij & Saluatoris. Non meminit differens verbis Gennadius, se quæ tamen ex omnibus videtur esse Maximi hæc ipsa est.

In communi Martyrum hæc dicitur Gennadio Generalis omnium Martyrum homilia.

In traditione symboli de expositione eiusdem una.

De non timendis hostibus carnalibus & de gratis post cibum Deo agendis, ipsissima sunt Gennadij verba.

De auaritia vitanda, & de eo quod scriptum est, *Erant eis omnia communia* Reperitur apud Ambrosium ordine 9. & apud Augustinum 25. de Verbis Apostoli. Esse tamen genuinam Maximi Homiliam discimus ex Gennadio.

Secunda de eodem argumento.

De Eleemosynis largiendis dua, ex Genn.

De Hospitalitate una, ex eodem.

De defectu Luna ex eodem.

De eo quod scriptum est in Esaiâ: *Cæpnes tui miscent aquam vino*. Consule Gennadium, qui singulatim pæne omnes illas lege-

rat Homilias, & Criticorum nostrorum obstruit os, audaciãque comprimit.

S. Maximus Monachus & Martyr.

Bell. p. 240.

S MAXIMVS modò Monachus, modò Abbas, modò Martyr, modò Confessor, siue Homolegeta dici solitus, scribebat anno 641. Librum de Computo quo obiit Heraclius: in exilium actus est à Constante Imperatore iisque qui nouum de vnica in Christo voluntate & operatione dogma in Orientem inuenerant: celeberrimam in Africa habuit anno 645. disputationem cum Pyrrho Patr. CP. sede sua pulso coram Georgio Patricio in conuentu Episcoporum quæ extat Græcè & Latine vt mox dicemus. Tandem vt verè Christi Confessor & Martyr in Lazica in castello Alanis quo fuerat relegatus, die 13. Augusti Indictione 5. exeunte anno Christi 662. ex hac vita decessit sub Vitaliano Papa & Constante Imp. Monothelitarum fauore. De eo eiusque scriptis plura Photius cod. 192. 193. 194. & 195. Anastasius Bibliothecarius in Collectaneis à Sirmundo editis, Auctor vitæ eius à Petro Morino Doctore Parisiensi Latine redditæ, Theophanes auctorque Miscellæ, atque ex recentioribus Baronius ad annum 640. & consequentes, Posselinus, Miræus nos quoque in Specimine Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum supplemento X. pagina 81. vt omni tam Elmsium & quosdam alios Augusti-

nianos, qui infirmis admodum coniecturis adducti Maximum inter ordinis sui Viros illustres accensent. Cùm enim inquirunt, in Africa quinque annis demoratus fuerit, neque credibile sit tantùm hominem toto eo tempore extra clausuram regularem: & eo tempore omnia Africæ monasteria Monachorum sub Eremitico Augustini instituto degerent, valdè credibile sit Maximum & eius discipulos, nostris Eremitis intra eadem cœnobita conuixisse, & (vt erat illis temporibus de licentia Episcopi facilis transitus) eam vitæ professionem iniisse quæ in cœnobio quod incolebant, obseruabatur. Hæc illi non felicis quàm cùm Honoratum Hilariumque Arclatenfes, Eucherium Lugdunensem duosque eius filios, Maximum Faustumque Reiensis Episcopos totamque adeo Insulanorum Lirinensium ceteruam in iura Eremitarum Augustinianorum transferunt tota reclamante antiquitate. Quid quod & S. Paulam viduam Romanam, ipsumque aded B. Paulinum Nolanum Episcopum boni quidam viri admodumque fidei suæ prodigi cum aliis compluribus Ordini suo adscribunt, quæ si discussit Critice paulò austerior omnia in fumos ventosque euanescent. Quæ occasione Maximi dicta sunt: cuius ex scriptis prope innumerabilibus hæc hæctenus edita fuisse comperi.

I. Quæstio Ecclesiastica dogmatis, disputata coram Georgio Patricio in Conuentu Episcoporum & aliorum nobilium virorum à Pyrrho Patr. CP. & B. Maximo qui doctrinam

Apostolorum & SS. Patrum defendebat contra eos qui de vna voluntate Christi nouum inuenerant dogma: siue Acta disputationis illius integra prout à Notariis tunc excepta sunt. Extant Græcè & Latinè interprete R. P. Francisco Turriano Soc. IESV in Appendice Tomi VIII. Annalium Ecclesiasticorum.

II. *Commentaria seu scholia in opera S. Dionysij Areopagite* quæ & seorsim Græcè edita, & vtraque lingua in editionibus S. Dionysij Lanfcliana & Corderiana, vt supra monuimus.

III. *Computus Ecclesiasticus duobus libris comprehensus cum breui Temporum putatione & summa*: siue, Compendiaria Narratio Christiani Paschatis qua descripti Laterculi ratio declaratur, Græcè ex Vaticana Bibliotheca & Latinè interprete R. P. Dionysio Petauio Soc. IESV cum aliis Græcis Auctoris in Vranologio prodiit anno 1630. Parisiis apud Sebastianum Cramosium. Huius Computi excerpta quædam Iosephus Scaliger Operi de Emendatione temporum inseruerat notisque explicarat quas idem Petauius excussit libro 8. Variarum Dissertationum.

I V. *Liturgiæ Expositio*, siue, de Ecclesiastica Mystagogia & quorumnam sint signa in sancta Ecclesia quæ in Diuina synaxi seu Communionem peraguntur, Græcè & Latinè Tomo II. Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrum anni 1624. & Tomo XII. Morellianæ pag. 410. ex editione Græco-Latina Augustæ Vindelicorum anno 1599. apud Ioannem Præ-

torium Gentiano Herueto Aurelianensi Canonico Remensi interprete operâ & studio Davidis Hæschelij cum S. Ioannis Chrysoptomi Homiliis aduersus Iudæos.

V. *Expositio in Cantica Canticorum*, quam ex eius & SS. Gregorij Nysseni ac Nili Commentariis collegit Michaël Pefellus hortatu & studio Michaëlis Ducæ Parapinacij Græcorum Imp. Græcè & Latinè Francisco Zino interprete extat, tum Tomo II. Auctarij anni 1624. tum Morellianæ Bibliothecæ Veterum Patrum Tomo XIII. pag. 681.

VI. Tractatus eiusdem B. Maximi *de duabus D. N. I. C. naturis in decem capita distinctus*, quem iam olim Ioachimus Perionius Monachus Cormœriacenus Latinè ediderat, vt vel ex Bibliothecis discere quis potest, extat Tomo I. Auctarij Græco-Latini Combesiani à columna 443. ad 448. Vide pariter Bibliothecas Veterum Patrum & versa à Turriano nostro opuscula.

VII. *Varia Capitula tum Theologica tum Oeconomica* siue, quæ ad diuinam dispensationem pertinent, *de Virtute & vitio, Centuriis quinque distincta*, Græcè & Latinè interprete Ioanne Pico Classium Inquisitoriarum in Senatu Parisiensi Præsidi Parisiis anno 1560. in 8. apud Guill. Morellium.

VIII. *De perfecta Caritate & de aliis Virtutibus Christianis ad Elpidium Presb. Centuriæ quatuor* Græcè & Latinè Viuentio Oploto interprete in 8. Haganæ 1631. & in Micro-Presbyterico in folio anno 1555. & cum senten-

tiis Antonij Monachi eiusdemque Maximi Tiguri 1546. Eadem & pleraque alia ex his opusculis Latinè tantùm in Bibliothecæ Colonienfis Tomo 7. & Parisiensibus. In Oplœpœi versionem vide censuram Iacobi Billi Prunæi libro I. obleru. sacr. capp. 12. & 17.

IX. *Sententiarum seu Capitum Theologicorum præcipuè ex sacris & profanis libris tres Tomi I.*

ἐπιλογαὶ ἐν ἑξαφάρων βιβλίων τῶν τῆ κατ' ἡμᾶς ἔχουσιν
 Συλλογῆν, per Antonium & Maximum Monachos collecti: Antonij loci, Melissa inscripti, sunt numero 175. Maximi verò 71. Tiguri apud Christophorum Froschouerum in fol. 1546. Græcè & Latinè. Melissa interpretes Conradus Gesnerus Tigurinus, & Ioannes Ribittus Sabaudus, Maximi verò locorum Communium idem Ribittus, vterque primæ Classis hæreticus vt monet Ioannes Maria Brasichellanus Magister sacri Palatii in cautione ad Bibliothecam Veterum Patrum Parisiis à Margarino Bignæo editam mihi paginis 178. & 179. vbi & Vincentius Oplœpœus inter recentiores computatur Hæreticos, ac Bilibaldus Pirckheimerus, de quo postea. Habeo quoque modo præ manibus Locos communes sacros & prophanos Sententiarum omnis generis ex Authoribus Græcis plusquam trecentis congestarum per Ioannem Stobæum & veteres in Græcia Monachos Antonium & Maximum à Conrado Gesnero Latinitate donatos & in vnum volumen Græcis ac Latinis è regione positos coniunctos. Francofurti in folio anno 1581.

X. *Maximi Monachi Definitiones variæ ὀποῖσ δὲ ἕσπερον*, Græcè tantum prodierunt è Palatina Bibliothecæ codice MS. Heidelbergæ anno 1591. in 8. post S. Gregorij Nazianzeni Definitiones rerum simplicis tunc primum Græcè editas ex Augustana Bibliotheca à Dauide Hæschelio cum Latina interpretatione Ioan. Leunclauij. Eadem postea restitutæ eodem curante Hæschelio ante eisdem Maximi Mystagogiam Græcè & Latinè editam Augustæ in 8. anno 1599. De iisdem Definitionib. Latinè redditus à nostro Turriano dicemus sequenti numero.

XI. Opuscula tredecim contra Monotheletas & Acephalos R. P. Francisco Turriano Soc. IESV Interprete Latinè dumtaxat prodierunt in 8 Ingolstadij annis 1605. & 1615. si tamen diuerſa & non eadem editio, hoc ordine.

1. *Epistola ad Maximum Presbyterum.* Ex ea quædam edita sunt Græcè Lugduni Batauorum post Paraphrasin Ethicorum Nicomachiorum Andronici Rhodij.

2. *De operationibus & voluntatibus capita 50.* pag. 37.

3. *Ex eodem Tractatu capita 51.* quod Patres qui dixerunt in Christo duas voluntates, leges naturales significarunt non τὰς γενεάς id est sententias pag. 44.

4. *Epistola ad Georgium Presbyterum & Abbatem de Mysterio Christi* de quo per epistolam eum interrogauerat pag 57.

5. *Contra eos qui dicunt oportere dicere, vnam*

Christi operationem secundum exuperantiam quia dicunt diuinam operationem tanquam efficaciorē superare humanam, pag. 64.

6. *Tomus dogmaticus missus in Cyprum insulam ad Marinum Diaconum*, pag. 67.

7. *In illud, Pater si possibile est, transcat à me calix iste* pag. 90.

8. *Definitiones variae*, pag. 93. De quibus supra.

9. *Epistola ad Nicandrum Episcopum de duabus in Christo operationibus*, pag. 99.

10. *Epistola ad Praepositos Monachos & populos Catholicos habitatores insulae Siciliae, contra eos qui unam operationem in Christo ponunt*, pag. 120.

11. *Gnoma demonstratiua duarum in Christo voluntatum*, pag. 141.

12. *Distinctio multiplicis vniōis*, pag. 148.

13. *De duabus naturis Christi, & quod Arius & Nestorius in Theologia & Incarnatione contra atque Sabellius & Eutyches sentiunt*, pag. 149.

Sequitur pag. 153. *Antiheses Haereticorum & Ecclesiae orthodoxae circa nonnulla fidei dogmata ab eodem Turriano ex Graeco conuersa, quae creduntur esse eiusdem Maximi.*

XII. *In Collectaneis ab Anastasio Bibliothecario Sedis Apostolicae in gratiam Ioannis Diaconi è Graeco sermone versis & à Irmundo nostro vulgatis anno 1620. in 8. extant.*

I. *Excerptum ex epistola S. Maximi ad Marinum Presbyterum vbi apologia Honorij Papae inter caetera continetur*, pag. 16.

2. *Ex epistola eiusdem S. Maximi ad Petrum illustrem, vbi Pyrrhi & Sophronij Hierosolymitani ac Papae Honorij meminit*, pag. 35.

3. *Ex epistola eiusdem ad Marinum Presbyterum de processione Spiritus sancti*, pag. 44.

4. *Commemoratio quid Legati Romani Constantinopoli gesserint, ex epistola S. Maximi ad Thalassium Abbatem*, pag. 63.

3. *Relatio facta motionis in S. Maximum & socium eius sua Collatio eius cum Principibus in secretario*, pag. 114.

6. *S. Maximi epistola ad Anastasium Monachum discipulum suum*, pag. 138.

7. *Relatio de dogmatibus, quae agitata sunt inter S. Maximum & Theodosium Episcopum Caesareae Bithyniae & proceres qui cum eo erant*, pag. 149.

8. *Scholion, siue, Hypomnesticon declarans gesta S. Maximi & aliorum*, pag. 151.

XIII. *Sermo ad pietatem exercens, Latine Flaminio Nobilio interprete, Romae 1578. in 4.*

XIV. *De Incarnatione Verbi sermo exercitatus, Latine interprete Bilibaldo Pirkeimerro, Norimbergae anno 1530. & in Bibliothecis Veterum Patrum hoc titulo: De Incarnatione Verbi cum aliis aliquot ad pietatem conducentibus Quaestionibus, Dialogus. In Collectiōe operum Pertkheimeri anno 1610. excusa.*

XV. *Dialogi quinque de sanctissima Trinitate qui extant Tomo II. operum GL. sancti Athanasij pag. 198. interprete Theodoro Beza Vezeliacensi, Maximo nostro tribuuntur à*

Demetrio Cydone libro de Processione Spiritus sancti cap. 5. vt scitè annotauit R. P. Dionysius Petauus Tomo I. Theologicorum Dogmatum cap. 10. n. 4.

Cùm verò hæc iam parata essent prælo post non minimam, vt vides, in conquirendis S. Maximi operibus hætenus editis solertiam, venit in manus meas breue schedium R. P. F. Francisci Combefis Ord. FF. Prædicatorum Congregationis S. Ludouici ad sanctæ Mariæ Annuntiæ Parisiis commorantis, siue Syllabus aut indiculus omnium Sancti illius Monachi operum siue editorum siue MSS. quæ ad proxime futuram editionem vnde quaque conquiri conquisiuitque, hoc ordine duobus Tomis diuulganda.

Tomo I. excudentur

IN locos Scripturæ difficiles, Quæstiones ad Thalassium LXV. Photio recentur. Ex Reg. Cod. duplicique Exc. V. Petri Seguerij Franciæ Cancellarij: ex quibus, ad ea quæ desiderantur plurima in Regio, accesserunt continua fere, ac luculenta ipsiusmet S. Maximi Scholia.

In Psalmum LIX. Ex Reg.

In Orat. Dominicam Ex eod.

Liber Asceticus; il est, exercens ad pietatem, vt reddit Nobilius; siue, de vitâ piè ac religiosè instituendâ ad Elpidium. Ex Em. Card. Mazarini duplici Codd.

Quater-Centena Capita de Charitate ad
cun-

eundem. Produxit Obsopæus ex vitioso satis Cod. imperitiùsque reddidit. Paulò emendatius Gesnerus Græca recudit: prodeunt nunc multis Regiis Codd. collatis auctiora ac emendatiora.

Quinques Centena Capita ad Theologiam, & Oeconomiam spectantia, deque Virtute, ac Vitio, à Ioanne Pico, Classium inquisitoriarum in Senatu Parisiensi Præsidi pridem producta; nuncque multis Regiis Codd. collatis auctiora & emendatiora.

Bis Centena Capita, de Theologia, ac Filij Dei in carne Oeconomîa. Ex Cod. Regio.

Interrogationes & responsiones. Ex Reg. & Seguer.

Capita Theologica, siue, scitè dicta, ac electa ex diuersis tum nostratum, tum profanorum libris. Ex Gesneri duplici edit. Riburij versio necdum occurrit.

Mytagogia, à Dauide Hæschelio primùm producta, atque à Gentiano Heructo Latinè reddita.

Christiani Paschatis enarratio, Dionysio Petauio Soc. I E S V Theologo Interprete.

Libellus de Animâ. Ex Em. Card. Mazarini Cod.

Epistolæ ad diuersos ex Regio Codice, quarum hæc *euuog.*

1. Ad Georgium Præfectum Africæ.
2. Ad Ioannem Cubicularium, de Charitate.
3. Ad eundem.

4. Ad eundem, de Tristitia secundum Deum;
5. Ad Constantinum.
6. Ad Ioannem Archiepiscopum, esse animam incorpoream.
7. Ad Iordanem Presbyterum, Habere animam etiam post mortem intelligendi actum, &c.
8. Ad eundem, de Charitate.
9. Ad Thalassium Presbyterum & Hegumenum, seu Abbatem.
10. Ad Ioannem Cubicularium.
11. Ad Abbatissam, de recipiendâ Moniali, quæ, &c.
12. Ad Ioannem Cubicularium (Photius, Philosophum, nisi in eo mendum est) De rectis Ecclesiæ Dei decretis, & aduersus Seuerum.
13. Ad Petrum Illustrem, aduersus Seueri doctrinam.
14. Ad eundem Epistola dogmatica.
15. Ad Cosmam Diaconum Alexandrinum, de Communi & Proprio; id est, de Essentiâ & Personâ.
16. Ad eundem.
17. Ad Iulianum Aduocatum Alexandrinum, de Incarnationis Dominicæ Ecclesiastica doctrinâ.
18. Ex personâ Georgij Præfecti Africæ, ad Moniales, quæ ab Ecclesiâ Catholicâ Alexandriæ defecerant.
19. Ad Pyrrhum Presbyterum & Hegumenum, seu Abbatem.
20. Ad Marinum Monachum.

21. Ad Episcopum Cydoniæ.
22. Ad Auxentium.
23. Ad Stephanum Presbyterum.
24. Ad Cononem Presbyterum & Hegumenum, siue Abbatem.
25. Ad Thalassium Presbyterum, de Regibus Ethnicis, qui ad auertendam Dei iram filios immolauerunt.
26. Ad Ioannem Cubicularium.
27. Ad Cyricium Episcopum.
28. Ad eundem.
29. Ad Ioannem Episcopum.
30. Ad eundem.
31. Ad Polychronium Abbatem.

Sexque aliæ ad eundem familiares ac breuiores.

Ad Marinum Presbyterum Cypri. Ex alio Regio Cod. non satis emendato.

Georgij Metochitæ expositio ad ea, quæ ad processionem Spiritus sancti etiam ex Filio in eâ Maximi Epistolâ spectant, ac Latinorum de eâ vindicandam sententiam. Ex Reg. Cod.

De secundo aduentu. Ex Seguiet.

Ad Theopemptum Aduocatum, qui quæsierat de Iudice iniquitatis. Ex eod.

Ex Reuerendissimi Abbatis sancti Georgij *Σκελετου*, Gerasimi Blachi vetusto ac elegantissimo Codice Venetiis, hæc submittenda.

Ad Marinum Presbyterum.

De Operationibus & Voluntatibus.

Ad Georgium Presbyterum, de Mysterio Christi.

Tomus dogmaticus ad Marinum.

De illo, *Pater, si fieri potest, transeat à me.*

Epistola ad Nicandrum Episcopum.

Ad sanctos Patres in Siciliâ constitutos:

Quæ sunt fere ipsa à Francisco Turriano Soc. I E S V Ingolstadij Latinè solùm edita.

Libellus de duabus naturis. Ex nostro sancti Hilarij Cod. ac Meursij editis.

Maximi definitiones. à Dauide Hæschelio Græcè; à Francisco Turriano Soc. I E S V Latinè editæ.

Tomo II, excudentur

In Dionysij Gregorij Theologi locos aliquot ad Thomam. Ex Reg. Cod.

In Gregorij Theologi locos difficiles. Ex eodem. Opus est spissum & arduum, Scoto Erigenæ olim tentatum, versione inscriptâ Carolo Caluo; ex quâ emendata in Regio Cod. aliqua, ac suppleta. Ex Cluniac. Bibl.

Scholias in Dionysij opera. Ex Reg. Sandionysiano, ac duplici Em. Card. Mazarini multis aucta & emendata.

Disputatio cum Pyrrho. Ipsa quoque à Francisco Turriano Soc. I E S V Theologo reddita, & à Baronio vtraque linguâ prodacta.

Disceptatio cum Theodosio Cæsareæ Bithyniæ Episcopo. Ex Seguier. Cod.

Narratio disceptationis Maximum inter, ac Præsides in Secreto. Ex eodem.

Ad Anastasium Monachum. Ex eodem.

Incerti inuectiua, *ἐπιτιμητικὴς*, aduersus Constantinopolitanos, ob ea quæ in sanctum Maximum ab illis patrata sunt. Ex eodem Seguier. Cod.

De Vita, & certamine sancti Maximi. Ex Reg.

Athanasij nomine dialogi specie iam sæpius edita, eius operum tomo 2. aduersus Arianos, Anomæos, & Apollinaristas: Romanns Codex à Baronio relatus, vt & Reuerendissimi Abbatis Gerasimi Blachi Venetianus vindicant Maximo, ex quorum etiam fide illi tribuentur, nisi quis certioribus ex monumentis aliter opinandum suaserit.

His ab erudito Viro magna diligentia ac studio iampridem paratis, Candide Lector, operum S. Maximi Martyris studiose indagator, velim adiungas, quæ ante aliquot annos excudenta curauit in specimine Antiquarum Lectionum siue Nouæ Bibliothecæ manuscriptorum Codicum in 4. Parisiis editæ apud Ioannem Henault paginis 79. 88. 94. 95. 101. 177. 196. 200. 275. 293. 301. 305. & aliis, sed præcipue 381. & sequenti ex Codice 127. Bibliothecæ Sfortianæ, in quo quamplurima delitescbant sancti Maximi opuscula, quorum Catalogum fideliter expressimus ex schedis Græcis, quæ forte fortuna inter liturarias chartas mihi aliud agenti aliàs occurrerunt. Consulendus quoque Possuinus noster paginis 30. & 31. Appendicis ad Apparatum sacrum in Catalogo librorum Græcè MSS. quos Franciscus Turrianus Theologus,

antequam Societati IESV nomen dedisset, hinc inde, præsertim ex Magna Græcia collegerat.

Melito Sardenfis.

Bell. p. 65.

MELITO Asianus, Sardium in Lycia Minoris Asiæ Prouincia Episcopus, Marco Aurelio Antonino Imp. Apologiam pro Christianis tradidit, inquit Eusebius in Chronico anno olymp. 237. secundo Christi 170. & libro 4. Historiæ Eccles. cap. 25. S. Hieronymus cap. 24. Catalogi, vbi primo loco duos eius de Paschate libros memorat & laudari à Tertulliano elegans & declamatorium eius ingenium testatur, vt Theodoretum & Gennadium cap. 4. de Ecclesiasticis dogmatibus, aliosque iis recentiores omittam, ac præsertim Petrum Halloxium nostrum qui fragmentum verorum eius operum collegit, ac nominatim quæ ad Onesimum scripsit de sacris Scripturis, &c.

In supposito tanto viro librum pseudepigraphum de *Transitu B. Virginis Mariæ*, qui habetur Latinè dumtaxat in Bibliothecis Veterum Patrum Colonienfi & Parisiensibus, censuram exercuit Gelasius Papa cap. sancta Dist. 15. apud Gratianum cum inter Apocrypha reiecit libellum qui appellatur *Transitus*, id est, *Assumptio S. Mariæ*. In eundem acrius inuehitur Ven. Beda Retractionum in Acta cap. 8. ac recentiores plerique viri docti Trithemio in censendis Veterum Scriptorum

Tractatibus accuratiores, Baronius an. 48. & 172. Sixtus Senensis, Franc. Suarez, Ioannes Maria Brasichellanus, qui monet in Hispanico Indice iuberi, vt expungantur omnia à capite 8. vsque ad finem operis, & alij, vt Heterodoxos Criticos omittam, qui sua decreta à Catholicis mutuari solent.

In codice nostro MS. membraneo nomen eiusdem præfert *Clauis Scripturæ* (Eusebius inter cætera Melitonis scripta recenset τὰ κλειδιά, & S. Hieronymus in Catalogo librum, qui Clauis inscribitur, haud multum diuersa à Formulis spiritualis intelligentiæ quæ inter opera S. Eucherij annumerantur.

De eiusdem libro *ἑξήκοντα δύο* vide quid Petauus libro 2. cap. 1. Theolog. Dogmatum referat ex Origine apud Theodoretum quæstione XX. in Exodum.

Metaphrastes.

Vide Simeon.

S. Methodius Martyr.

Bell. p. 91.

SMETHODIVS primùm Olympi Ly-
ciæ vel, vt alij volunt, Patarorum ac postea Tyri Episcopus, cognomento Eubulius, disertissimus vir ac nitidi compositique sermonis scriptis aduersus Origenem & Porphyrium nobilissimus, passus est martyrium non in Decij seu Valeriani persecutione, vt quidam cum Suida scripserunt, sed sub Diocletiano & Maximiano in Chalchide ciuitate Græciæ ad extremum nouissimæ persecutionis die 18. Septem-

bris ex Martyrologio Romano anni 302. aut 303. De eo ex antiquis scriptoribus S. Hieronymus Catalogi cap. 83. in præfatione ac cap. 12. Comm. in Daniele, ep. 84. ad Magnum Oratorem Romanum, in Apologia ad Pamachium pro libris aduersus Iouinianum, Epiphanius hæresi 64. vbi longissimum fragmentum exscripsit è libro de Resurrectione, S. Gregorius Nyssenus in Quæstionibus seu libro cui titulus est : Quid sit ad Imaginem Dei & similitudinem, Menologium Græcorum die 10. mensis Iulij, Photius codd. 234. 235. 236. & 237. in quibus reperiuntur luculenta eiusdem Excerpta de quibus mox dicemus, Honorius Augustodunensis libelli I. de Luminaribus Ecclesæ cap. 84. loco *αὐτῶν τῶν ζῴων*, id est, *de libero arbitrio*, excusum reperitur *de anime exitu* siue id imperitis librariis tribuendum sit, siue ipsius Honorij oscitantæ, vt Trithemium apud quem idem mendum reperitur, & recentiores omitam.

Conuiuium Virginum in quo XII. colloquuntur mulieres de laudibus Virginitatis Græcè & Latine interprete R. P. Petro Possino Soc. Iesv Theologo Parisiis è Typographia Regia prodiit hoc anno 1657. S. D. N. Alexandro VII. Papæ dicatum.

R. P. Franciscus Combefis Ord. Præd. Congregationis S. Ludouici anno 1644. emisit in lucem cum Amphilocho Iconiensis & Andreæ Cretensis operibus omnia Methodij Patarentis opera quæ reperiri potuerunt hoc ordine, quem pro more exhibebo.

I. *Ex libro de Resurrectione*, partim ex Epiphanio, partim ex Parallelis S. Ioannis Damasceni quæ Collegio nostro donauit Eminentissimus Cardinalis Ruffinicaldius, ex apographo R. P. Iacobi Sirmondi, ex Oratione eiusdem Damasceni de Imaginibus, & Photij Excerptis cod. 234. vbi etiam habetur Compendiosa expositio dictorum quorundam Apostolicorum ex eodem S. Methodij libro.

II. *Ex libro de creatis excerpta*, ex Photij codice 235. Hottingerus ex suis consecrancis Perkinso ac Simlero in dubium reuocat Methodij librum de Creatione : sed opinationis suæ illius nullam affert rationem, quod illi familiarissimum: ad eod totus est in aliorum exscribendis quisquiliis.

III. *Libet de libero arbitrio, ferè integer* conflatus cum ex iis quæ Ioannes Meursius ediderat iam ab anno 1619. tum ex Photianis excerptis cod. 236. & fragmento quod R. P. Sirmondus ei dederat vtendum.

IV. *Ex libro de Symposiis seu Conuiuio Virginum & castitate* partim ex editis ab Allatio cum Eustachio in Hexæmeron, partim ex Photianis Excerptis cod. 237. Integrum iam extat Conuiuium illud, vt meminimus.

V. *De Simone & Anna, quo die Domino in Templo occurrerunt, ac de sancta Deipara*, Græcè & Latine ex editione Antuerpiensis apud Trognesium anno 1598. studio Petri Pantini Tiletani Bruxellensis Decani qui primus Latine reddidit, extatque eius versio in Bibliothecis Veterum Patrum,

VI. Oratio eius in *βαίε* siue, in *Ramos palmarum* Græcè & Latinè ex codice Regio qui Methodio asserit. Nam Sauilius inter Homilias Chrylostomi edidit hoc titulo, *εἰς τὴν βίαν* & *ἑσθίαν*.

VII. Fragmenta ex Parallelis Damasceni, Ioannis Stobæi Ecloga 52. & Catenis in Iob, quibus subiiciuntur notæ.

In Bibliothecis Veterum Patrum extant Latinè dumtaxat eidem falsè tributæ *Reuelationes* de rebus quæ ab initio mundi contigerunt, quæque deinceps contingere debent per paraphrasim translatae. Sunt qui cum iis confundant Exegesim in Apocalypsim, quam nec editam nec descriptam in membranis hætenus vidi. Certè Io. Trithemius meminit libri eiusdem Methodij de nouissimis temporibus, necnon Chronici, cuius alteriúsue eidem falsè adscripti mentionem facit Marianus Scotus in Chronico. Documenta quæ Methodio in carcere existenti ab Angelo præfertim circa mundi creationem reuelata finguntur, edita fuerunt Basileæ 1498. cum additionibus Wolfgangi Aytingeri & Sebastiani Brandseu Titio- nis Argentinenfis.

Micheas Propheta.

Bell. p. 17.

MICHEAS Morathites de Tribu Ephraim vnus è XII. Minoribus Prophetis claruit sub Ezechia Iudæorum Rege circa annum Urbis conditæ decimum, & quadriennio post secutam Decem, Tribuum ca-

ptiuitatem, expugnata à Salmanasare Assyriorum Rege Samaria anno Rom. 14. De eo S. Hieronymus in Commentariis, Pseudo-Epiphanius libro de Vita & interitu Prophetarum, Salianus, Ribera, aliique Scripturæ interpretes. Errant verò non mediocriter, qui Vatem hunc, cuius extat Prophetia capitibus 7. comprehensa, confundunt cum Michea, qui Achabo regnante percussus est in maxilla à Pseudopropheta Sedecia & post Achabi mortem à filio eius Ioramo Rege Israël præcipitatus occubuisse dicitur.

Micrologus.

Bell. p. 292.

AVCTOR Micrologi, cui à quibusdam *Aminus* rectè præfigitur Ioannis nomen, vixit temporibus Gregorij VII. Papæ circa annum 1085. atque Anselmi Lucensis Episcopi, ac similibus, ad finem properante sæculo Christi XI. vnde manifestum est errasse eos, qui vel Bernoni Augiæ Diuitis Abbati cum Claudio Espencæo; vel Guidoni Abbati S. Crucis Auellani Musicarum notarum repertori cum Possuino tribuerunt. Plura Ioannes Maria Brasichellanus Magister sacri Palatii in Purgatorio indice, & Theophilus in Erotematis, neque enim in re explorata amplius immorandum.

Minutius Felix.

Bell. 7.

MINUTIVS, siue vt alij scribere malunt Minucius Felix Romæ insignis Orator siue Causidicus ac IC. Christianus auctor est elegantissimi *Dialogi, in quo cum Cæcilio Ethnico homine loquitur Octavianus Christianus*. Deo co Laetantius Firmianus libro 1. Diuinarum Institutionum cap. 11. & libro 5. cap. 1. S. Hieronymus cap. 58. de Viris Illustribus, in Epistola ad Magnum Oratorem Romanum & in Apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum, Eucherius nondum Ep. Lugdunensis in epistola ad Valerianum cognatum suum, & ex recentioribus Ioannes Trithemius qui eius ætatem figit sub Alexandro Imperatore anno Christi 230. & vt alios mittam, Franciscus Balduinus Atrebas qui anno 1560. Heidelbergæ primus vulgauit seiuictum à libris septem Arnobij, quibus in præcedentibus editionibus tanquam octauus subiectus fuerat. Is enim, vt loquitur Rigaltius, inter ciuilibus prudentiæ togatos, eruditio- ne, iudicio, pietate insignis ex iure manu con- fertam venit, & appellata fide publica doctè & religiosè multa præfatus, datis notoribus, iudiciis apertissimis, Arnobio non inuito, ab- duxit Octauium, confestimque reddidit M. Minutio Felici. Quod verò ad eius ætatem spectat Cypriano quidem videtur antiquior spe- rat Tertulliano suppar, quamquam non de- sint qui ad annum Christi 160. aut 170. collo-

ent quod *origenes* fuisse videatur Cornelij Frontonis Rhetoris insignis qui Marci Aurelij Antonini Imp. præceptor fuit teste Lam- pridio, quemq; ad annum Christi 164. Olymp. cxxxv. reuocat Eusebianum Chronicon. Hoc vnum colligere sibi putant ex istis Octauij ad Cæcilium verbis: Sic de isto & tuus Fronto, non vt affirmator testimonium fecit, sed con- uicium vt orator asperfit. Quæ respondent Cæcilij verbis: Et de conuiuio notum est. Pas- sim omnes loquuntur. id etiam Cirtensis no- stri testatur oratio. Quid verò si illud *1895* idem sit ac eiusdem tecum sectæ, siue Ethnicus: Nec inde quis aut Cæcilium Afrum Cirtensem ve arguat, aut amicitia villo nexu cum Fron- tone illo Rhetore coniunctum. Adde quod non vnus dumtaxat per hæc tempora Fronto, cum & hoc nomine quidam Iureconsultus in Pandectis memoretur! vt nec vnus in Africa Cæcilius, cum & à Cæcilio doctore suo, de quo Pontius, cognomen sibi indiderit Cypria- nus, aliique præter eum occurrant? Quis ve- rò Cornelium Frontonem Rhetorem in Afri- ca natum esse suspicatus est, cum non defuerint qui Plutarchi Charonci nepotem fuisse scripse- rint? non est ergo quod inde Blondellus & non- nulli alij communem Minucij epocham velli- cent: qua de re plura etiam fortasse aliàs.

Typographia Leydenfis anno 1652. post præ- missas variis in locis editiones, adeoque & nuperam Parisiensem anni 1643. studio Ni- colai Rigaltij IC. elaboratam, *Minucij Feli- sis Octavianum* in lucem emisit cum Arnobio

variis eruditorum Commentariis illustrato & Iulio Firmico Materno; hoc ordine seruato.

Francisci Balduini IC. Prolegomena in M. Minucij Felicis Octauium.

M. Minucij Felicis Octauius, nouissima Iacobi Ouzelij recensione castigatus.

Ioannis à Wower in eum Notæ.

Geuerharti Elmenschorftij liber Commentarius.

Desiderij Heraldi Castigationes & Notæ.

Nicolai Rigaltij Obseruationes, cuius omiffa est Præfatio, idque destinato vt videtur consilio.

Iacobi Ouzelij Animaduersiones.

Subiunctus in fine Iulius Firmicus Maternus de *Errore Profanarum religionum*, ex recensione Ioannis Wouuerij cum eiusdem Notis.

Antequam verò à Minutio recedam, placeat obseruare Honorium Augustodunensem cap. 59. libri primi de Luminaribus Ecclesiæ affirmatè pronuntiare *librum de Fato*, vel, *contra Mathematicos* scriptum fuisse à Minutio, cum de eo tamèn ob diuersitatem styli cum Octauij dialogo dubitauerit S. Hieronymus. Sed hoc fatum est Breuiatorum, vt studio breuitatis alienissima inter se coniungant, Corrigendum quoque in hoc compendio occurrit, quòd *altercationis Dialogum Christiani & Hæretici disputantium* asserat, cum scribendum fuerit *Ethnici*, dormitante ad hæc, aliâque maximi momenti editore ac scholiaste Mirzo.

Monaldus.

Bell. p. 368.

MONALDVS, Iustinopolitanus Damata, ex Ordine Minorum assumptus, vt quidam volunt ad Archiepiscopatum Bencuentanum, floruit anno 1332.

Summa Casuum conscientia, Aurea dicta, siue Monaldina, edita in 8. Lugduni 1516. apud Petrum Baletum & fortè alibi. Reliqua eiusdem opera an typis fuerint excusa prorsus ignoro. Possuimus atque ex eo Bellarminus, Miræus, & alij confundunt cum Monaldo Anconitano eiusdem ordinis Religioso, qui Arzengæ à Saracenis martyrio coronatus est cum duobus alijs die 2. Martij 1288. vt pluribus Lucas Wadingus in Annalibus Minorum, quos consule ad annos 1288. 1314. & 1332. Trithemius Monaldi meminit, dumque videtur collocare circa annum 1330. sed silet omnino de Bencuentano Archiepiscopatu.

Moses Barcepha.

Bell. p. 276.

MOSES Barcepha, Episcopus Syrorum in Beth-Raman, & Beth-Ceno, ac rerum sacrarum curator in Mozal, siue Seleucia Parthorum, vixisse perhibetur sæculo Christi decimo circa annum 900. ideòque errare mihi non mediocriter videntur, qui cum Margarino Bignoz in secunda editione Bibliothecæ veterum Patrum auctorem libri de Paradiso volunt esse Mosem illum Syrum siue Assy-

rium, quem Andreas Fabricius Leodius in Epistola sua ad Othonem Cardinalem Episcopum Prænestinum & Augustanam, Quæstionum suarum in Tridentinum Catechismum Nuncupatoria, Romam missum esse legatum ait Pontificibus Paulo III. & Iulio III. ab Ignatio Syro Patriarcha Antiocheno cum litteris, quibus petebat, quid sancta Romana Ecclesia teneret in quibusdam fidei Christianæ capitibus, ac præterea, ut recognosceret summam utriusque Pontificis Maximi in orbem Christianum potestatem, anno circiter 1550. Verum is Moses Mardenus fuit, de quo in alia Dissertatione, Deo dante, plura venient obseruanda. Interim quæ ad nostrum institutum propius spectant, exequamur.

Mosis Barcephæ de Paradiso Commentarius in Partes tres diuisus, interprete ex Syriaca lingua in Latinam Andrea Masio Bruxellensi, qui & præfationem præmisit, in qua multa de Nestorianis, Iacobitis, Maronitis, & Coptis aperit scitu dignissima, Antuerpiæ ex officina Plantiniana anno 1569. in 8. & in Bibliothecis Venerum Patrum Parisiensibus & Coloniensibus.

Addit I. S. Basilij Cæsariensis Liturgia ex vetustissimo codice Syriaca lingua scripta. II. Professiones Fidei duas: alteram Mosis Mardeni Iacobitæ legati Patriarchæ Antiocheni, ex ipso profitentis antographo versam: Sulacæ siue Siind Nestoriani designati Patriarchæ Nestorianorum alteram. III. Epistolæ duas populi Nestoriani ad Pontificem Romanum

manum, quarum altera ex Seleucia Parthorum: altera ex Ierusalem scripta est. IV. eiusdem Mosis Mardeni Theologicam contemplationem de sancta Trinitate scriptam ab ipso anno 1552.

Moses Propheta.

Bell. p. 1.

MOSSES Amrami & Iochabethæ filius natus anno Mundi ex nostris rationibus 2464. Ante Christum 1590. Israeliticum populum anno 2544. eduxit ex Aegypto, legemque à Deo in monte Sina traditam promulgauit: tum peractis in deserto annis 40. in monte Phalga mortuus est anno Mundi 2584. ætatis 120. Hæc strictim. Plura de eo Philo Iudæus, Clemens Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, aliique sancti Patres, atque de recentioribus Lipomanus, Martinengus, Salianus, Possuinus, Debruis, Pererius, aliique sacre Scripturæ Interpretes, præsertim, qui Pentateuchum, hoc est Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium, aut aliquam eorum partem enarrarunt. De Mosis *atathæsi* eiusque Testamento, *ἀποκρυφισ* similibusque Apocryphis falsè illi aliisque priscis scriptoribus attributis, vix necesse erat Lectorem admonere, cum aut non extant, aut fragmenta illorum dumtaxat reperiantur, ut Paruæ Geneleos apud Cedrenum & quosdam alios Græculos consarcinatos.

N.

Nahum Propheta. Bell. p. 18.

NAHUM Elcesæus, vnus è XII. Minoribus Prophetis, claruit sub finem regni Ezechie circa annum Romæ 15. Mundi 3315, sunt qui sub imperio Regis Manasse obiscaliferant, sepulcrumque fuisse in Bagabar. Vide Hier. Pseudo-Ephraim, &c. apud recentiores Prophetarum, adeoque vniuersæ Scripturæ Interpretes.

Nathan Propheta. Bell. p. 9.

VIXIT Dauidis ac Salomonis temporibus ab anno circiter 3300. ad 3340. Quo enim anno obierit non constat. Reliqua dabit Bellarminus noster & Sacrorum Bibliorum Interpretes.

Nazianzenus. Vide Gregorius.

Nestarius Arch. CP. Bell. p. 139.

NECTARIUS ab anno Christi 382. ad an. 397. quo obiit Archiepiscopus vrbis CP. Socrati, Sozomeno, Theodoro, aliisque Ecclesiasticæ Historiæ Scriptoribus notus; scripsisse dicitur passim à Bibliographis.

Homiliam de festo S. Theodori Martyris, quam Latinè reddiderit Ioachimus Perionius Benedictinus, quamque etiam Aloysius Lipomanus Tomo V. inseruerit ex Collectaneis Simeonis Metaphrastæ & de qua Baronius verba fecerit anno Hist. suæ Ecclesiast. 362.

Posteuius ex Simlero annotat Nectarij huius & Ioannis Chryostomi, quem nactus est in Sede CP. successorem, orationes ad Populum Parisiis in 8. anno 1554. prodiisse apud Sebastianum Niuellium. Eas ego vidi Latinè reditas à Ioachimo Peronio Benedictino Cornæriaceno ad Marcellum Ceruinum Cardinalem sanctæ Crucis: addit quoque eiusdem Nectarij homiliam de ieiunio M.S. reperiri in Bibliotheca Imp. Viennæ ad Danubium. Verùm hæ non videntur diuersæ nisi solo titulo ab edita anno 1554. qua docetur cur primo sanctorum ieiuniorum Sabbato sancti magnique Theodori festum diem Græci agant, ac de ieiunio & Eleemosyna.

Nehemias. Bell. p. 18.

LIBER eius nomine inscriptus in capita 13. diuisus est. Venit è Perside in Iudæam sub extrema tempora Artaxerxis Longimani, circa annum VC. 300. vt ex sacris monumentis Salianus, aliisque colligit.

Nemesius.

Bell. p. 137.

NEMESIUS, ex Philosopho Christiano, Emeſenus, vt ferunt, in Phœnicia Episcopus, incerta mihi ætatis est auctor. Molanus apud Miræum adscribit anno 380. forte quod eundem fuisse censuerit cum Nemesio legum perito, ad quem extat S. Gregori Nazianzeni Epistola & Carmen. Alij sæculo sequenti V. adſigunt ab anno 400. ad 500. aut saltem ante medium sæculi sexti collocare moliantur, quo tempore in Synodo V. Generali CP. damnata est Origenis de animis ante corpora existentibus sententia, ex Pythagoræ Platonisque delirijs deprompta, in quam pronus noster videtur Philosophus.

Liber de natura hominis capp. 45. distinctus cum Tractatibus de iunctione anime & corporis, de elementis, de quinque sensibus, &c. in quibus nominatim refelluntur Manichæus, Apollinarius, & Eunomius, extat Græcè & Latine interprete Nicasio Ellebodio Casletano, tum seorsim editus Antuerpiæ apud Plantinum in 8. an. 1565. tum in Auctario Bibliothecæ Patrum anni 1614. & Tomo XII. Morellianæ pag. 748. Aliam libri illius de natura hominis versionem Latinam à Georgio Valla Placentino elaboratam emisit in lucem Lugduni anno 1538. Sebastianus Gryphius. Quod verò libri 8. de Philosophia & de homine falsò aliàs S. Gregorio Ep. Nysseno, ab hoc Nemesij libro non differant, plures iam docuerunt.

Vide Erotemata Theophili, vbi Iacobi Pamelij Nysseno vindicare conantis argumenta diluit, & Mosem Barcepham hunc librum Nemesio adscribere docet suffragantibus varijs antiquis codicibus, Hier. Mercuriali, & alijs.

Nicephorus Callistus.

Bell. p. 363.

NICEPHORVS, Callisti Xanthopulifilius, vixit sub Andronico seniore Palæologo, eiusque filio Michaële, ac nepote Andronico iuniore, vt docet, tum Historiæ illius præfatio, tum Catalogus metricus Imp. Constantinopolitanorum in Protreptico nostro Græcè editus pag. 34. ex codice MS. Collegii Parisiensis cum duobus Regijs collato, quem Langus alijque etiam adſupulantibus MSS. codicibus tribuunt huicce Nicephoro, non secus ac seriem Patriarcharum CP. oratione soluta fusius conscriptam in membranæ Bibliothecæ Regiæ atque à nobis pariter vulgatam.

Historiæ Ecclesiasticæ libri 18. à nato Christo ad mortem vsque Phocæ Imp. & annum æræ Dionysianæ 610. cum argumentis quinque aliorum librorum ab Heraclij exordio vsque ad mortem Leonis sapientis Imp. quæ accidit anno 911. extant Græcè & Latine ex interpretatione Ioannis Langi, recognita studio & opera R. P. Frontonis Ducei Soc. IESV Theologi, Parisiis duobus Tomis in folio an. 1630. Latina Langi versio Basileæ 1553. pro-

diit & Lutetia 1562. de qua necnon & de erroribus Nicephori consule Possevinum, & de Synopsi totius Scripturæ Iambicis trimetris digesta, de qua præter alios Martines in Hypotyposi lib. 1. cap. 7. & ad imitationem Carminum S. Gregorij Nazianzeni breui gyro collecta, aliisque eius opusculis Guillelmum Eisengrenium in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. Certe eius Historiam non sine delectu atque acri iudicio legendam monuerunt viri eruditi, ut quæ multas fabulas quisquiliasque contineat ex incertis dubiisque fidei Scriptoribus conquisitas. Neque tamen iis accedendum puto, qui fabulosissimum, vanissimum, futilissimum, nulliusque in literis iudicij, nec *οὐκ ἀσφαλέα*, sed *μῦθον & ἄπειρα ψαύδα* appellat. Illius enim pannis purpuram aliquando intexam ex auctoribus qui perierunt nemo est qui non fateri cogatur, & damnare temeritatem Casauboni, qui quidquid apud ipsum legitur, non pluris faciebat, quàm folia farsari. Prudentis enim Lectoris est pretiosum separare à vili & gemmas è sterquilinio colligere.

S. Nicephorus P. CP. Bell. p. 256.

S. NICEPHORVS Patriarcha CP. anno 806. creatus scripsit anno 611. epistolam ad Leonem III. Papam, in exilium actus à Leone Armeno Imp. Icomachio obiit sub eius successore Michaële Balbo die 13. Martij anni 828. exilij 14. ætatis 71. De eo præter

Martyrologium dicta die & Menologium die 2. Iunii, Theodoros Studita in epistolis, Theophanes Presbyter in oratione eius encomiastica apud Surium dicta die, Theophanes Agri Præfectus in Chronico, Photius cod. 66. Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad Historiæ Ecclesiasticæ tribus Græcis Scriptoribus versione, Io. Scylitzes, Cedrenus, Zonaras & Glycas in Annalibus & alij. Ex variis eius operibus hæc in lucem hæcenus emissa comperi.

I. *Historia Breviarium*, *ιστοριαι σύντομος*, à Mauricij Imperatoris cæde vsque ad Leonis Cazari & Irenes vxoris eius atque eorum filij Constantini tempora, quam legisse testatur supra laudatus Photius. Edidit Græcè & Latine Parisiis anno 1616. in 8. R. P. Dionysius Petavius Soc. IESU, iterumque eundem curauit anno 1648. in folio typis Regiis Tomo I. Corporis Historiæ Byzantinæ, cum notis Chronologicis & Philologicis.

II. *Chronologiam Tripartitam*, siue Catalogum Patriarcharum, Iudicum, Regum, Principumque Hebræorum, Græcorum, Romanorum, &c. Ea Latine primùm prædixit ex interpretatione Anastasij Bibliothecarij, deinde ex recentata aliorum versione, siue cum amplissimis commentariis Ioachimi Camerarij Bambergensis, siue cum notis Ant. Contij Noviodunensis IC. Bituricensis qui in capita distinxit & Margarini Bignæi in Bibliotheca Veterum Patrum. Primus Græcè edidit Iosephus Scaliger post Eusebium in Thesauris

Temporum. Græcè verò & Latinè typis Regiis vulgavit vna cum Georgij Syncelli Chronico anno 1652. R. P. Iacobus Goar Ordinis Prædicatorum Congregationis Reformatæ S. Ludouici, recensitum ad varia exemplaria. Quia verò Series Patriarcharum CP. vsque ad S. Ignatium Eunuchum Michaëlis Curo-palatae filium & Imperatorum CP. vsque ad Michaëlem Theophili & Theodoræ filium Potorem dictum, & Eudoxiam coniugem Basilij Macedonis est deducta quidam cum Vossio, cuiusque exscriptor Miræo, opus illud Nicephoro Patr. CP. qui anno 828. obiit, oblatum, nescio cui Nicephoro Iuniori tribuere voluerunt. Verùm Vossius visa nostra Delineatione Apparatus ad Historiam Byzantinam retexit telam in secunda editione Historicorum Græcorum, & quæ dixerat pag. 288. retractauit pag. 539. Ista postquam scripsissem, vidi, lucem allucente Labbeo, eiusdem esse, tum *Chronologiae*, tum *Index aduersus*. Arguunt hoc verba illa Anastasij Bibliothecarij præfatione ad Ioannem Diaconum: *Huic sanè operi ratum duxi, B. Nicephori Constantinopolitani Episcopi Chronographiam præponere; ut scilicet & ex eâ possit aliquantula excerpere, & sibi fortassis hac utendum indicaueris, tuam non lateat omnino notitiam.* Eiusdem igitur Nicephori sit hoc opus; nisi quod tres quatuorue Imperatores ad siderit postea alius: Hæc ille, Magister sacri Palatii, dum hæc Typothetæ excudenda pararem, consultus, hæc annotasse visus est: Cùm consensu omnium Auctor huius Chro-

nologiae sanctus Nicephorus CP. Ep. asseratur qui anno 824. obiit, necessariò dicendum, Theodorum Cassiteram, Antonium, Ioannem Syncellum, Methodium, Ignatium Eunuchum, qui post Nicephorum Episcopi Constantinopolitani inferius in hac Chronologia recensentur, non à Nicephoro; sed ab Anastasio Bibliothecario, huius Chronologiae interprete, qui tempore Ignatij viuebat adiectos fuisse. Idem Contium castigat quod dum nimio studio LXX. Interpretum Translationis Chronologiam tuctur, non viderit se incautè Hebraici fontis & vulgatæ editionis Chronologiam labefactare.

III. *Confessionem suæ Fidei* anno Domini 811. misit in proluxa epistola ad Leonem Papam III. quam à Frontone Ducæ Soc. I E S V Theologo acceptam Baronius Tomo nono Annalium suorum ad prædictum annum inseruit, vbi & multa alia de Nicephoro memorat. Eadem Nicephori ad Leonem III. Papam epistola Græcè extat cum Actis Synodi Ephesinæ in folio apud Commelinum an. 1591. excusis & Latinè interprete Theodoro Peltano in iisdem Actis ab ipso in Latinam linguam versis: Græco-Latinè autem ex eiusdem interpretatione cum Zonara editionis Parisiensis anni 1620.

IV. *Nicephori Canones* retulit Ioannes Zonaras in magnum Canonum volumen, extantque Latinè expressi in Bibliothecis Veterum Patrum.

V. *Opuscula quatuor aduersus Iconomachos,*

Latinè tantum extant tum Tomo IV. Antiquæ Lectionis, tum in Bibliothecis Veterum Patrum Colonienſi & poſtrema Pariſienſi. Primum continet duodecim capita contra Principes Apoſtaſiæ de Incarnatione Chriſti. Secundum decem Syllogiſticas demonſtrationes de differentiâ Imaginis Chriſti & Crucis. Tertium de Cherubiniſ à Moſe fabrefactis. Quartum habet quadam ex libro eiufdem de Imaginibus. Hæc autem à Franciſco Turriano Soc. Ieſu doctiſſimo viro verſa è Græcis miſit Poſſeuinus noſter ad flagitantem Henricum Caniſium, qui cum aliis quamplurimis opusculis maximo rei literariæ commodo omnibus eruditis valde expetita communicauit. Cæterum opusculi III. cap. 6. non ſatis emendatè edita fuiſſe verba aliquot Græcæ obſerues velim; ac contra mentem, vt arbitror, interpretis Turriani in cuius exemplari ſcriptum fuiſſe non ambigo: *Chriſtus habebis, uicicia uiuans id eſt partes corporis quæ in uoſcla uoſuam innumera corpora* ſeu Typographus ſiue editor abſurdè detorſit. Aubertinus *iubea* reddere debuit decies mille, non autem innumera: ſic Criticus ille arguator peccat in primis linguæ Græcæ rudimentis, qui alios laceſſere non ueretur, & inſcitia arguere.

VI. Nondum editi ſunt, quod ſciam, integri eiufdem ſancti Patriarchæ CP. *Antirrhætiſi tres aduerſus Iconomachos*, ubi fuſè inuehitur in Pſeudo-Synodum Conſtantini Copronymi Imp. aduerſus venerandas Imagines Tomo tamen II. Auctarij poſterioris Græco-la-

tini Bibliothecæ Veterum Patrum legitur utraque lingua à columna 603; ad 610. fragmentum ex ſecundo Antirrhætico *de ſex Synodis*, quod cum Photiana eorundem Conciliorum Synopſi quiuis poterit comparare. Primi autem Tomi pag. 278. extat fragmentum Tertij Antirrhætiſi: habetur quoque, vt id moneam, poſt Hiftoricam Nicephori Epitomen à Peſauiſo editam, fragmentum alterum de cultu Imaginum aduerſus Imp. ex Theophane decerptum. Sed de hiis iam plus factis: ſunt & aliqua ſpicilegio reſeruanda.

Nicephorus Gregoras. Bell. p. 370.

VI X I T ſub Andronico ſeniore Palæologo eiufque ex Michaële filio nepote Andronico iuniore, videturque perueniſſe uſque ad tempora Ioannis Cantacuzeni, & annum Chriſti circiter 1345. De ſe, ſuiſque rebus, multa interſeruit libris 7. 8. & 9. Hiftoriæ ſuæ, ac de eo non pauca Ioannes Cantacuzenus libro 4. capp. 24. & 25. ubi leuem & mendaciorum manifeſtum appellat, quod inde profeſtum quidam putant, quòd auo aduerſus nepotem fauerit, Georgius Phranzes, & ex recentioribus Wolfius, Lipſius, Poſſeuinus, Voſſius, atque ex eo, vt ſolet, Miræus.

Hiftoriarum libri XI. ab anno 1204. quo Balduinus aliique Franci Venetis iuncti ceperunt Conſtantinopolim uſque ad annum 1341. quo Andronicus iunior obiit, Baſilæ Græcè & Latinè anno 1561. interprete Hiero-

nymo Wolfio Oetingensi ac deinde Geneva anno 1615.

R. P. Dionysius Petavius post Nicephori Patr. CP. Breuiarium Historicum anno 1616. primus protulit quædam Gregoræ fragmenta sibi à R. P. Frontone Duczo liberaliter communicata.

Ioannes Meursius anno 1618. post falso tributum Theodoro Metochitæ Romanæ Historiæ à Iulio Cæsare ad Constantinum Magnum Librum, ut vocat, singularem, adiecit Nicephori Gregoræ GL. Orationem funebrem in mortem Magni illius Logothetæ Theodori Metochitæ: quam & nos post nostros in Michaëlem Glycam Annales recudendam curauimus.

Librum Synesij de Insomniis interpretatus est Gregoras quod Hypomnema Græcè edidit anno 1553 cum Synesij operibus Hadrianus Turnebus Græcè verò & Latinè ex versione Antonij Pichonij extat in collectione operum Synesij anni 1632. & 1613 à P. Petauio publicata, vt suo inferiori loco obseruabimus.

Nicetas Choniates. Bell. p. 334.

NICETAS Acominatus, à patria dictus Choniates, Magnus Logotheta Secretorum, Inspector & Iudex veli, ac Præfectus sacro cubiculo fuit. Anno 1204. quo à Francis Venetisque capta est Constantinopolis, Virginem Bellisariotidem, quam è manibus hostium eripuerat, duxit in uxorem, reli-

quàmque vitæ tempus Nicetæ in Bithynia exegit, quam in urbem Theodorus Lascaris, aliique è Græca nobilitate præcipui, se receperant. De eo ex recentioribus plura Wolfius, Lipsius, Posselinus, Vossius, &c. Michaël Choniates Athenarum Archiepiscopus Monodiam scripsit in funere fratris sui Nicetæ quam Petrus Morellus Latinitate donauit.

Historia, siue, *Annales* ab obitu Imp. Alexij Comneni hoc est ab anno 1118. ad annum 1205. & obitum Balduini primi Latinorum in Oriente Imperatoris, res in Græcia & Asia gestas libris vno ac vincti complectuntur. Primum Basileæ prodierunt Græcè & Latinè interprete Hieronymo Wolfio Oetingensi Lutherano anno 1557. in folio cum Zonara & Gregora ex Bibliotheca & sumptibus V. C. Antonij Fuggeri. Genevæ deinde in 4. anno 1593. cum marginalibus notis & argumentis: postremò tandem in Typographia Regia cum aliis Byzantinæ Historiæ Scriptoribus anno 1647. collati cum variis codicibus calamo exaratis, additòque insuper Glossario Græco-Barbaro à V. C. Carolo Annibale Fabroto I. C. doctissimo.

Tomo XII. Bibliothecæ Colonienfis Veterum Patrum & alibi extant Latinè dumtaxat eiusdem Nicetæ libri quinque priores *Theosauri Orithodoxæ Fidei*, ex plurimum aliorum naufragio seruati, Petro Morello Turonensi interprete, qui iam ab anno 1580. Lutetiæ fuerant emissi in 8. apud Guillelmum Calderium ex Bibliotheca V. C. Ioannis à S. Andrea Ca-

nonici Parificensis. In primo, secundo ac tertio iactis Christianæ religionis fundamentis, in quarto hæreses quasdam ante Arium exortas numero 44. in quinto Arianorum Eunomia noni usque deliria confutat.

Fragmentum de ordine, qui seruari solet, cum quis à Saracenis ad Christianismum transit ex lib. 10. Thef. Nicetiani eodem Petro Morello interprete primùm vulgatū est an. 1580. deinde Gr. & Lat. sed ex vers. aut diuersa, aut saltem interpolata anno 1596. in 8. cum Saracenicis seu Mahometicis Sylburgij Postremo Tomo II. Auctuarij G. L. Bibliothecæ SS. Patrum auctore R. P. Frontone Duczo Soc. I E S V anno 1624. vnde in Morellianam cum reliquis transit Est porro Saracenicorum illorum seu Moamethicorum opera Friderici Sylburgij editorum ex Typographia Hieronymi Commelini talis series.

I. Israëliitarum futiliūque eius sectæ dogmatum perspicua confutatio Ioanne Iacobo Beurero interprete ex Euthymij Zigabeni Dogmatica Panoplia Parte II. titulo 24.

II. De Saracenorū Principe & Pseudo-propheta Maomethe Historia incerti auctoris cum fragmento de Arabibus.

III. Saracenorū ad Christianam Ecclesiam sese aggregantium Catechesis & Saracenis anathematizatio, cuius auctor tacetur à Sylburgio, cum sit, vt diximus, Nicetas.

IV. Ex Theophanis & Anastasij Ecclesiastici Historia de Mahometicæ sectæ primordiis.

V. Eiusdem Beureri Synopsirerum Saracenicarum & Turcicarum.

Nicetas David.

Bell. p. 269.

NICETAS David, natione, vt arbitror, Ephlago, vixit post annum 873. quo die 23. Octobris discessit è viuis S. Ignatius Patr. CP. cuius vitam ipse scripsit. De hoc Ioannes Seyliczes, Georgius Cedrenus, Nicophorus Callistus libro 14. cap. 28 & ex recentioribus præcipuè V. C. Leo Allatius in Diatriba de Pfellis, à quo iam pridem expectamus accuratam de Nicetis Pectorato seu Sternone, Serronio Archiepiscopo Heracliensi, & aliis *ἡμετέροις* dissertationem. Interim moneo errasse insigniter Miræum, dum pro more sequutus Vossium, S. Ignatium P. CP. patre Michaële Traulo, siue Balbo Imperatore genitum narrat, cum fuerit filius Michaëlis Rangabe qui & Curopalates dici solet, nec Vossius in editione altera emendauit, licet in nostra Delineatione, vbi de Raderi nostri versione cum certiore fecimus, Ignatium hunc Michaëlis Curopalatæ filium vocauissemus. Cæterum,

Vita S. Ignatij Græcè & Latine Βίος ἡμῶν ἀγίου, prodit in 4. Ingolstadt anno 1604. ex versione R. P. Matthæi Raderi Soc. I E S V cum Concilio VIII. Generali seu IV. Constantinopolitano eodem interprete. Latina versio Federici Merij Termularum Episcopi, cuius mentionem facit Card. Bar. ad an. 847. non videtur vsquam typis excusa.

Nicolaus Abbas.

Bell. p. 393.

NICOLAUS Tudeschus, seu de Tudeschis, ex Catana Siciliae urbe non ignobili oriundus, primùm Abbas S. Agathæ Ordinis S. Benedicti, dein Archiep. Panormitanus, ac tandem S. R. E. Cardinalis à Felice V. Antipapa creatus Francisci Zabarellæ Cardinalis, & Antonij de Butrio discipulus fuit, & ob eximiam Iuris utriusque scientiam Lucerna Iuris vulgò dictus, obiit anno 1443. De eo Trihemius, qui eum Nicolaum Siculum vocat Abbatem Monacensem, S. Antoninus Archiep. Florentinus, Ant. Possevinus, Henricus Spondanus, Ciaconius, aliique.

Ex omnibus eius editionibus, quas apud Simlerum, Possevinum, Draudium, similisque reperies, perfectissima mihi videtur Veneta anno 1617. apud Iuntas, quam hic tibi repræsentato.

Tomo I. continentur

Commentaria in sex priores Titulos libri Primi Decretalium Gregorij IX. Pape.

Tomo secundo.

Commentaria in reliquos Titulos libri I. Decretalium.

Tomo

Tomo tertio.

Commentaria in Titulos libri II. Decretalium à primo usque ad XLIII. de Confessis.

Tomo quarto.

Commentaria in librum I I. Decretalium à Titulo XIX. de Probationibus usque ad XXIV. de iureiurando.

Tomo quinto.

Commentaria in librum II. Decretalium à Titulo XXV. de Exceptionibus, usque ad XXX. qui est ultimus.

Tomo sexto.

Commentaria in librum III. Decretalium.

Tomo septimo.

Commentaria in libros IV. & V. Decretalium.

Ad Clementinas & earum Glossas commentaria.

Tomo octavo.

Consilia numero CXVIII.

Quæstiones subtilissimas VII.

H

Repetitio in cap. Per tuas, de Arbitris.

Practica in omnibus ferè Curiis obseruari solita.

Tomo nono.

Theſaurus ſingularium in Iure Canonico deciſiuorum, conſcriptus in Concilio Baſileenſi, & ſecundùm ordinem Alphaneticum pro faciliiori vſu diſpoſitus.

Additiones Iacobi Anelli de Bottis ad Comm. Conſilia & Quæſtiones Abbatis Panormitani.

Repertorium rerum & ſententiarum ſelectiorum, cum breui Tractatu Differentiarum Legum & Canonum Domini Gualuarij Bononiensis.

Forſterus ait extare eius librum de poteſtate Pontificis, Imperatoris & Concilij, quem non vidi, & præterea ſingulari libro defendiſſe Concilium Baſileenſe.

Nicolaus Cabasilas. Bell. p. 375.

NICOLAUS Cabasilas, Schiſmaticus Græcus, Romanæque Eccleſiæ hoſtis, primùm Sacellij curator, tum Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, vixit ſæculo Chriſti XIV. circa annum 1350. eiùſque meminit Ioannes Cantacuzenus Imperator libro 3. Hiſtoriæ capp. 73. & 99. De eo plura Heruetus, Gretſerus, Pontanus, Poſſeuinus, Ioannes Maria Magiſter ſacri Palatij, aliique.

Compendioſa interpretatio in Diuinum Offi-

cium, ſiue, *Liturgia expoſitio*, Gentiano Herueto interprete, Latinè tantum excuſa eſt Venetiis anno 1545. apud Alexandrum Bruciolium. Græcus verdè textus ex Bibliothecæ Regiæ codicibus primùm prodiit in Auſtario Bibliothecæ Veterum Patrum anno 1624. cura R. P. Frontonis Ducæi Soc. IESV, vnde poſtea tranſiit in Tomum XII. Bibliothecæ Morellianæ.

De Viſa in Chriſto libri ſex, in quibus præcipuè agitur de Baptiſmo, Sacramtione, & Euchariſtia, Latinè tantum prodierunt anno 1604. Ingolſtadij in 4. cum Philippi ſolitarij Dioptra ſiue Regula rei Chriſtianæ ad Callinicum Monachum, Ioannis Carpathij documentis ſpiritualibus, & aliis opuſculis interprete R. P. Iacobo Pontano Soc. IESV, qui etiam adiecit eiùſdem Cabasilæ

Orationem contra ſæneratores: quæ omnia poſtea tranſlata ſunt in Bibliothecam Veterum Patrum Colonienſem, & Morellianæ Appendicem.

Oratio in tres Theologos Baſilium, Gregorium, & Ioannem Chryſoſtomum, non eſt huius Cabasilæ ſæctus, ſed Philothei Patr. CP. de quo nihil obſeruauit noſter Bellarminus.

Nicolaus Claranallenſis. Bell. p. 326.

NICOLAUS, Monachus Claranuallis, ex ordine Ciſtercienciſi, S. Bernardo primum à Secretis Epistolis, deinde aduerſarius

& apostata, vixit circa annum 1152. Quo verò anno obierit mihi N. L. Vide quid de eo Angelus Manriquez in Annalibus ad annum 1145. 1148. 1551. & 1171. & Carolus Vischius in Bibliotheca Cisterciensi.

Epistolarum eius volumen cura & studio Ioannis Picardi Canonici Regularis in cœnobio S. Victoris Parisiensis prodit primùm in Auctario Bibliothecæ Veterum Patrum anno 1610. deinde in Colonienfi, &c.

Nicolaus Cusanus. Bell. p. 402.

NICOLAUS, à vico, ubi in lucem editus est in diœcesi Treuirensi ad ripam Mosellæ è regione Vrsicaltri, Cusanus vulgè, siue de Cusâ dictus, ex Decano S. Florini Constantiensis & Archidiacono Leodiensi Brixinensis in Comitatu Tirolensî Episcopus, & S. R. E. Cardinalis titulo S. Petri ad Vincula à Nicolao V. Papa creatus 20. Decembris anno 1448. obiit Tuderti in Umbria anno 1464. die 11. Augusti natus annos 63. Romæ sepultus. Mirum verò est ab Onufrio Pennoto Hippolyto Maraccio in Bibliotheca Mariana Canonice Regularibus annumerari & ab Antonio Senensi Dominicanis in Bibliotheca Patrum Prædicatorum, quam idemtidem *abazaribus* exscribit Alfonso Fernandes in Catalogo Scriptorum Prædicatoriæ Familiæ. De eo Ioannes Trithemius, qui de Hospitali in honorem S. Nicolai Episcopi ab eo circa Cusam constructo, & de eiusdem corde ibidem in

medio Chori sub marmore sepul to, plura habet; Iacobus Faber Stapulensis, Io. Auentinus, Onuphrius, Platina, Sixtus Senensis, Cochleus, Possuinus, Spondanus, alij: Bellarminus quædam eius opera recenset ex editione minus absoluta, nos Basileensem omnium eius operum anni 1565. ex officina Henricopetrina exhibebimus.

Tomo I. continentur

De doctâ ignorantia libri tres.

Apologia doctæ ignorantia.

De coniecturis libri duo.

De filiatione Dei.

De Genesi.

Idiote libri quatuor.

De visione Dei.

De ludo globi libri duo.

De fortuna.

Compendium, directio unitatis.

De Possess. siue de Principio rerum omnium
Triologus, de quo Trithemius, quem minus bene percepit Possuinus.

De Beryllo.

De dato Patris luminum.

De querendo Deum.

De venatione sapientia.

De apice Theoria.

De Deo abscondito.

Tomo II. continentur

De Annuntiatione.
 Excitationum libri decem.
 De equalitate.
 De Catholica concordantia.
 Epistolarum liber.
 De pace fidei.
 Cribrationum Alchorani.
 De nouissimo die.

Tomo III. continentur

De Geometricis transmutationibus.
 De Arithmeticis complementis.
 De Mathematicis complementis.
 De Quadratura circuli.
 De sinibus & chordis.
 De vna recti cuiusque mensura.
 Complementum Theologicum.
 De Mathematica perfectione.
 Reparatio Kalendarij.
 Correctio Tabularum Alfonso

Alia quedam ex Gaurico in Cusam adiecta,
 quæ tamen non vidi in exemplari quo vsus
 sum.

Nicolaus Gorramus. Bell. p. 379.

NICOLAUS de Gorram seu Gorranus,
 quem Pitseus Anglum, alij cum Possel-
 uino Gallum fuisse volunt, Ordinis Prædica-

torum, dicitur fuisse Philippi Regis Gallie
 Sacerdos à Confessionibus, sed non ex pri-
 mitur Pulchrine, an Longi, an potiùs Vale-
 sij. Antonius Senenlis quem sequitur Alfonso
 Fernandes, anno 1304. Bellarminus 1350 Ei-
 sengrenius 1390. Simlerus, Pitseus & alij
 1400. assignant. Ego quid eligam, nondum
 scio. Trithemius de eius ætate nihil definit,
 eumque inter Ioannem Grossum Carmelitam
 anno 1400. & Iacobum de Theramo Auerfa-
 num Archidiaconum an. 1390. florentes col-
 locat. Multi multa referunt eius opera: sed,
 quod insigne est omnium ferme quotquot ha-
 ctenus in meas venerunt manus Bibliotheca-
 riorum peccatum, ab ineditis hæctenus aut de-
 perditis, quæ typis commissa sunt, non distin-
 gunt, Trithemium, vt plurimum, describere
 contenti, quod sexcentis exemplis probari
 possent.

Commentaria in IV. Evangelistas Colonie,
 anno 1537.

Commentaria in Epistolas S. Pauli, Parisiis
 &c.

Lucas Waddingus in Bibliotheca Minorum
 alterius Nicolai Gorramini meminit, quem di-
 cit fuisse Ministrum Prouincialem in Francia,
 sed tempus eius non adscribit. Verùm Domi-
 nicani suum etiam Nicolaum Gorramum Pro-
 uincialem Franciæ prædicant in scholasticis
 quæstionibus tractandis acutum, in sancto-
 rum Lectione exercitatissimum, &c.

Nicolaus Lyranus.

Bell. p. 369.

NICOLAUS, de Lyra Normaniæ in diœcesi Ebroicensi oppido non incelebri ex parentibus Iudæis oriundus (errant enim qui Flandrum, Batauum, Brabantinum, aut Anglum comminiscuntur, ac præcipuè Patrologus Ienensis, qui natione Anglum, Liranum autem dictum eò quod Brabantinus esset atque ex oppido Lira oriundus citatque Drusium ad cap. 15. Geneseos & Exodi 33.) circa annum Christi 1291. institutum Ordinis Minorum S. Francisci arripuit in proximo Vernoliensi cœnobio ad Custodiam, ut vocant Normanicam pertinente: iuxta versus illos ex eius elogio delibatos:

Lyra, brevis vicus Normanna in gente celebris,

Prima mihi vitæ ianua, forsque fuit.

Vernolium admisit currentem ad sacra tyronem, &c.

Deinde studuit Parisiis, docuitque per plurimos annos in Magno Conuentu Fratrum suorum, ibidemque obiit non die 14 Oct. an. 1349. vt quidam scripserunt, sed die 23. Octobris anno Christi 1340. religionis 48. sepultus in aula Capitulari cum Epitaphio. Ioanna Franciæ Regina Burgundiæ Comes, &c. anno 1325. codicillis testamenti sui executor nominauit Petrum Bertrandi Ep. Eduensem, Thomam de Sabaudia, Petrum de Palude & fratrem Nicolaum de Lira ord. Minor.

rum in Burgundia Prouincialem. De eo Ioannes Trithemianus, Henricus Willotus in Athenis Franciscanis, Guillelmus Eisengrenius, Posseuinus, atque inter omnes Lucas Waddingus, tum in Bibliotheca, tum in Annalibus Minorum ad annum 1290. & sequentes, necnon Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, qui ridiculum nescio cuius Iuliani epitaphium merito supposititium asserit: cui tamen nimium credulus fidem habuit Georgius Calixtus, Lutheranus, ceteroquin non adeo pinguis & obesus, qui ex Itinerariis ciuium suorum & ciuitatis Parisiæ delineatoribus, aliisque præsertim Franciscanæ Historiæ scriptoribus tumulum eius ac sincerum epitaphium indagare debuerat.

Postillas perpetuas, seu breuia Commentaria in uniuersa Biblia, diligenter cum autographis ex Cœnobio Vernoliensi de promptis & MSS. aliis codicibus collata ac castigata post præcedentes editiones minùs absolutas emiserunt in lucem typis Lugdunensibus anno 1590. Franciscus Feuardentius Minorita, Ioannes Daudreus Doct. & Theologus, & Iacobus de Cuilly. In calce autem operis illius significat se Iulud perfecisse Parisiis anno 1330. Reliqua eius opuscula leguntur apud Bell. citatosque Auctores, sed non arbitror vlla ex iis ad hanc vsque diem formis Typographicis fuisse vulgata, si forte excipias Tractatum de idoneo ministrante & suscipiente SS. Altaris Sacramentum, quod in Germania impressum dicitur à Simlero & Posseuino cum Diui Thomæ

Aquinatis libello de eodem argumento, & *Postillas super Epistolas & Euangelia Quadragesimalia*, quæ perhibentur excusæ Venetiis anno 1516. Ego Lyram ideo amo, inquit impurissimus apostata. Lutherus in caput secundum Geneſeos, & inter optimos pono, quod ubique diligenter retinet & persequitur Historiam, quamquam auctoritate Patrum se vincti patitur, & nonnunquam eorum exemplo deflectit à proprietate sententiæ ad ineptas allegorias &c.

Nicolaus I. Papa. Bell. p. 268.

NICOLAUS patria Romanus cognomento Magnus Pontificatum tenuit anno 9. mens. 2. & diebus 20. ab anno 858. ad diem 13. Nouembris, quo obiit anno 867. De eo Anastasius Bibliothecarius, quique vitas Scripsere Pontificum Romanorum, Sigebertus, Trithemius, Baronius, Bell. quem Miræus exſcripsit, aliique, quos vt in re perulgata omitto.

Epistolarum eius volumen extat & scorsim & cum aliis Paparum Decretalibus, & in Tomis Conciliorum. Ex iis epistola ad Michaëlem Imp. ineptè à quibusdam tributa fuit S. Cypriano ad Iulianum.

Nicolas Siculus, Tudeschus. V. Nic. Abbas.

S. Nilus Abbas. Bell. p. 203.

S NILVS, ex Præfecto vrbis CP. Monachus & Abbas, S. Ioannis Chrysostomi, vt ferunt, discipulus, floruit sub Theodosio iuniore Augusto circa ann. 440. obiitque die 12. Nouembris anno mihi nondum comperito. De eo Martyrologium, Menologiumque, Synodus VII. Generalis, in cuius Actione 4. citantur dux sancti Nili epistolæ, altera ad Heliodorum Silentiarium, altera ad Olympiodorum Præfectum, Photius tum codice 201. vbi Νίλου μοναχοῦ λόγος ἀντιπαραβολῆς ἑπτά. vertit interpres Nili Monachi de oratione capita 153. quia postea subiicitur τῆς ἐπιστολῆς δὲ ἀντιπαραβολῆς αὐτοῦ ἀναπύουσι πέντε: tum 276. in quo fragmenta exhibentur eiusdem Nili sermonibus duobus de Paschate, & tribus de Ascensu Domini hæctenus ineditis, S. Ioannes Damascenus in Eclogis seu Parallelis MSS. Nicephorus Callistus libro 14. Hist. Eccles. cap. 14. & 53. Sixtus Senensis, Possuinus, &c. Omnia eius opuscula nondum quispiam iustum in corpus redegit, quod fuerat optandum: In Bibliothecis Veterum Patrum Colonienſi & Parisiensibus pleraque ex sequentibus reperiet Lector curiosus. Hæc mihi certè occurrerunt hæctenus.

1. *Expositio in Cantica Cantorum* ex SS. Gregorij Nysseni Nili & Maximi Commen-

riis, cum verbis politicis Michaëlis PSELLI, Græcè & Latine Franciscò ZINO interprete Tomo II. Auc̄tarii Bibliothecæ V V. P. P. Græco Latini anni 1624. & Tomo XIII. Morollianæ.

II. *Parænetica capita* 229. interprete Franciscò ZINO Veronensi Græcè & Latine ex editione Orthodoxographorum in Auc̄tario GL. anni 1624. & Tomo XIII. Morellianæ.

III. *De Oratione capita* 150. seu 147. Photius numerat 153. Latine tantum interprete Franciscò TURRIANO, qui cum Diadochi Photices Episcopi capitibus de perfectione spirituali edenda curauit Antuerpiæ typis Plantinianis, vnde in Bibliothecis Veterum Patrum à Margarino BIGNÆO deducta.

IV. Liber Asceticus.

V. Institutio ad Monachos.

VI. Orationes octo aduersus octo primaria vitia.

VII. *Breuis institutio ad iuniores Monachos.*

VIII. *Epistola ad Anastasium Presbyterum cum duobus fragmentis.*

IX. *Tractatus de octo vitiosis cogitationibus* Latine interprete IACOBO BILLIO PRUNÆO S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, qui illum cum Ioannis DAMASCENI operibus edidit Parisiis anno 1577. subiectisque EUAGRIJ opusculo de eodem argumento.

X. XI. *Narrationes septem, quibus cedes Monachorum Montis Sina, & captiuitas Theoduli filij à S. Nilo tum Eremita describitur, ex-*

tant Græcè & Latine Parisiis in 4. editæ anno 1639. apud Cramosium interprete R. P. PETRO POSSINO Soc. Iesv Theologo, qui etiam vtraque dialecto addidit *Orationem in Abbatium*; qua idem Nilus viri sanctissimi hactenus ignoti vitam descripsit, & virtutes mirabiles commendauit.

R. P. BOLLANDUS ad diem 14. Mensis Ianuarij Sanctorum Martyrum in Monte Sina & regione Rhaytu à Barbaris occisorum certamen refert à S. Nilo conscriptum Græcè & à se vel alio quopiam innominato Latine redditum & breuibus pro more notis illustratum.

XII. Epistolæ S. Nili numero 355. in quibus controuersiarum hodie flagrantium luculenta extant præiudicia. Nunc primum editæ ex Bibliotheca Medicea G. & L. interprete eodem R. P. PETRO POSSINO Societatis Iesv Presbytero cum eiusdem notis in quibus præter fragmentum DIDYMI aduersus Manichæos extat G. & L. SIMCONIS Innioris Theologi Abbatis S. Mamantis in Xerocero de alterationibus animæ & corporis, &c. Parisiis è Typographia Regia 1657. in 4. In Bibliotheca GELNERO-SIMLERIANÀ vnus & idem Nilus in quatuor scriptores diuisus reperitur. Episcopo & Martyri tribuit GNOMAS quasdam selectiores impressas Basilæ apud Robertum WINTER & Coloniam apud Gymnicum eademque assertit à Michaële TOXITA carmine redditas excusas fuisse Argentinæ à CRATONE MYLIO. Subiungit quedam opera MSS. in Va-

ticana aliisque Bibliothecis, additque Nili oratiunculam contra Barbaros in Latinam linguam conuersam à Ioanne Sambuco editamque Patauij in folio anno Domini 1555. sed eam non meminisse me vidisse haecenus.

Nisbardus.

Bell. p. 261.

NITHARDVS, sancti Angilberti ex Bertâ Carolo Magno genita filius, vixit saeculo Christi nono post an. 844. De eo Vossius, Barthius, aliique recentiores post V. C. Paulum Petauium Senatorem Parisiensem in Syntagmate, quo docet in prælio aduersus Danos anno 853. vulneratum in capite occubuisse, & in Ecclesia S. Richarij, cuius per annos 25. fuerat Abbas, sepultum fuisse.

Libri quatuor de discordia filiorum Ludouici Pij Imperatoris ac Regis Francorum ad Carolum Caluum, qui desinunt in annum 843 quo anno scribebat, euolutis fere à morte Caroli Magni anni sui annis 30. Edidit primò Petrus Pithœus anno 1588. Parisiis, in 8. cum aliis coetaneis scriptoribus, deinde Andreas Duchesnius Tomo II. Historicorum Franciæ coetaneorum præmisso pag 351. de Nithardo Caroli Magni nepote ac tota eiusdem Nithardi prosapia breui Syntagmate è Pauli Petauij in Francorum Curia Consiliarij bimestri rerum Prolatarum otio.

O.

S. Odilo Abbas.

Bell. p. 277.

SODILO, Aruernus patria, è nobili Mercurienensium stirpe prognatus, ex Clerico Briuatensi Monachus, sancto Maiolo Cluniacensi Abbati die 11. Maij anni 994. defuncto successus Abbas, sanctissimam illam Congregationem annis 56. feliciter rexit vsque ad primum diem Ianu. quo obiit an. 1048. secundum Gallis per ea tempora vsitatum calculum, aut 1049. more Romano Indict. non prima sed secunda à Septembri currente, ætatis 87. De eo Petrus Damiani S. R. E. Card. qui vitam eius scripsit, Fulbertus Carnotensis, Glaber Radulfus, & Ademarus S. Eparchij Engolismensis Monachus, qui eadem ætate vixerunt, Hugo Abbas Flauiniacensis à nobis ante biennium Tomo 1. Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum editus, Sigebertus, Petrus Blesensis, Lupoldus Babenbergensis, Ioannes Trithemius, Baronius, Vossius, aliique. In Bibliotheca Cluniacensi anno 1614. edita Parisiis studio, & cura Domini Martini Marrier Monachi S. Martini à Campis & Andreæ Duchesnij Turonensis, extant hæc Odilonis opera.

Vita S. Maioli Abbatis decessoris sui, col.

Hymni quatuor de eodem S. Maiolo, col. 291.

Epistola aliquot S. Odilonis ad Fulbertum, & Fulberti, ac aliorum ad Odilonem, col. 349.

Vita S. Abbeleidis Imperatricis cum libro de eiusdem miraculis, col. 353. ex Antiquæ Lectionis Henrici Canisij Tomo V. Hæc autem primùm Lotharij Regis Italiae vxor, ex quo Emmam Francorum Reginam peperit; deinde Othoni I. Germaniæ Regi ac deinde Imperatori nupta, Othonis II. mater extitit, vixitque vsque ad diem 16. Decembris anni 999.

Sermones de Festis Domini, B. Virginis ac Sanctorum num 14. col. 371.

Statutum eiusdem S. Odilonis Abbatis de defunctis, extat col. 338.

Odo Cameracensis. Bell. p. 399.

ODO, Cameracensis Episcopus, ex Aurelianensi Scholastico & Abbate S. Martini in vrbe Tornacensi, sedit ab anno circ. 1105. ad 1113. quo exul obiit 13. Kal. Iulij siue 19. Iunij ac sub tumulo marmoreo sepultus est in Monasterio Aquicinctino prope Duacum Ordinis S. Benedicti. De eo Henricus Gandanensis cap. 4. Io. Trithemius, Rosseuius qui ex vno duos fecit, Ioannes Molanus, Aubertus Miræus, David Lindanus in Teneramunda, Valerius Andreas, alique Belgæ, qui etiam meminerunt Epistolæ de
cus

eius obitu scriptæ ab Amando de Castello, qui ex priore Aquicinctino factus est postea Abbas Marchianensis. Sunt qui Odoardum etiam dictum & ciuem Aurelianensem fuisse.

Breuis Expositio in Canonem Missæ diuisa in quatuor distinctiones, in Bibliothecis Veterum patrum extat iam olim edita Antuerpiæ 1532. & Lugduni 1556. cum Francisci Titelmanni Ordinis Minorum libro eiusdem argumenti. Aubertus Miræus addit in Belgicis cænoibiis reperiri eiusdem opuscula MS. de Mystero Incarnationis Dominicæ, Dialogum contra Leonem Iudæum; de peccato Originali librum vnum; de blasphemia in Spiritum sanctum; Homiliam de Villico iniquitatis; Collationum librum; parabolas & alia, ex quibus nonnulla R.P. Andreas Schotus Tomo X V. Bibliothecæ patrum postremæ editionis Colonienfis inseruit.

Odo Cluniacensis Abbas. Bell. p. 274.

ODO, Musicus, ex Canonico & Archicantore S. Martini Turonensis, Monachus, ac deinde Cluniacensis secundus Abbas, Bernonis successor ab anno 927. vsque ad annum 941. quo obiit apud Turones die 18. Nouembris, & in Ecclesia S. Iuliani sepultus est. De eo præter Ioannem Italum, Cluniacensem Monachum ipsius discipulum, qui vitam magistri sui tribus libris descripsit, videndi Flodoardus in Chronico ad annum 942. Glaber Radulfus, & Ademarus

Cabannensis, Siebertus in Chronico ad annos 912. & 937. & Catalogi cap. 124. vbi elegant ingenio præditum, in homiliis scribendis, & declamandis, ac maximè in componendis in honorem Sanctorum cantibus, prædicat; Aimoinus libro 2. de Miraculis S. Benedicti, alique præsertim recentiores, Io. Trithemius, qui Remigij Autissiodorensis Monachi auditorem fuisse memorat, & Posselinus; qui multa pro more ex variis congeffit, ex vno duos Odones facit Abbates Cluniacenses I. & II. Duchesnius collatis operis cum D. Martino Marrier in Cluniacensi Bibliotheca anno 1614. Parisiis excusâ, post varia elogia S. Odonis quædam opuscula edidit. Hæc dumtaxat occurrunt:

Vita S. Geraldii Aurelianensis Comitis libri quatuor ad Aymonem Abbatem, col. 65,

Tractatus de Reuersione B. Martini Turonensis à Burgundia, cui præmittuntur epistola Fulconis Boni Andegauorum Comitis ad Odonem Abbatem & eiusdem ad Fulconem responsum, à col. 113.

Tractatus eiusdem Odonis, quod Beatus Martinus par dicitur Apostolis, col. 123. Hic & præcedens iam fuerant excusi in Bibl. Vet. Patrum.

Sermones quatuor I. In Cathedra S. Petri, si tamen est Odonis, cum sit confusus ex duobus S. Leonis sermonibus, tertio scilicet in die anniuersario suæ assumptionis; & primo in natali S. Petri. II. In ueneratione sanctæ Mariæ Magdalenzæ. III. de S. Benedicto Ab-

Bate. IV. de combustione basilicæ B. Martini Turonensis.

Collationum seu Occupationum libri III. à R. P. Iacobo Sirmondo Societatis Iesv communicati.

Antiphona XII. de beato Martino Turonorum Archiepiscopo.

Eiusdem versus & Hymni, de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, de B. Maria Magdalena & de eodem S. Martino.

Eiusdem S. Odonis II. Cluniacensium Abbatibus libri XXXV. Moralium in Iob, studio & diligentia eiusdem Domini Martini Marrier Monasterij S. Martini de Campis Lutetiæ Parisiorum Professi è vetere MS. eruti ac in lucem post Bibliothecæ Cluniacensis editionem emissi sunt ex officina Niuelliana sumptibus Sebaktiani Cramoisy anno 1617. in 8. Nec latet nos, inquit Andreas Quercetanus, alia multa scripsisse Patrem hunc, nempe librum de Translatione S. Benedicti, cuius meminit Aymoinus Monachus, alterum de Contemptu mundi, sicut testantur Gesta Pont. Lemouicensium, Chronicam succinctam sermonesque plures ac Hymnos vt est apud Trithemium: sed nullum adhuc inuenire licuit qui vel aliquem eorum publici iuris facere aut posset aut vellet, sicuti nec vitam aliam ipsius Odonis, à Nalgodo discipulo suo scriptam.

Oecumenius.

Bell. p. 293.

OECUMENIUS, Auctor *Catena*, in *Acta Apostolorum*, & *Commentariorum in Epistolas sancti Pauli*, aliisque omnes *Canonicas*, sancti Ioannis Chrylostomi Archiep. CP. breuiator, vixisse dicitur post an. 1000. sunt tamen qui ad annum 800. aut 900. reuocent. Fronto Duczus noster apud Possuinum in Apparatu censebat in Commentariis seu *Catenis* Oecumenij in S. Paulum quædam fuisse à posteriore aliquo scriptore admixta, vnde ridiculè pro more concludere visus est Robertus Cocus Commentarios illos falsè fuisse Oecumenio adscriptos. Pari potuisset iure argumentari: Gagnus addidit aliquam multos versus libris S. Alcimi Auiti in Genesim: ergo illi libri falsè fuerunt Auito inscripti. O cor Zenodoti! ô Iecur Cratetis! Quid verò si Fronto priuatis ad Possuinum literis currente, vt sit, calamo ac re minus benè discussa abiudicauit, non lucebit cuiquam siue Orthodoxo siue Heterodoxo imposterum eidem Oecumenio vindicare? Quis has leges fixit Minos aut Rhadamanthus? Cæterum Theodulus ille Cæsaryiæ Presbyter, cuius extat in Bibliothecis Veterum Patrum *Catena in Epistolam ad Romanos* maximam partem ex Oecumenio quem citat descripta, non est ille Theodulus, de quo Gennadius Catalogi cap. 91. qui Zenone imperante floruit. De eo plura Sixtus Senensis, Iacobus Billius, & Possuinus.

Parisii anno 1631. apud Claudium Sonnum edita sunt duobus Tomis Oecumenij opera Græcè & Latine cum Arctæ Cæsareæ Cappadociæ Episcopi Explanationibus in Apocalypsin interprete Ioanne Hentenio, Mechliniensis, Monacho Hieronymiano; Emendatore verò & Prælectore illius editionis Federico Morello. In iis habentur

Enarrationes in Acta Apostolorum, *Commentarij in Epistolas S. Pauli*, præmissa narratione de Diui Pauli peregrinatione & Euthalij Diaconi Prologo.

In Epistolam S. Iacobi, aliisque *Canonicas* *Commentarij* interprete Coppenio Hæretico Lutherano.

Arctæ in Apocalypsin Ioannis Apostoli Explanationio, eodem interprete Hentenio, cuius versiones Latine Antuerpiæ prodierant anno 1545. in ædibus Ioannis Steelsij & Parisiis apud Carolam Guillard. Græcus verò textus Veronæ in folio duobus Tomis anno 1532. & postea anno 1568.

De Maximi Florentini & Ioannis Loniceri interpretationibus Latinis Basileæ editis, vide ex Simlero Possuinum, qui etiam ex Billij observationibus multa coaceruauit Hentenij *supplementa*.

Olympiodorus.

Bell. p. 293.

OLYMPIODORUS, ex Philosopho Peripatetico, vt quidam arbitrantur, Monachus Græcus, vel vt alij, Nouæ Romæ,

hoc est CP. Diaconus: sunt & qui ad Alexandrinam Ecclesiam transferant, vixisse dicitur sæculo Christi nono ab anno 800. ad 900. quanquam de eius ætate incerti complures ambigant, & Bellarminus ad sæculum XI. vsque, hoc est ad annum circiter 1050. vel 1080. deiciat. Antiquior fuit Olympiodorus Thebæus, cuius Excerpta quædam non vulgaria ab anno Christi 407. ad 425. seruaui postulerit Photius codice 80. *μυριαδικου*, quæ nos vnâ cum Excerptis Candidi Isauri & Theophanis Byzantij annotationibus Historicis illustrauimus Tomo I. Corporis Historiæ Byzantiæ.

Commentarius in Ecclesiasten Salomonis, iuxta triplicem sensum, succinctus, eruditus, & elegans, vt censet Sixtus Senensis, Græcè & Latine, interprete Zenobio Acciajolo Florentino, prodiit in Auctario G. I. Bibliothecæ Veterum Patrum an. 1624. & Tomo XIII. Morellianæ. De alijs editionibus consule Simlerum.

Idem, vt pluribus creditum, ex antiquioribus Patribus *Catenas*, tum in *librum Iobi*, tum in alios sacræ Scripturæ libros contexit: Quæ in Iobum typis excusa Lugdunensibus ac Venetis, teritur omnium manibus, tersâ atque eleganti Latinitate primùm donata est à R. P. Paulo Comitolo Societatis Iesv Theologo: tum Græcè ac Latine simul, eâque amplior Londini publicata est in folio anno 1637. à Francisco Patricio Bibliothecario Regis Angliæ, qui eam Nicetæ Haracleensî

Metropolitæ Catenarum plurium egregio consarcinatori tribuit ex duobus MSS. codicibus Bodleianæ Bibliothecæ, & Olympiodoro eam ob rem à pluribus addictam inuit, quòd in posterioribus præsertim capitibus reliqui Patres rariores occurrant, & ipse vtramque paginam impleat Olympiodorus. Eisdem Catenæ Græcum textum Iobi adiecit *επιγραφαι* ex antiquissimo Bibliorum codice MS. Thecæ nobilis Ægyptiæ fœminæ, quæ circa Concilij Nicæni tempora floruit, manu vt ferunt exarata, & à Cyrillo Patr. CP. religionis ac synceræ fidei in plerisque capitibus desertore ad Carolum I. Angliæ Regem transmissio.

De Commentarijs verò eiusdem, alteriùsve Olympiodori in Mctœra ac Posteriora Analytica Aristotelis, & in Phædonem, Gorgiam, Alcibiadem, ac Phædrum, aliòsque Platonis Dialogos, suus erit Deo dante dicendi locus.

S. Optatus Milenitanus. Bell. p. 117.

OPTATVS, Mileui in Numidia Episcopus, floruit sub Valentiniano & Valente Imperatoribus, circa annum 370. De eo Martyrologium Romanum ad diem Iunij 4. S. Hieronymus cap. 110. Honorius Augustod. Trithemius, Balduinus, Pitheus, Baronius, Posseuinus, Barthius, &c. Extant cum seorsim varijs in locis, tum in Bibliothecis Veterum Patrum excusâ.

Septem libri de schismate Donatistarum aduersus Parmenianum Episcopum Donati successorem, in quos Franciscus Balduinus I C. celeberrimus Prolegomena, commentarios, & Recognitiones edidit, & alij post eum. S. Hieronymus siue lapsu memoriae, vt quidam censent, siue librarij vitio sex dumtaxat numerat libros aduersus Donatianæ partis calumniam conscriptos, in quibus asserit crimen Donatianorum falsè in Catholicos retorqueri: sunt tamen qui cum Balduino coniuciant sex tantum initio scriptos fuisse, cum auctor ipse libro primo nonnisi sex librorum argumenta proponat, septimum verò postea ab eodem additum, quem Riuetus supposititium agnoscit, &c.

Eosdem libros cum obseruationibus & notis Reuerendissimi D. Gabrielis Albaspinæ Aurelianensium Episcopi R. P. Carolus Paulinus Aurelianensis Soc. I E S V Theologus, ac postea Christianissimi Francorum ac Nauarræ Regis Ludouici X I V. à sacris Confessionibus, Parisiis anno 1631. in folio apud Claudium Sonnium edendos curauit post narrationem felicis ad Deum exitus eiusdem Episcopi Aurelianensis, hoc ordine.

Observationes vndeicim Gabrielis Albaspinæ in Optatum Episcopum.

S. Optati Mileuitani Episcopi libri septem de schismate Donatistarum aduersus Parmenianum pag. 33.

Nota eiusdem Albaspinæ in septem illos libros, pag. 114.

Annotationes Francisci Balduini I C. pag. 161.

Delibatio Historia Africana, ex eiusdem Balduini Commentariis rerum Ecclesiasticarum, pag. 199.

Incerti Auctoris emendationes & nota in Optatum, pag. 248.

Gesta purgationis Cæciliani & Felicis, pag. 265.

Exemplum epistolæ Constantini, pag. 280.

Concilium Episcoporum Arelatæ celebratum, & directum Siluestro Episcopo Romanorum, pag. 281.

Fragmenta à Donatiano quodam scripta ex Historia Passionis Martyrum Africanorum sub Anulino Proconsule, pag. 290.

Gesta Collationis Carthagini habitæ Honorij Cæsaris iussu inter Catholicos & Donatistas coram Marcellino V. C. Trib. & Not. post Consulatum Varanis V. C. studio Papyrij Massonis primùm edita, deinde à P. Pithæo cum M. S. collata & emendata, pag. 303.

Gesta prima cognitionis, pag. 440.

Gesta secunda cognitionis, pag. 524.

Gesta tertia cognitionis, pag. 536.

Historia Carthagenensis Collationis, siue Disputationis de Ecclesia olim habitæ inter Catholicos & Donatistas ex rerum Ecclesiasticarum Commentariis Francisci Balduini I C. pag. 599.

Obseruationum eiusdem Gabrielis Albaspinæ libri duo, tum Commentaria & No-

ta in aliquot Concilia & Tertulliani locos sequuntur huic quoque editioni superadicta. Prodiit quoque eodem anno 1631 & alia Operati editio Londini in Anglia, cui Emericus Casaubonus Isaaci filius annotationes adscripsit.

Optatus, inquit Albertinus pag. 516. libro 2. testatur se scripsisse tempore Syricij Episcopi Romani. Syricius autem factus est Episcopus Romanus ad initium anni 385. Quamquam nescio quomodo id congruat cum altera Epocha quam idem Optatus habet libris primo & tertio. Baronius verò ad an. 386. contendit pluribus coniecturis ex ipso opere depromptis Commentarios illos circa initia Pontificatus sancti Damasi fuisse conscriptos. Tu Lector arbiter ac iudex esto. Balduinus enim & alij viri perquam eruditi censent verba illa, *Damaso Syricius* à librario qui Siricij tempore librum illum exscripsit, fuisse addita: quod admodum probabile mihi semper visum est.

Oresiesis.

Bell. p.

ORESIESIS, siue Oriesius, Monachus aut Abbas Ægyptius, vixit sæculo quarto: Theodori & Pacomij Abbatum celeberrimorum æqualis siue collega dicitur à Gennadio Massiliensi cap. 9. Catalogi Virorum illustrium, & Honorio Augustodunensi libelli secundi de Luminaribus Ecclesiæ cap. similiter nono.

Regula de Institutione Monachorum, divino

sale condita, quas vice Testamenti prope diem obitus sui fratribus obtulit, extant cum seorsim editæ Coloniae apud Gymnicum anno 1536. tum in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Coloniaensi.

Sunt quoque, qui eidem tribuant, *libellum de sex cogitationibus Sanctorum*, quem vulgavit Latine Henricus Canisius Tomo V. Antiquæ Lectionis.

Origenes.

Bell. p. 73.

ORIGENES, Leonidæ anno 202. sub Severo Imp. martyrium passi filius, annos 18. natus ludum aperuit: anno 219. Romam venit, post Clementem Stromateum præceptorem suum Catecheseos in Ecclesia Alexandrina magister, Adamantius dictus, & *σωτήριος ἢ σωτηριεύς*, ob multitudinem librorum quos edidit, ordinatus Presbyter anno 218. à Theodisto Cæsariensi & Alexandro Hierosolymitano Episcopis, anno 250. thus in persecutione Decij obtulit, relictaque Alexandria recepit se in Palæstinam, ac Tyri demum obiit anno 254. ætatis 69. Gallo & Volufiano imperantibus, ibidemque sepultus est. Hæc summatim, plura qui volet, adeat ex antiquis scriptoribus Eusebium in Chronico atque Historia, S. Athanasium Alexandrinum Patriarcham apud Socratem libri sexti Historiæ Ecclesiæ cap. 12. S. Epiphanium hæresi 64. & de Ponderibus ac mensuris, S. Hieronymum cap. 54. Catalogi & alibi sæpissimè,

Ruffinum Aquileiensem, Vincentium Lirinensem, Theodoretum, Cassiodorum, Photium, & ex recentioribus, Ioannem Picum, Espenacum, Merlinum, Vicelium, Genebrardum, Sixtum Senensem, Baronium, Possuinum, atque omnia fusissimè pertractantem Petrum Halloxium in Origene suo defenso, quem ob adscripta illi dogmata atque hæreses à Romanis Pontificibus, sanctis Patribus, scriptoribus Ecclesiasticis, Theologis Scholasticis, Christianis Imperatoribus, ipsisque Conciliis præsertim Quinta Oecumenica Synodo iampridem proscriptas atque damnatas iure merito Catholicis suspectum infirmis admodum rationibus nec satis feliciter tutari ac purgare conatus est, vt pluribus, si per huiusce opusculi vacaret angustias, demonstrarem. Hoc verò eâ ductus ratione præmissi, ne quis Heterodoxus familiariter Nouatoribus paralogismo concludat: Halloxius in Origenem benignior visus est, quàm par esset: omnes igitur Soc. IESV Theologi eius subscribere sententiæ. Sed ad Origenis scripta calamum conuertamus eaque ex editione Parisiensi anni 1574. à Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi aucta ac recognita, quam omnes postea sequentiæ expresserunt, repræsentemus.

Tomo Primo continentur

In Genesim homilia 17. ex quamplurimis, quas ediderat, duos in libros teste Ruffino distributas.

In Exodus homilia 13. interpretibus Ruffino & Hieronymo.

In Leuiticum homilia 16. eodem Hieronymo interprete, quæ falsè à quibusdam S. Cyrillo fuerunt attributæ: nec audiendi Cocus, Hottingerus, simileque Heterodoxi qui & ipsas in locum Homilias absurdè respuunt.

In Numeros homilia 28.

In librum Iesu Naue homilia 26.

In librum Iudicum homilia 9.

In lib. Regum homilia vna.

In Librum Iob libri seu Tract. tres quos rectè Sixtus Senensis, Possuinus, Bell. Baronius, aliique post Erasimum docuerunt fuisse Origeni suppositos, cum ab auctore Latino, vt volunt, eoque Ariano videantur scripti, &c.

In Psalmum 36. homilia quinque. In Psalmum 37. homilia dua, & in Psalmum 38. homilia 10. isdem. De his dubitant post Erasimum multi dissentientibus Genebrardo & qq. aliis, quorum rationes discutietur alio loco. Certè Ruffinus tacito Origenis nomine ait se de Græco vertisse, & ad lectorum commodum in nouem Homilias dissecuisse.

In Cantica Canticorum homilia dua interprete S. Hieronymo præfixa eiusdem in fronte earum Epistolari præfatiuncula ad Damasum Papam. Est & aliud opus in quo duo prima Canticorum capita eloquentissimè explicantur quod nescio quis in quatuor diuisis homilias, cum sit continens ac perpetua explanatio cum prolixissimo Prologo quod incipit *Epistolam libellus* interprete, vt Genebrar-

dus edidit, & quidam codices prænotatum ha-
 bent, eodem Hieronymo. Pium disertum at-
 que eruditum opus esse docet Sixtus Senensis.
 Sed non esse Auctoris Græci plures suadent,
 quorum rationes non sunt hic, ne in immensū
 crescant Observationes, pluribus excutiendæ.
 Certè quæ ex Eras. Rueto & Hetero. afferri so-
 let de Græc. qui ibidem memorantur, perridicu-
 la est, cum Græcorum nomine *Ελληνες* hoc est
 Gentiles & Echnici intelligantur. Quod verò
 ad etymologias nominum spectat, latius patet,
 & ad plures eiusdem aliorumque Patrum, scri-
 ptorumque etiam profanorum tractatus Latinè
 redditus pertinet, eoque referri potest Ortho-
 doxorum solutio ad Susannæ schinum & pri-
 mum adhiberi solita; sed hæc obiter atque in
 antecessum. Petrus Lombardus libro 3. Sen-
 tentiarum distinctione 29. & S. Thomas 2. 2.
 quæst. 26. testimonia ex hoc opere citant sub
 nomine Ambrosij. Erasmus suspicatur esse
 illius Auctoris, cui tribui solent libri duo
 elegantes de Vocatione Gentium nunc passim
 Prospero à Catholicis Scriptoris adiudi-
 cati.

In Esaiam homilia 9. quæ supersunt modò
 ex 25.

In Ieremiam homilia 14. De octo aliis G. &
 L. editis dicitur postea, Rabanus Præfatione
 Comm. in hunc Prophetam cognitæ sibi af-
 firmat 45.

In Ezechielem homilia 14. sancto Hierony-
 mo interprete.

Periarchen, id est, de Principiis, libri quatuor,

à Rufino Latinè redditū cum ipsius Prologo.
 De iis videndi SS. Hieronymus atque Epi-
 phanius, necnon Photius cap. 8. Bibliothecæ,
 ac recentiores.

Lamentum, seu Threni ac planctus, falsè Ori-
 geni adscriptus, & inter apocryphos à Gelasio
 Papa relatus can. sancta Romana dist. XV. Vi-
 de Baronium an. 252.

Apologia Eusebii pro Origene, nomine Pam-
 phili Martyris edita, & à Rufino Latinitate
 donata.

*Rufinus de depravatione librorum, præsertim
 Origenis.*

De Recta in Deum fide Dialogus, aduersus
 Megethium, Marcum, Droserium, Valen-
 tem, & Marinum hæreticos Marcionitas ex
 versione Ioachimi Perionij Benedictini Cor-
 meriaceni. Eiusdem Dialogi versionem alte-
 ram vidi Ioanne Pico Senatore Parisiensi in-
 terprete, in editione Parisiensi anni 1556. in
 4. De Tertia verò dicemus ad sequentem Tô-
 mum, in quo continetur.

Commentaria in Iob, à Ioachimo Perionio
 Latinè reddita, non secus ac præcedentes in
 eundem librum Homiliæ, repudiari solent ab
 eruditis: cum in iis itidem citetur Lucianus
 Martyr Origene posterior, & Manichæorum
 atque Homousianistarum fiat mentio. Subi-
 ciuntur Diui Ioannis Chrystostomi in eundem
 Iustum Iob Homiliæ quatuor ab eodem Ioa-
 chimo Perionio è Græco sermone translata.
 Quàm verò sæpe ac Græuiter cespitarit in ver-
 tendis Comm. in Iob Perionius docet Iac.

Billius in observationibus sacris, & ex eo Possenus noster, quos consule. Auctor verò Commentariorum illorum creditur à quibusdam Maximinus Ariomanitarum Episcopus, quem S. Augustinus repressit. Scaturit certe Ariatorum blasphemis & sanctissimi Trinitatis fidem vocat sectam, hæresim, infidelitatem, & alia. Verum, quis Afrum crediderit Græcè scripsisse?

Tomosecundo continentur

In Matthæi Evangelium Commentarij, interprete Desiderio Erasmo, & *Tractatus* 35. incerto interprete. Belli suspicatur Tractatum quintum, adeoque reliquos videri esse hominis Latini, nec tamen firma mihi videtur eius ratio.

Homilia 39. *in Evangelium S. Lucæ*, cum Prologo S. Hieronymi interpretis, qui ab admodum iuvene scriptas asserit. Non desunt qui ambigant.

In Ioannis Evangelium Tractatus seu Tomi 32. Ariatorum & Manichæorum cum fiat mentio in Tract. in cap. primum, signum est aut illum suppositum esse, aut interpolatum in iis vertendis operam posuere Ioachimus Perionius & Ambrosius Mediolanensis Monachus Cassinas, cuius versionem edidit Genebrardus hoc initio: *Quemadmodum qui olim populus Dei, &c.*

Homilia 10. *in diversos Novi Testamenti locos*: siue dubio non sunt omnes Origenis, inquit

quit Bellarminus consentientibus Erasmo, Sixto, Baronio, Possenuino, aliisque Catholicis, præsertim 2. 8. 9. 10. quæ est de Magdalena.

In epistolam ad Romanos Explanatum libri 10. Diuo Hieronymo translatoe cuius extat & peroratio. Hottingerus delusus à suo Coco inter *ἑσθονισμῶν* refert, idemque imperitè Lamentum à libro de Penitentia Origenis distinguit: nec mirum cum aliena exscribere soleat, non quæ ipse viderit legeritque propriis oculis.

Contra Celsum libri octo Sigismundo Gelenio interprete, de quibus S. Hieronymus in Catalogo, in præfatione & cap. 12. Comm. in Daniëlem, Ep. 84. ad Magnum Oratorem & in Apologia ad Pammachium, alitque, Græcorum editionem postea proponemus.

De rella in Deum fide contra tria Marcionistarum principia, Entropio Ethnico homine iudice, Dialogi tres, Laurentio Humbrido Anglo interprete, anno 1557. primum vulgata. Vsum hunc esse sinceriore autographo atque vberiore, quàm aut Picum aut Perionium, de quibus supra diximus, res ipsa loquitur. Hoc autem opusculum Origeni suppositum quidam volunt, tum quod nec Eusebius, nec vllus antiquorum illius meminerit, tum quod Principum Christianorum in eo fiat mentio, tum ob alias rationes quas aliàs expendemus scrupulosius, ne nihil Examini reliquisse videamur.

Philocalia de aliquot præcipuis Theologia locis

& quaestionibus capp. 27. distincta, Gilberto Genebrardo Theologo Parisiensi Diuinarum Hebraicarumque literarum Regio Professore interprete. De eadem à Ioanne Tarino Græcè & Latinè edita dicemus postea.

Iulij Africani ad Origenem epistola aduersus Historiam Susanna Danielis cap. 13. cum responsione Origenis pro eiusdem defensione, Gentiano Heructo Aurelio Rhemenfi Canonico interprete ex codice MS. Guillelmi Sirleti Cardinalis, præmissa breui triusque Epitome deprompta ex libro quinto Bibliothecæ Sixti Senensis.

Hactenus Latinè dumtaxat edita, nunc ad Origenis Tractatus Græca lingua excusos veniamus.

I. In Commentariis Michaëlis Ghislerij Romani, Clerici Regularis Theatini, in Ieremiam Prophetam tribus Tomis in folio Lugduni editis anno 1623. cum Catena Græca in Ieremiæ Prophetiam & Threnos ac Baruchi Prophetæ librum, breuibusque S. Ioannis Chrysoptomi in Ieremiam explanationibus, insertæ sunt *Origenis octo Homiliae in Ieremiam Prophetam* ex Vaticano codice Græcè tum primum vulgatæ, interpretibus Io. Matthæo Caryophilo Cretensi, & Leone Allatio Chio.

II. *Origenis contra Celsum libri octo* (opus planè aureum & venerandæ antiquitatis egregium monumentum, quod in aliquibus MSS. codicibus inscriptum ferunt, ὁ κενὰ τῷ Κελαύ ἀληθῆς λόγος) ex Bibliothecis Palatina & Boica Græcè & Latinè prodierunt interprete

Sigismundo Gelenio, cum notis Davidis Hæschelij, Aug Vindelici in 4. anno 1605. Ad dita Greg. Thaumaturgi in præceptorem suum Origenem Eucharisticâ oratione Græcè & Latinè cum notis aliquot Isaaci Casauboni, Hæschelij, & Laurentij Rhodamani in eandem. Audio eisdem libros aduersus Celsum in Anglia Græcè & Latinè recudi apposita è regione Geleniana interpretatione.

III. *Origenis Philocalia de obscuris sacre Scriptura locis*, à sanctis Patribus Basilio Magno & Gregorio Nazianzeno ex variis Origenis Commentariis excerpta Græcè & Latinè prodit Parisiis 1618. in 4. Ioanne Tarino Andegauo interprete, qui cum aliquot notis addidit I. Zachariæ Scholastici, postea Mitylenes Episcopi, de Mundi opificio contra Philof. disputacionem. II. Anastasij Presbyteri in Sinna Monte de hominis ad imaginem & similitudinem Dei creatione sermonem, qui & Gregorio Nysseno tribuitur. III. Celebres opinioniones de anima ὁδὸς τοῦ ψυχῆς.

IV. *Iulij Africani & Origenis epistola aduersus Iulianum de Historia Susanna*, imo potius epistolæ Origenis initium dumtaxat, è Bibliotheca R. P. Andreæ Schotti Soc. I E S V cum fragmento de Susanna Ioannis Chrysoptomi, Græcè dumtaxat edita sunt Augustæ Vindelicorum in 4. anno 1602. cura Davidis Hæschelij Augustani post Hadriani Isagogen Sacrarum literarum Hefychij Presbyteri Hierosolymitani ἐπισημοῦ in Esaiam & XII Minores Prophetas & aliorum in Maiores Prophetas varia

πρωτα. Fragmentum ex epistola eiusdem Origenis ad Africanum habes post Catenam Graecorum Patrum in Iob collectore Niceta Heraclææ Metropolitæ Græcè & Latinè à Patricio Iunio editam vna cum Græco textu Iobi *αρχως* iuxta LXX. seniorum interpretationem Londini 1637.

V. *Origenis in libri primi Regum cap. 28. de Engastrimytho Commentarius* Græcè & Latinè, Leone Allatio Chio interprete, Lugduni anno 1629. in 4. cum Eustathij Archiepiscopi Antiocheni & Martyris dissertatione de eadem Engastrimytho aduersus Origenem, & Commentario eiusdem Eustathij in Hexæmeron, cum amplissimis Allatij annotationibus, & singulari Syntagmate de Engastrimytho.

VI. *Origenis suæ alterius Doctoris Græci αργείου Scholia in orationem Dominicam & Cantica B. Virginis, Zacharia & Simeonis* Græcè & Latinè emisit Fredericus Morellus anno 1601. in 8..

Sunt & alia fortasse quæ diligentiam nostram effugerunt Appendicis aut secundæ editioni destinanda.

Oseas Propheta.

OSEAS, siue Osee, quem alij cum aspiratione proferunt, primus numerari solitus inter XII. Minores Prophetas, in diebus Regum Iuda Ozia siue Azaria, Ioathami, Achazi, eiusque filij Ezechia vaticinatus

est, ab anno Mundi circiter 3170. paulò ante initium Olympiadum, vsque ad annum Mundi 3310. Vrbs Romanæ 10. De eo S. Hieronymus in Prologo Galeato, & alibi, Pseudo-Epiphanius, Suidas, Hefychius Presbyter Hierosolymitanus atque ex recentioribus Salianus, Ribera, Philippæus, &c. quorum manibus teruntur omnium eruditissimi in Minores Prophetas sacræque Veteris Testamenti Historiam Commentarij.

Otto Frisingensis.

Bell. p 323.

OTTO, Leopoldi Marchionis Austriae filius, Conradi Sueui III. hoc nomine Imperatoris frater vterinus, & Friderici Ahenobarbi eiusdem Conradi in Imperio successoris patruus, ordinem Cisterciensem ingressus, Abbas Morimundensis in Burgundia seu Bassigneo creatus est, vnde ad Episcopatum Frisingæ in Noricis transit. fuit qui Frisium vel Frisientem vocitarint similitudine vocum delusi. Cum Conrado fratre aliisque Cruce signatis, anno 1148. in Terram sanctam profectus est, vnde in Bavariam reuersus, depositus postea Episcopali onere, conuolauit in dilectum sibi Morimundense cœnobium, vbi sanctissimè obiit die 21. Septembris anno Christi 1158. Friderici Imperatoris 3. Regis Germaniæ quinto. De eo plura Radenicus, Frisingensis Ecclesiæ Canonicus, qui morienti adfuit, illiusque Historiæ continuationem adtexuit, Aeneas Syluius, postea Pius Papa II.

qui eum à veritatis studio plurimum commenda-
dat, Trithemius, Possevinus, Vossius, aliique.
Extant in rebus Germanicis Christiani Visti-
si ex antiquioribus editionibus excusi,

Chronicon libri septem, ab initio Mundi
ad sua tempora, hoc est ad annum vsq; Christi
1146. cum libro octauo de fine Mundi & An-
tichristi persecutione.

*Libri duo de Gestis Friderici I. cognomento
Ahenobarbi Imperatoris nepotis sui*, quibus &
alios duos Radeuicus, de quo antea dictum est,
de Friderico eodem adiecit iam ab anno 1515.
cum Ottone Argentorati à Schuregio excusos,
curante Ioanne Cuspiniano, qui Vieniſæ re-
pererat.

P.

S. Pachomius.

Bell. p. 97.

SPACHOMIUS, ex Gentili milite fa-
ctus Monachus, deinde Tabennensis in
Ægypto Abbas, obiit die 14. Maij anno cir-
citer 350. vel 360. Gennadius cap. 7. de Vi-
ris Illustribus vocat Virum, tam in docendo,
quàm in signa faciendo Apostolicæ gratiæ. Tri-
themius corruptè Bachomium Abbatem ap-
pellat, & sub Valentiniano & Theodosio Prin-
cipibus collocat anno 390.

*Regula Monachorum, quam Angelo distantè
percepit*, Latine extat, tum post operum Ioan-

nis Cassiani pleraſque editiones, tum in Bi-
bliothecis Veterum Patrum, ex versione, vt
volunt, sancti Hieronymi, quæ longè amplior
est càm quæ habetur apud Palladium in Historia
Lausaca.

Eiusdem quoque Pachomij nonnulla Mo-
nita à Gerardo Vossio Præposito Tungrenſi pri-
mùm edita Moguntia in 4. anno 1604. cum
S. Gregorij Thaumaturgi operibus: extant
quoque, ni fallor, in Bibliothecis Veterum
Patrum.

S. Pacianus.

Bell. p. 116.

SPACIANUS, Barcinonensis in Pyre-
næi iugis Episcopus, vixit sæculo Christi
quarto, obiitque iam vltima senectute die 9.
Martij imperante Theodosio Seniore circa an-
num 380. Vide c. 106. Catalogi de Scriptori-
bus Ecclesiasticis, quem S. Hieronymus dica-
uit eiusdem Paciani filio Flauio Lucio Dextro,
Præfecto Prætorio; & Sophronius S. Hiero-
nymi æqualis in Græcum sermonem tranſtu-
lit. Extant cum seorsim, tum in Bibliothecis
Veterum Patrum.

*Tres Epistola contra Nouatianos ad Sym-
onianum Nouatiana hæresis labe infectum.*

*Parensis, siue, Exhortatio ad peniten-
tiam.*

*Libellus, sermonem alij vocant, de Bap-
tismo ad fideles Catechumenos.*

Pacificus Minorisa. Bell. p. 407.

FRATREM illum Pacificum, Nouariensem vocat Possseuinus in Apparatu sacro & Lucas Waddingus in Bibliotheca Ordinis Minorum, *summamque* dictam ab eo *Pacificam*, & à Francisco Taruisino Carmelita Italicè reddita testantur prodiisse Venetiis annis 1574. & 1580. An vsquam prodierit Latine, prorsus ignoro. Quod ad auctoris ætatem à Waddingo intactam attinet, vixerit circa annum 1470 si verè scripsit Possseuinus centum annis antequam Italicè reddita typis mandaretur scriptam fuisse Latine à Pacifico Franciscano.

Palladius. Bell. p. 156.

PALLADIVS, natione Galata, Helenopolcos in Cappadocia primùm, tum Asponitanus Episcopus, Euagrij Pontici discipulus, & Ruffini Aquileienfis Presbyteri æqualis atque amicus fuit, in Origenis ac Pelagianorum errores propensior, obiit sæculo Christiani quinto post annum 410. aut etiam 418. Eius mentio apud S. Epiphanium ep. ad Ioannem Ep. Hierosolymitanum, quæ est 60. inter Hieronymi epistolæ, eundem S. Hieronymum in præmio libri ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, Gelasium I. Papam præfatione in librum aduersus Pelagianos, Socratem libro 4. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 18.

Cassiodorum Historiæ Tripartitæ libro 8. capite primo, Ioannem Damascenum, siue quem alium auctorem libri de iis, qui infide dormierunt Nicephorum libro 11. cap. 44. Possseuinum, Vossium, &c.

Historia Lausiaca, sic appellata quòd ad Laulum Virum illustrem & sacro cubiculo Præpositum, eam Palladius scripserit, anno ætatis 53. Episcopatus 20. vitæ solitariæ 33. post lustratam eremum, extat Græcè & Latine interprete Gentiano Herueto Aurelio edita anno 1624. curante R. P. Frontone Ducæo Soc. IESV in Auctario Græco-Latino Bibliothecæ Veterum Patrum ex editione Græca Lugduno Batava Ioannis Meursij & MS. codice Bibliothecæ Christianissimi Regis. De aliis eiusdem libri, necnon Heraclidæ Paradisi, & similibus, versionibus editionibusque: consule sis doctissimas obseruationes R. P. Heriberti Rosweidi Soc. IESV Theologi ad Vitas Patrum Antuerpiæ impressas annis 1615. & 1628. necnon Historiam Patrum Laurentij Barræ & Bibliothecas Veterum Patrum.

Idem *Vitam S. Ioannis Chrysofomi Archiep. C. P.* fusè descripsisse creditur in *Dialogo*, quem cum Theodoro Ecclesiæ Romanæ Diacono instituit, qui Latine dumtaxat hætenus prodit interprete Ambrosio Camaldulensi Monacho. Sunt tamen qui alium illius auctorem existiment, nimirum Georgium Alexandrinum Patriarcham. Trithemius tribuit Palladio, qui à Cælestino Papa anno 430. missus in Scotiam primus Hibernienfis insulæ

Apostolus prædicatione sua gentem sibi commissam ad fidem Christi conuertere vel saltem à Pelagiana hæresi auertere non potuisset, Romam reuersurus in Britanniam traiecit, ibique apud Pictos decessit 15. Decembris anni 431. vt ex eius vitæ auctoribus vulgo fertur, quibus tamen haud consentiunt verba Prosperi cap. 4. aduersus Collatorem: *dum Romanam insulam studes seruare Catholicam, fecit etiam barbaram Christianam*, quod vix vnus anni spatio fieri potest. Quid verò si verba Prosperi intelligi debeant de S. Patricio an. 432. vt volunt, ab eodem Cælestino Papâ in Episcopum consecrato & in Scotiam siue Hiberniam ac Britanniam misso. Sed de hiis aliâs. Ioannes quoque Balæus Palladium Scotorum EP. cum Palladiis Helenopolitano & Amasiensi Episcopis confudit.

Panormitanus. V. Nicolaus Abbas.

Paschasius Diaconus. Bell. p. 218.

PASCHASIVS S. R. E. Diaconus Cardinalis floruit ab anno 492. ad annum circiter 512. sub Romanis Pontificibus Gelasio Anastasio II. ac Symmacho, obiitque die 31. Maij: quòdque Laurentio Antipapæ fauisset in schismate, anima eius à S. Germano Capuano Episcopo visa est in Thermis emendatorio igne purgari. Ad eum videtur Eugippius Presbyter scripsisse vitam S. Seuerini Noticorum Apostoli, & ab eo responsum ac-

cepisse; quod refert Baronius ad annum 496. de vtilitate commemorationis rerum à sanctis hominibus gestarum. Vitam autem illam scripsit Eugippius biennio post Importuni Consulatum sine an. 511. De eo Martyrologium Romanum dicta die, S. Gregorius Papa libro 4. Dialogorum capp. 40. & 41. Sigebertus cap. 17. de Viris Illustribus, Io. Trithemius, & ex iis recentiores.

Libri duo de Spiritu sancto rectissimi & luculentissimi, quibus Symboli erratio continetur aduersus errores Macedonij, Arianorum, Sabellianorum, Nouatianorum, &c. sunt editi Coloniae anno 1539. & in Bibliothecam Veterum Patrum à Margarino Bignæo translati.

Paschasius Ratbertus. Bell. p. 266.

PASCHASIVS Ratbertus, minùs emendatè quibusdam dictus Paschalis, Monachus sub sancto Adalardo, tum post eum eiusque fratrem Walam, Hedonem, atque Isaacum electus Abbas cœnobij S. Petri Corbeienfis ad Somanam in Diœcesi Ambianensi, non autem Corbeienfis Abbatiae ad Visurgim fluuium in Saxonia inferiore praefectus, vt Pleffiacenfis Mornæus, & quidam alij imperiti censuerunt, ab anno Christi 844. floruit sæculo nono, obiitque die festo S. Richarii mensis Aprilis 26. anno 851. Eius successor Odo Abbas de Monasterio Corbeia anno sequenti subscripsisse reperitur Concilio Suctionensi.

De eo Lupus Ferrariensis Abbas ep. 56. & 57. & 58. Engelmodus Sueffionensis Ep. in carmine quod eius operibus præfixum est, Sigbertus cap. 97. de Viris Illustribus, Honorius Augustodunensis cap. 10. libelli IV. de Luminariibus Ecclesiæ, Ioannes Tritemius qui perperam eum ad tempora Caroli Grossi Imperatoris & anuum Christi 830. reuocauit, & Gesnerum, Simleram, Petrum Ricordatum, Possuinum iisdem retribus implicauit, sed omnium accuratissimè Iacobus Sirmundus in Vita, quam pene ad verbum descripsit pro more Miræus. Cellotius quoque noster in Historia Gotteschalci plurima habet ad Paschalis vitam, scripta, atque doctrinam spectantia, quæ Lector veritatis amans sinceræque aduersus impuros Sacramentariorum errores doctrinæ, non sine fructu euoluet. Insulsus Patrologus omnia pro more permiscens Lutheranis suis, opinor, sed pransis, persuadebit Paschasium Ratbertum Abbatem Corbeiensem floruisse tempore Paschalis Papæ I. & Ludouici Imp. anno 880. aut 900. cum hic anno 840. ille 813. obierit, sponsoresque dabit Pelargum & Mornazum eruditissimos haud dubiè Chronologos, magnique in Senatu Critico nominis. Ignorauit quoque bonus ille Bellarminianus operis plagiarus, quod paucis ante Eminentissimi illius Cardinalis mortem annis, Ratberti Paschalis dispersa hactenus opuscula longè pluribus additis in vnum corpus redegerit Sirmundus an. 1618. Parisiis in folio apud Sebast. Cramoysium, hoc procedunt ordine.

Commentariorum in Matthæi Euangelium libri XII. ad Guntlandum Monachum Monasterij S. Richarij Confessoris, quatuor priores, reliquos verò ad vniuersos eiusdem cœnobij sodales.

Libri tres Expositionis in Psalmum XLIV. Eructauit cor meum verbum bonum, &c. ad sanctimoniales B. Mariæ Sueffionensis.

In Threnos siue Lamentationes. Ieremia libri quinque, ad senem Odilmamum Seuerum, Basileæ editi 1502. Coloniae 1532.

De Sacramento Corporis & Sanguinis D. N. I. C. ad Placidum liber, sæpius etiam seorsim editus, & in Bibliothecis Veterum Patrum, vt nihil hic dicam de editione Haganocensi anni 1528. à Iobo Galtio apud Ioannem Secerium procurata, quam meritò dicere possis Nouatorum Cacodoxorum propudium ac dedecus, vt pluribus Ill. Card. Perronius omnia dissimulante Aubertino. Hic autem liber, cui præmittuntur versus Acrostichi in librum ipsum, quorum primæ litteræ coniunctæ faciunt *Radbertus Lenita*, videtur scriptus inter annum 81. quo exulare coactus est Adalardus Pipini Regis nepos & Caroli confobrimus Augusti quem Arsenium vocat, & sui sæculi Ieremiam, & 822. quo in aulam ac Monasterium reuocatus est, vt ex Prologo aliisque docetur argumentis.

Edmundus Aubertinus pag. 910. Præstigiarium suarum de Sacramento Eucharistiæ, hæc habet in coniecturæ nostræ confirmationem: Anno Noni sæculi decimo octauo Pa-

schafius Ratbertus, Monachus adhuc Corbeienfis, librum suum de Corpore & Sanguine Domini conscripsit. Testatur enim in epistola dedicatoria ad Placidum, cum hæc scriberet Adelardum Abbatem suum, (quem per allusionem Arsenium nostrum appellat) exilium ferre pro fide. Exilium autem illud passus est ab anno decimo quinto ad 22. Et rursum, dum noster discordiarum anfractibus prænelabitur orbis effusa super Magnates contentione imperij, &c. iam sua summos feriunt fulgura montes, ita ut nihil nostras nisi confusio vndique per singula horarum spatia repercuriat aures, &c. Quod præcisè contigit anno 18. in quo Bernardus Rex Italiæ, Reginus Comes Palatii & Reginaldus Præpositus Camera Regalis propter conspirationem contra Ludouicum Imperatorem luminibus orbatu sunt, & Anselmus Mediolanensis, Wolfoldus Cremonensis & Theodulfus Aurelianensis sceleris eius conscij depositi & relegati. Hæc ille non ineruditè, quæ ut pleraque alia ad Historiam spectantia, quantum non dubiis argumentis coniectare licet, ex Blondelli scripniis & meditationibus deprompta sunt. Quæ autem postea subiunxit officiarum, *χρησται*, ineptarum interpretationum, Sophisticarum cauillationum atque argutarum puerilium plenissima, ea refellere & alterius est subfelliij & maioris otij.

De Corpore & Sanguine Domini Epistola Paschafij ad Frudegardum, cui subditum est Expositum in illud, Cœnantibus autem eis,

&c. ex Commentariis in Mattheum. Hanc porro controuersiam omnem dilucidè atque eleganter explicatam legere est apud Cellotium supra citatum.

Vita S. Adbelardi Abbatis Corbeienfis, quam immeritè ut suppositiciam arguunt Molanus, Theophilus, & quidam alij. Vide Bollandum ad diem 2. Ianuarij.

Passio SS. Ruffini & Valerij Martyrum, quàm cum apud Basilicas corruptam deprauatamque offendisset, Clericorum eius loci rogatu comptiore stilo edidit, ac perpoliuit, inquit Sirmundus.

Pastoris liber.

Vide Hermas.

Paulinus Aquileiensis.

Bell. p. 255.

PAULINVS, quem Austriacum natione quidam non verentur asserere, vnde vnde illud habeant, ex Grammaticæ artis Magistro, ut ex diplomate Caroli Magni apud Baronium in Annalibus constat, Aquileiensis, siue Foroiulienfis Ecclesie Patriarcha ab anno 774 aut 776. ut alij, creatus, interfuit Concilijs pluribus, Elipanto Toletano & Felici Orgellitano Hæreticam doctrinam profitentibus strenuè obstitit, atque apud Carolum Magnum gratiosus, obiit die 2. Ianuarij anni 802. aut post sequentis, sanctitate & miraculis in vita ac post mortem clarus. Sepultus est in maiori vrbis Foroiulienfis basilica. De eo Alcuinus in epistola 81. & alijs poematibus 213. & 214

Anonymus quidam Chronographus Continuator Historiæ Longobardicæ Pauli Diaconi à Frchero & Duchesnio editus ad annum 794. Nam & Paulinus vir miræ scientiæ Patriarcha aduersus hanc (Elipanti & Felicis) nefandissimam hæresim tres libros luculento sermone composuit, Walafridus Strabo, Annales Fuldenfes, Hermanus Contractus, alique, atque ex recentioribus Philippus Ferrarius, Ferdinandus Vghellus, Bollandus & Henschenius, aliique.

Libellus de sanctissima Trinitate aduersus Elipantum Toletanum & Felicem Vrgelitanum Antistites, dictus sacrosyllabus extat sæpe iam editus in Bibliothecis Veterum Patrum, in Collectionibus Conciliorum, atque apud Duchesnium post Alcuini opera Parisiis an. 1617. edita.

Idem Andreas Duchesnius primus in lucem protulit ex codice MS. Puteanæ Bibliothecæ CC. Fratrum Petri & Iacobi eiusdem Paulini *Libros tres contra Felicem Vrgelitanum Episcopum* cum epistola ad Carolum Magnum Strenuissimum orthodoxæ Fidei cultorem regique culminis altitudine sublimatum, &c. necnon Professione seu Regula Fidei metro scripta.

Qui verò sub eiusdem Paulini nomine libri numero septem aduersus eundem Felicem vulgati fuerant in Bibliothecis Veterum Patrum, multisque Theologis fraudi fuerant, docuit idem Duchesnius Alcuini verum & germanum

num esse factum cum ex aliis, tum ex libro I. eiusdem Alcuini aduersus Elipantum.

S. Paulinus Nolanus. Bell. p. 186.

SPAULINVS, Nolanus Episcopus, (quem integra appellatio dictum fuisse voluit, Meropium (Eutropium alij aut Neropum) Pontium Anitium Paullinum) natus in Aquitania II. circa annum Christi 353. aut Burdigalæ, aut non procul ab ipsa in oppido Ebromago inter Burgum & Blaium, discipulus Aufonij Poëtæ, Consulatum Romæ gessisse dicitur anno 375. tum baptizatus Burdigalæ à S. Delfino vrbis illius Episcopo fecit cum Therasia coniuge sanctissima in deserta Pyrenæorum montium & Barcinonenses campos: deinde Presbyter ab Eulampio Barcinonensi Præsule ordinatus ipso Natali Christi Domini, seu, vt loquitur ep. 6. ad Seuerum, die quo Deus nasci carne dignatus est, exeunte anno Christi 393. ea tamen lege, vt nulli manciparetur Ecclesiæ. Quare Hispania relicta Italiam petiit, ac Mediolano, vbi à S. Ambrosio benignissimè exceptus, Romam ingressus est Siricio Romano Pontifice, vnde paulo post Nolam venit ad optatum Ecclesiæ S. Felicis portum, in cuius honorem plurimos versus fudit. Quo anno factus sit Nola Episcopus, non constat: quòue ductus sit in Africam, & ad quem Vandalorum Principem. Hoc certum, inde reuersum Nola obiisse ætatis anno 78. Christi 431. die 22. Iunii. De eo SS. Am-

brosius, Hier. Aug. atque Gregorius, Ambrosius, Seuerus Sulpitius, Eucherius, Prosper, Idatius, Cassiodorus, Gennadius cap. 48. Catalogi, Siegbertus cap. 14. qui duo asserit, quorum saltem alterum falsum est, nimirum ad S. Augustinum scripsisse vitam S. Ambrosij Mediolanensis Ep. Quod verò addit de vita S. Felicis Nolau i versificè scripta; id de Natalibus accipi potest, Honorius Augustodunensis, & alij, quique ei morienti adfuit Vranus, licet non tam vitam ille scripserit, quàm felicem ad superos transitum. Ex recentioribus Trithemius qui malè cum Paullino vitæ sancti Ambrosij scriptore confudit, Elias Vinctus, Iosephus Scaliger, Baronius, Possseuinus, quique integram eius vitam ex veteribus monumentis ingeniosissimè concinnauit R. P. Franciscus Sacchinus Soc. IESV, quam tacito auctoris nomine Antuerpiæ publicauit anno 1622. R. P. Heribertus Rosweidus eiusdem Societatis Theologus, qui editionem omnium operum sancti Paulini typis Plantinianis in 8. eodem anno 1622. procurauit cum suis & R. P. Frontonis Duczi Burdegalensis ex eadem Societate eruditissimis notis & obseruationibus, hoc seruato ordine.

Epistolæ numero L.

Ad Seuerum Sulpitium quatuordecim.

Ad Delphinum Burdegalensem Episcopum quinque.

Ad Amandum Burdeg. Ep. sex.

Ad Sanctum & Amandum vna.

Ad Victricium Rothomagensis Ep. dua.

Ad Aprum vna.

Ad Aprum & Armandum dua.

Ad Florentium Ep. Cadurcensium vna.

Ad Alethium vna.

Epistola sine Declamatio de Gazophylacchio.

Ad Desiderium.

Ad Macarium.

Ad Pammachium.

Ad Ionium cum poemate ad eundem.

Ad quemdam militem.

Ad Sebastianum Eremitam.

Ad S. Augustinum Hipponensem Episcopum quatuor. Ex eius operibus depromptæ.

Ad Alipium Tagastensem Ep. vna. Inter Augustinianas 35.

Ad Romanianum Licentij patrem. Inter Augustinianas 36.

Ad Ruffinum dua, quæ habentur inter opera eiusdem Ruffini.

Ad Marcellam vna, quæ Tomo IX. Hieronymini iacet inter incertas.

Ad Celantiam vna, quæ reperitur inter Hieronymianas ordine quarta.

Sequitur *Martyrium S. Genesij Arelatensis,* apud Surium die 25. Augusti.

Antequam verò pergam ulterius tacere hic non possum inscitiam impudentiamue Ioannis Gerhardi Ieuenis Matæologi, qui pag. 406. insulsiſſimæ suæ Patrologiæ Epistolas S. Paulini industria S. Amandi Burdegalensis Ep.

conseruatas supposititiis nugatur : additque epistola 11. de Ligno Crucis scribi, quod habeat ea virtutem incorruptibilem, &c. quæ fabulæ adeo crassa est, vt Censores constituti ad præscriptum Concilij Tridentini Ind. Ex-purg. mandarint eam deleri. Quod crassissimum est effrontis hominis mendacium : si tamen eius, non autem alterius Heterodoxi, ex quo, hæc vt cætera omnia, corraferit, Satius longè fuerat obseruare libros sex de vita S. Martini carmine conscriptos non esse S. Paulini, quod monuit Bellarminus, quem ex-scribere solet, obseruatione secunda. Verùm non inciderat bonus ille Patrologus in editionem Cramosianam anno 1617. & consequentibus excusam Parisiis, Colonienſi, Lugdu-nensi, cæterisque locupletiozem. Hanc enim vt alias duas tacito Bellarmini nomine transcribere non omisisset.

Poëmata aut fragmenta num. 32.

Ad Gestidium duo.

Martina precatioes dua.

De Ioanne Baptista.

Psalmi 1. 2. & 136.

Ad Ausonium epistole quatuor.

Ad Cytherium de naufragio Martiniani, & de filij ipsius Cytherij eruditione.

Epithalamium in Iulianum & Iam.

De obitu Celsi pueri panegyricus,

S. Felicis Natales 10. integri.

Fragmenta Natalium 11. 13. 14. 15.

Natalis incerti fragmentum.

De Niceta Episcopi reditu in Daciam.

Ad coniugem suam exhortatio, quæ minus commodè à Rosweido tribuitur Paulino, cum sit Prosperi, vt omnes eius operum editiones agnoscunt, & fatetur Venerabilis Beda.

Fragmentum Poëmatis de Regibus ex Suetonio collectis ex Ausonij epistola 19. ad Paulinum.

Omisit scitè Rosweidus idem, tum Eucharisticam carmen de vita sua, cuius auctor fuit Paulinus alter *ὁ ἕτερος*, Ausonij ex filio, vel vt alij fratre Helperio nepos, qui ad annum vsque vitæ suæ 83 peruenit, tum libros sex carmine Heroico scriptos ad Perpetuum Turonensem Antistitem de vita S. Martini eiusdem vrbis Episcopi, qui Tomo VIII. Bibliothecarum Parisiensium Veterum Patrum & in Colonienſi ac pluribus aliis Poëtarum Collectionibus Paulino nostro adiuuantur, cum versibus de visitatione nepotuli sui, & perbreui de orantibus opusculo, quæ primùm carmina Franciscus Iuretus ex codice V. C. Petri Pithœi cum notis ediderat. Sex tamen illi libri de Vita S. Martini pertinent ad Paulinum, patria Petricordium seu Petrocorium, qui 30. aut 40. circiter annis ab obitu S. Paulini Nolanus Episcopi opus illud suum dicauit Perpetuo Turonensi Archiepiscopo, qui præfuit Concilio Turonensi anno 480. Vide Sirmon-di *re marcelino* notas ad Sidonium Apollinarem, Bellarmini obseruationem secundam in editione omnium amplissima & castigatissima li-

belli de Scriptoribus Ecclesiasticis anno 1617. Parisiis apud Sebastianum Cramosium alii. que consequentibus emissâ, Aubertum Miræum qui Sirmondi vestigiis diligenter insitebat, aliisque eruditos.

Eiusdem S. Paulini Nolæ Episcopi nomine edita est Tomo III. Parisiensium Bibliothecarum Epistola ad Faustum Regiensem Galliarum Episcopum de variis quæstionibus. Verum alterius esse tempora vel me tacente manifestant, quemadmodum iam sæpe in Fausto Regiensi obseruauimus & ante nos monuit Ioannes Maria Brasichellanus in Expurgatorio indice Romano, eius fortasse Paulini quem inter Saluanum Presbyterum Massiliensem & Hilarium Arelatensem Antistitem inseruit Gennadius cap. 63. Catalogi, auctoremque dicit Traët. de initio Quadragesimæ, de die Dominico Paschæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophytis, &c. sed de nostro Paulino eique cognominibus ex occasione modò satis: miror tamen à Bellarmino omissem Paulinum, qui S. Amb. Mediolanensis Præsulis vitam conscripsit ad S. Aug. de quo nos suo loco fauentibus superis: Interim moneo insulsum fuisse de illius vitæ auctore iudiciû prolatum à Desiderio Eras. in Præfatione ad libros S. Ambrosij: Idem est artifex, qui tam multa contaminauit in Scriptis Hieronymi & Augustini natus ad hunc ludum: Habebat Historiam Ambrosianæ vitæ, ei attexuit præfationem lepidam, intertexuit interlocutiones, addidit coronidem & aliquot prodigia affinxit. Conferat, qui volet, Pauli-

ni Nolani stylum cum huius assutis pannis, &c. En quo ferat hominem præceps censendi ac iudicandi cacoethes! quod in Heterodoxis frequentissimum reperitur.

S. Paulus Apostolus,

Bell. p. 39.

SPAVLVS, dictus ante Saulus, de Tribu Benjamin, non ex oppido Iudææ Gischalis oriundus, vnde Tarsum Ciliciæ cum parentibus commigrarit vt scripserat iunior S. Hieronymus, sed in ipsa Tarsensi vrbe natus, quod idem in extremo Commentario Epistolæ ad Philemonem confirmat, discipulus Gamalibus viri doctissimi, & S. Stephani consanguineus, post eius cædem à Iudæis perpetratam anno æræ Christianæ 35. Damascum veniens reuelatione ipsius D. N. I. C. compulsus ad fidem, ab Anania baptizatus, in vas electio-nis de persecutore transformatus, multisque ad fidem Christi plantandam propagandamque peregrinationibus laboribusque perfun-ctus, demum anno Neronis Imp. 13. Christi 67. die 29. Iunij Romæ vnâ cum S. Petro Martyrium passus est defecto capite. Plura de eo S. Lucas in Actis, ipsemet Paulus in *Epistolis suis, quæ supersunt numero 14.* Eusebius, Ambrosius, Hieronymus cap. 5. Catalogi, & alibi sæpe, Sophronius, Chryostomus, Oecumenius, aliique Patres & Tractatores Ecclesiastici, tum veteris tum recentis memoriz, quos Baronius, Massutius, similesque collegerunt. Quo verò anno singulas Epistolas Paulus scripserit, non est huius loci definire,

nec de auctore Epistolæ ad Hebræos disputa-
re, aut de eius auctoritate, quam infruniti
quidam Nouatores, in quibus numerandus
est Iosephus Scaliger, si quæ de eo in Cello-
quiiis familiaribus ex eius ore exceptis narra-
tur veritate subnixæ sunt, impie atque impu-
denter in dubium reuocare moliti sunt. *Episto-
lam ad Laodicenses* quam Sixtus Senensis in
Bibliotheca & Ioannes Mariana in notis ad
Epistolas S. Pauli excudendam curauerunt,
vt fictam respuunt Hieronymus in Catalogo,
Theodoretus Comm. in ep. ad Colossenses
caput quartum, Baronius, Bellarminus, alii-
que Catholici, qui etiam meritò ambigunt
duce Chrysofotomo, an vnquam vllam ad
Laodicenses epistolam Paulus scripserit. Quid-
quid sit, nullius auctoritatis esse eam quæ cir-
cumfertur, exploratissimum est. *De Epistolis
Pauli ad Senecam & Seneca ad Paulum*, hoc
vnum dico, etsi memorentur Auctori Acto-
rum passionis S. Pauli sub nomine Lini vul-
gatorum, S. Hieronymo cap. 12. Catalogi,
vbi Senecam cum aliis Ecclesiasticis Scripto-
ribus annumerat, S. Augustino ep. 14. non-
nullis veteribus, videri tamen Baronio pluri-
busq; recentioribus confictas fuisse ab aliquo
ad ingenium exercendum. Gelasius Papa in
Concilio LXX. Episcoporum *Acta Pauli &
Thecla*, siue *Periodos*, vt vocat Hieronymus,
inter apocryphas scripturas recensuit, non tam-
en inde sequitur commentitia esse quæcum-
que de sanctissima Virgine & Martyre Thecla
SS. Gregorij Nazianzenus atque Nyssæus

Ambrosius, Epiphanius, Chrysofotomus, Au-
gustinus Fausto Manichæo respondens, Basi-
lius Seleuciæ in Isauria Episcopus; qui vitam
ac miracula eius à Petro Pantino Tiletano
Bruxellensi Decano Latine reddita conscripsit,
aliique veteres posteritati commendarunt, vt
aduerfus Andream Riuetum similésque Pa-
trum calumniatores dicitur in Examine Hete-
rodoxorum Criticorum.

Paulus Burgenfis.

Bell. p. 388.

PAVLVS Carthagenæ, cognomento de
sancta Maria, postquam ex Iudæo ad fi-
dem Christianam lectione operum S. Thomæ
Aquinatis conuersus est, ex Treuignensi Ar-
chidiacono ad Carthaginensem primum, ac
deinde Burgensem Episcopatum promotus,
ac seripio Regio Præfectus, Regnorum Ca-
stellæ ac Legionis Archicancellarium alij vo-
cant, tum postremo Patriarcha Aquileiæ, ob-
iisse dicitur 29. Augusti anni 1435. in oppido
Fossa sancti Clementis nuncupato quinque
milliaribus distante à ciuitate Burgenfi, in
qua sepultus est. De eo eiusque tribus filiis,
quos ante conuersionem ad fidem susceperat,
Alfonso, Gonsaluo, & Aluaro Garfia, vide
Ioannem Marianam libro 19. cap. 8. Historiæ
Hispanicæ, & ex eo Aubertum Miræum in
Auctario, Ludouicum Caruaialum de resti-
tuta Theologia, Martinum Nauarrum in
Consiiliis, Antonium Possenium, Christo-
phorum Sanctorisium O. A. aliisque.

Additiones notabiles ad Postillas Nicolai de Lyra in totam Scripturam extant cum Postillis Lyrani Lugduni anno præfertim 1590. & alibi sapius editæ. In præfatione ad filium maiorem natu Alfonso Decanum Compostellanum ac legum Doctorem multa de se ac vitâ suâ perferibit.

Scrutinium Scripturarum in duos libros diuisum, quod vt obleruat Trithemius, compleuit sub Sigismundo Imperatore & Eugenio Papa quarto, anno Domini 1434. Indictione 12. ætatis suæ 81. Illius editionem optimam censeo quæ Burgis prodiit in folio apud Philippum Iuntam an. 1591. opera eiusdem Sanctorisij qui & vitam Pauli præmisit & opusculum de vera Hæreticorum origine agnoscenda.

Paulus Diaconus. Bell. p. 254.

PAULVS, Warnefridi & Theodclindæ filius, cognomento Winfridus, patria Longobardus, Ecclesiæ Aquileiensis Diaconus, ac Desiderio, postremo Longobardorum Regi à Secretis, cum Principe suo aliisque nobilibus Ticino expugnato anno Christi 774. in potestatem Caroli Magni Francorum Regis venit, ab eoque magno in honore habitus est, donec ob suspicionem quandam alligatus in Diomedeam Hadriatici maris insulam ductus est in exilium, vnde ad Arichisum Beneuenti Ducem Desiderij Regis generum profugit, factusque in vicino Cassinate cænobio Mona-

chus vsque ad initium sæculi noni peruenisse creditur. Quo anno obierit, mihi non liquet. De eo Walafridus Strabo cap. 28. de Diuinis officiis, Sigebertus cap. 80. de Viris Illustribus, qui ei tribuit ipso etiam assentiente Mirzo Vitam S. Gregorij I. Papæ aliam vt arbitror ab ea quæ à Ioanne Diacono aliquot post obitum Pauli annis conscripta est, & cap. 81. adiungit Carolum Imperatorem per manum huius Pauli Diaconi sui decerpisse quæque optima de scripturis Catholicorum Patrum, & Lectiones vniciuique festiuitati conuenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecisse in duobus voluminibus: Leo Ostiensis libro 2. Chronici Cassinensis cap. 17. Petrus Diaconus de sanctis Montis Cassini, Trithemius, Volaterranus, Giraldus, Baronius, Possennus, Vossius, & ex eo Miræus, aliique cum M. Antonio Scipione, quem citat Maraccijs in Elogio Virorum Illustrium Montis Cassini.

Historie Winilorum, qui postea dicti sunt Langobardi, libri sex sapius editi, cum seorsim, tum anno 1515. Aug. Vindelicorum cum Iornande de rebus Gothorum Basileæ 1532. cum Suetonio & deinceps.

Excerpta quadam de primis Metensium Episcopis flagitante Angilramno Episcopo, edita sunt à Marquando Frehero in Corpore Historiæ Franciæ anno 1611. & ab Andrea Duchelnio Tomo II. Historicorum coætaneorum pag. 201. & seqq.

Vita S. Arnulphi ex Mâiore Regis Francorum

Metensis Episcopi, inter opera Ven. Bedæ & apud Surium ad diem 24. Augusti edita: sitamen, quod quidam reuocant in dubium, aliam scripsit separatam ab elogio, quod extat in Serie Episcoporum Metensium de qua mox verba fecimus.

Vita S. Cypriani Martyris & Episcopi Carthagenensis, cum eius operibus à Iacobo Pamelio excusa, aliisque editoribus.

Vita SS. Benedicti & Mauri, ac S. Scholastica Virginis, Romæ cum poematibus Prosperi Martanengi anno 1590.

Versus de eadem S. Scholastica Virgine, edidit ad diem 10 Februarij Arnoldus Wion in Ligno Vitæ.

Scripsisse dicitur & Hymnum in honorem S. Ioannis Baptistæ, in Ecclesia decantari solitum, qui incipit: *Ve queant laxis*, &c. Immo & vnicuique Festo totius anni iussu Caroli Magni Imperatoris conuenientem Lectionem, quæ in Ecclesia legeretur, attribuisse perhibetur: vel vt verbis Trithemij vtar ordinauit Historias & Lectiones per totam annum singulis festiuitatibus Sanctorum congruentes.

Historie Miscelle à plerisque creditus est auctor. Trithemias ait rogatu Aldeburgæ filix Desiderij Regis addidisse ad Chronicum Eutropij libros duos, sed falsè: Quisquis enim fuit illius confusaneus operis confarcinator siue Ioannes Diaconus, siue Landulfus Sagax, seu quis alius, illud ex Eutropio & Oro시오, tum maximè ex Historia Ecclesiastica ab Anastasio

S. R. E. Bibliothecario è Græcis Chronicis translata, qui vix tempore Pauli Diaconi natus erat, collegit concinnauitque nonnullis subinde astutis, pluribusque circumcisit, Quod facile deprehendet, quisquis Miscellam sæpius typis excusam, sed præcipuè anno 1569. Basileæ apud Petrum Pernam ex recognitione & emendatione Petri Pithæi, conferre voluerit, cum Anastasij illius Historia ex Nicephori Patr. CP. Georgij Syncelli & Theophanis Abbatis Græcis monumentis Latine reddita, & curâ V. C. Caroli Annibalis Fabroti I. C. anno 1649. typis Regiis vulgata.

Paulus Middelburgensis. Bell. p. 412.

PAVLVS, Middelburgi, seu Mittelburgi primaria Zeelandicarum Insularum vrbe natus, profectus in Italiam, Urbini commoratus est, factusque Episcopus Forosempronienfis, interfuit Concilio Lateranensi sub Pontificibus Iulio II. & Leone X. an. Christi 1513. dein prouectâ admodum ætate natus annos 89. obiit anno Christi 1534. decimo nono Kalendas Ianuarij, Romæ sepultus ad S. Mariam de Anima, cum Epitaphio. Iulius Scaliger Exercitatione in Cardanum 266. Vossius, Vghellus, Valerius Andreas, alique de eo consulendi per otium.

De Paschali obseruatione libri XIV. ad Leonem X. Romanum Pontificem, impressi Forosempronij an. 1513. quod opus Paulina de Paschate dici solet.

De die *Passionis Dominicae* libri vndeuiginti, ad Maximilianum Imperatorem Romanorum, ibidem eodem que anno.

Prognosticon ostendens anno Domini 1524. nulum neque Vniuersale neque Particulare Diluuium futurum, Forosempionij anno Christi 1523.

Aliud quoque *Prognosticon* memoratur ad Maximilianum Austriae Louanij impressum apud Ioannem Westfalum, cum eius *Defensione* contra Ioannem Barbum Urbini edita anno 1484. dum adhuc esset Ducis Vrbinatum Medicus.

Paulus Orosius.

Bell. p. 190.

PAULVS Orosius, Hispanus, Tarracoenus, S. Augustini discipulus, vir eloquens & Historiarum cognitor, floruit initio quinti aerae Christianae saeculi sub Honorio Imperatore. Circa annum 415. à S. Augustino in Palaestinam ad S. Hieronymum missus pro discenda animae ratione, cum rediret anno 416. reperas pauld antè S. Stephani Protomartyris reliquias primus intulit Occidentis, & in Africam secum deportauit innumerabilibus miraculis, quibus Lutherana, Memnoniana, & Caluinistica impictas inuictissimè atterit, per insignes, vt ex Augustino libro 22. de Ciuitate Dei, Anonymo ad Euodium Vzalensem Ep. Seuero Minoricensi Ep. aliisque constat. De eo Gennadius cap. 39. Catalogi, & ex eo Honorius, Cassiodorus cap. 17. Diuina-

rum Lectionum, Trithemius, Scaliger, Baronius, Lipsius, Casaubonus, Vossius, tum in opere de Historicis Latinis, tum in libris de Hæresi Pelagiana, vt omittam fabulosos quosdam Hispanos Scriptores, quos citat sequiturque Philippus Elsius, qui Augustinianis suis Eremitis accenseret, vitamque eius porogat vsque ad annum 471. quo centenario maiorem in Carthagine Spartaria in Hispaniis obtulisse contendit, atque inde Romam asportatum & in Ecclesia S. Eusebij, vbi patrus eius iacebat, sepulchrum. Sed hæc penitus incerta dubiaeque fidei. Quid quod & nonnulli Legionensem Episcopum fuisse putent? Satius profecto fuit annotare Isidorum Senioreni Cordubensem Episcopum opus egregium in quatuor libros Regum Orosio nostro circa annum 412. dicasse, sed ad opera Orosij, quæ modò extant, recensenda properemus.

Historiarum ab exordio Mundi libri septem vsque ad annum Christi 416. ad S. Augustinum Hipponensem Episcopum, cuius hortatu opus illud fuerat aggressus aduersus querulos & infamatores Christiani nominis, qui dicebant defectum Romanæ reipublicæ Christi doctrina inuictum, &c. Ormestam mundi, siue Hormestum Ὀρμαστόν, ἢ Ὀρμαστόν quidam vocant, quæ de re multa diuinando ni fallor protulit Vossius, Extant exculi 1526. & alibi, maximè verò in Historia Patrum Barræi, & in Bibliothecis Veterum Patrum. Celebratur quoque editio Moguntina anni 1615. cum notis Latij & Schotte, quam nondum vidi.

Eidem Auctori tribuitur à Trithemio alifque *liber Apologeticus de arbitrij libertate aduersus Pelagium*, editus cum seorsim & cum Historia Miscella Paulo Diacono tributa, tum anno 1574. Coloniae apud Maternum Cholinum post Historiarum libros septem illustratos opera Fabricij Fabricij Marcodurani in 8. ac postea in Bibliothecis Veterum Patrum Coloniensi maxime & vltima Parisiensi ex recognitione R. P. Andreae Schotti Soc. I E S V, qui ab eo separauit capita quatuordecim ex libro S. Augustini de Natura & Gratia temere ab imperio Amanuensi transumpta. Verum Petrus Wastellus sub finem Vindictiarum Ioannis Hierosolymorum Episcopi acerrime in eum libellum insurgit, & ab Orosio prorsus abiudicare contendit. De eo quoque videndus Vossius, donec nostram ea de re liceat proferre sententiam, libratjs, quæ vtriusque afferuntur, argumentorum momentis.

Commonitorium sine Consultatio ad S. Augustinum de errore Priscillianistarum & Origenistarum. Extat Tomo sexto operum sancti Augustini ante librum illius contra Priscillianistas & Origenistas.

Paulus Warnefridi. Vide Paulus Diaconus.

Pelagius Aluarus. Bell. p. 369.

PELAGIVS Aluarus, siue, vt Simlerus, Willotus, Miræus, Waddingus, alii que passim appellant Aluarus Pelagius, natione Hispanus,

Hispanus, ex IC. Bononiensi Ordinis Minorum religiosus, & Ioannis Scoti Auditor, Pœnitentiarius Ioannis XXII. Papæ, Coronenensis in Achaia primum, tum etiam Siluentis in Algarbijs Episcopus, obiit post annum Christi 1340. sepultus Hispali in Templo sanctæ Claræ. De eo præter citatos S. Antoninus Tertia Parte Summæ tit. 24. cap. 8. §. 2. Io. Trithemius, cui dicitur Alpharus, scriptis & verbis Ioannis illius Papæ aduersus Guillelmum Okam defensor, ac præ cæteris Lucas Waddingus in Annalibus & in Bibliotheca.

De Planctu Ecclesie libri duo, ad Petrum Gomefium Hispanum Ordinis Minorum Generalem & postea Cardinalem titulo sanctæ Praxedis, quos ait auctor se correxisse Compustellæ anno 1340. prodierunt Vlmæ anno 1474. Lugduni 1517. Venetijs 1560.

Summa Ecclesie Vlmæ impressa in charta regali anno 1474. An postea quoque vsquam recusa sit, non memini me apud alios obseruasse.

S. Petrus Apostolus. Bell. p. 36.

SIMON Petrus, filius Ioannis, frater Andreae, è vico Galilææ Bethsaidâ, Apostolorum Princeps, secundo Claudij Imperatoris anno æræ Christianæ 41. Romam venit, ibique 25. annis Cathedralam Sacerdotalem obtinuit, vsque ad 13. Neronis annum, cuius iussu cruci affixus martyrium subiit die 29. Iunij anni Christi 67, ibidemque sepultus in Vati-

cano iuxta viam Triumphalem totius, non solum vrbis, sed etiam orbis Christiani veneratione celebratur. Illius laudes & Elogia sacri Scriptores omnes antiqui recentiorisque deprecantur, de quibus consule Baronium, Belarminum, similesque Catholicos qui de Primatu Petri, eiusque ac Sedis Romanæ ab eo fundatæ prerogatiuis, aduersus Heterodoxos à Fide maiorum suorum apostatas, eruditissimos Tractatus in lucem ediderunt.

Extant *duæ S. Petri Epistola*, quas Ecclesia Catholica recepit. In Aucuario quoque Græco-Latino Bibl. Veterum Patrum & Tomo XII. Morelianæ Græcæ & Latine habetur, quæ S. Petri Apostolorum Principis dicitur Liturgia seu Missa Apostolica, Diuinumque sacrificium cum Canone Latino S. R. E. ex editione Græco-Latina apud Federicum Morellum anni 1595. procurante Ioanne à S. Andrea Canonico Ecclesiæ Parisiensis ex MSS. codd. Bibliothecæ Christianissimi Regis cum aliquot Annotationibus Guillelmi Lindani Gandauensis Episcopi qui primùm anno 1585. publicauit. Sed nec illa indubitata fidei asseritur, eique multa fuisse à posterioribus inserta adtextaque identidem res ipsa loquitur, ut non sit necesse Allophylos aduersus eam debacchantes consulere.

De *Euangelio* quod sub Petri nomine ferebatur, scripsit Serapion Antiochenus Ep. sub an. 195. librum ad Rhossensem Ciliciæ Ecclesiam, quæ in hæresim eius lectione diuenterat teste S. Hieronymo cap. 41. Catalogi. Clej

mens quoque Alexandrinus citat librum Petri *Prædicationum* & alij alios, qui ad nostra usque tempora non peruenierunt.

Petrus de Alliaco.

Bell. p. 384.

PETRVS de Alliaco, Compendij ad Isaram ex tenuissimæ fortunæ parentibus ortus, Doctor Collegij Nauarrici in studio Parisiensi, eiusque Archidiaconus (sunt qui Academiam Parisiensem Cancellarium, S. Cappellæ in eadem vrbe Thesaurarium & Magnum Franciæ Eleemosynarium præterea vocitent) Ioannis Gerlonis præceptor, Cameracensem anno 1398. post Vellauensem, siue Ancienensem adeptus Episcopatum, anno 1411. die 6. Iunij creatus est S. R. E. Cardinalis titulo S. Chrysogoni à Ioanne Papa XXIII. interfuit Concilio Constantiensi anno 1415. tum deinde obiit vel in Germania anno 1416. vel vt alij plures scribunt, anno 1425. Auenione die 8. Augusti tum Legatus Apostolicus per Galliam, dictus Aquila Galliæ & aberrantium à veritate malleus indefessus; relatumque est corpus eius Cameracum, & in Ecclesia Cathedrali sepultum cum Epitaphio. Bibliothecam suam Collegio Nauarrico legasse dicitur. De eo Froissartes, Iuuenalis de Vrsinis, Monstreletus, Trithemius, Spondanus, Sixtus Senensis, Posseuinus, Vossius, Valerius Andreas, Frizonius, Auberius, Nomenclator, aliique, qui de Cardinalibus scripsere. Multa opera scripsit, ex quibus supersunt typis im-

pressa quæ sequuntur, nemo enim hætenus vnum in corpus redegit, & cum iis quæ in Bibliothecarum forulis cum tineis certant, publici iuris fecit.

I. *Commentarij super libros 4. Sententiarum una cum laudibus Theologia & Questionibus de potestate Ecclesie*, anno 1500. in 4. & Parte I. operum Gersonis Tractatus eiusdem Petri occurrit de *Ecclesie & Cardinalium auctoritate*. Extat quoque *Responso contra Fr. Matthæi conclusiones pro secta Flagellantium*.

II. *Libellus de emendatione Ecclesie*, Colonia in folio editus cum Concilio Basilensi.

III. *Meditationes in septem Psalmos Penitentiales*, quæ tribuuntur à quibusdam Ioanni Gersoni, inter Orthodoxographa pag. 1350.

IV. *Vita S. Petri de Morono Romani Pontificis, dicti Celestini V.* apud Surium die 19. Maij & seorsim Parisijs anno 1539. apud Franciscum Stephanum: nec salù sunt, qui dixerunt cum Possleuino (qui tamen vnum in duos diuisit) scriptam eam fuisse à Petro de Alliaco Gymnasij Nauarrici Archidiacono, qui postea creatus Episcopus Cameracensis potuit hæc præmittere; Præsumo scribere Petrus de Petro, Episcopus de Episcopo, & Ne in eo fuerat Bellarmino & Vossio (qui eum *Πατριάρχης* vtique non tolerandam inaccurate scriptore appellauit Archiepiscopum quæ in alijs quoque sed minus accuratis obseruauimus) vltatenus laboran-

dum. Maior autem mihi suboritur difficultas, quæ fieri possit, vt idem fuerit Regis Francorum Caroli V. Cælestinorum Parisiensium Fundatoris, qui obiit anno 1380. Confessorius.

V. *Sermones varij*, Argentorati 1490.

VI. *Sacramentale*, Louanij 1487. apud Ægidium ab Heerstraten.

VII. Varij Tractatus simul excusi in folio non expressis loco, tempore & Typographi nomine.

1. *De Imagine mundi.*

2. *Epilogus Mappæ mundi.*

3. *De legibus & sectis*

4. *De Correctione Calendarij.*

5. *De vero Cyclo Lunari.*

6. 7. *Cosmographiæ Tractatus duo.*

8. *Vigintiloquium de concordantia Astronomica veritatis cum Theologia.*

9. *De concordia Astronomica veritatis & narrationis Historica.*

10. *Tractatus Elucidarius Astronomica concordie cum Theologia & cum Historica narratione.*

11. *Apologetica defensio Astronomicæ veritatis.*

12. *Apologetica defensio secunda.*

13. *Tractatus de concordia discordantium Astronomorum.*

VIII. Theologicos aliquot Tractatus editi an. 1634. Leander à S. Martino Duaci Theologiæ Doctor & Hebraicæ linguæ Professor, hoc ordine.

1. *Speculum Considerationis*

2. *Compendium Contemplationis.*

3. De scala spiritualis gradibus.
4. Epitome quadruplicis exercitij spiritualis.
5. De oratione Dominica.
6. Orationis Dominicae expositio Anagogica.
7. Saluationis Angelicae expositio deuota.
8. Verbum abbreviatum super libro Psalmo - rum.
9. Meditatio in Psalmum Trigesimum: In te Domine speraui.
10. Meditatio altera in eundem Psalmum.
11. Meditatio in Psalmum. Iudica me Deus.
12. Meditationes in septem Psalmos Penitentiales.
13. Meditatio in Canticum Magnificat.
14. Meditatio in Canticum Benedictus.
15. Meditatio in Canticum Nunc dimittis.
16. Expositio in Cantica Canticorum Salomonis.
17. Duodecim honores S. Ioseph sponsi Virginis.

IX. Liber de Concordia Astrologia & Theologia extat quoque in Appendice operum Ioannis Gersonis.

X. *Quaestiones in sphaeram Mundi* Ioannis de Sacrobosco cum Petri Giruelli Commentariis Daronensis Hispani, Parisiis anno 1498.

XI. *Traclatus super libros Meteororum Aristotelis de impressionibus aeris, & de iis quae in 1. 2. & 3. regionibus aeris fiunt*, &c. Viennae ad Danubium in Austria anno 1509.

Si quae verò diligentiam nostram effugerint, & propria aliorum ve indagacione postea inno-

de *Scriptoribus Ecclesiasticis.* 183
tescant, ea in Appendice cum nonnullis aliis recensentur.

Petrus Ancharanus.

Bell. p. 382.

PETRVS de Ancharano, patriâ Bononiensis, professione IC. Baldi Perusini auditor, anno 1410. Floruisse dicitur à Bellarmino eiusque exscriptoribus Mirzo & Patrologo, post Trichemium, qui compatrem fuisse Francisci de Zabarellis asserit, & licet vxoris vinculo fuerit colligatus, ac re familiari occupatus, semper tamen in literarum studio versantem multa in vtroque Iure opuscula edidisse, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. Mortuus est Bononiae & in S. Dominici templo sepultus cum epitaphio, in quo Iuris Canonici speculum, & Ciuili anchora dicitur. Videndi Forsterus, Fichardus, similesque.

Commentaria in Decretales & Clementinas, Lugduni 1533 in folio, & Bononiae, &c.

Consilia varia, Venetiis 1568. 1589. & 1599. & ni fallor etiam aliis in Urbibus.

Petrus Aureolus:

Bell. p. 365.

PETRVS Aureolus, Vermeriae oppido ad Isaram siue Oesiam fluiuium (malè quibusdam Aelium) in Francia natus, Pierre Oriol natus de Verberie sur Oyse, Ordinem Minorum ingressus, Parisiis Theologiam professus, ad Archiepiscopatû Aquensem in Narbonensi II.

anno 1321. & vt quidam etiam volunt, ad Romanam purpuram promotus, dictus Doctor Facundus, obiit die 27. Aprilis, sed annus non annotatur. Successor eius in cathedra Aquensi Iacobus de Concos de Cabrairez Dominicanus die 10. Iulij anni 1322. iniisse dicitur. De eo S. Antoninus, Trithemius, Sixtus Senensis, Franciscus Bosquetus in Notis ad Vitas Pontificum Romanorum qui Auenione in Gallia sederunt, Willotus, Possleuinus, Ederus, Lucas Waddingus, & alij.

Breuiarium Bibliorum, siue Epitome vniuersæ sacræ Scripturæ iuxta litteralem sensum. Venetijs 1571. & Parisiis 1585. cura Stephani Nouelleti Theologi Parisiensis.

Commentaria in libros quatuor Sententiarum, quæ in suis in eadem sententias Commentariis sæpius excussit, exagitauique Ioannes Capreolus Dominicanus, edita sunt Romæ in folio anno 1595. & Clementi VIII. Papæ dicata à Constantio Sarnano Cardinale.

De Conceptione immaculata B. Virginis Tractatus, non fuit anno 1514. excusus Tolosæ, vt habet R. P. Hippolytus Maraccius in Bibliotheca Mariana, sed forte tum ab auctore scriptus, aut excusus anno 1514. neque enim mihi videre contigit, vt neque alia quæ memorantur à quibusdam, quorum maximè intererat edita à non editis deperdita à superstitionibus sciungere: quod quanta fieri poterit accurratione, si Deus vitam prorogauerit, deinceps præstare conabimur.

Petrus Berwardus.

Bell. p. 371.

PETRVS Berwardus, filius Matthæi Bertrandi, Annonænsis oppidi in Viuariensi tractu ciuis, frater Guillelmi Nouiomensis Episcopi, ex Decano Ancienensis Ecclesiæ, & Iurium Pontificij ac Cæsarei Doctore, & in pluribus Academiis Professor, Ioannæ Reginæ Francorum & Burgundionum Comitris Cancellario, primùm Ep. Niuernensis, tum anno 1325. Aduensis siue Augustodunensis, ac tandem S. R. E. Cardinalis à Ioanne XXII. Papa die 20. Decembris anni 1331. creatus, postquam anno 1329. die 15. Decembris & sequentibus. cum Guillelmo de Brossia ex Bituricensi Senonensium electo Archiepiscopo (errant qui Petrum Senonensem electum hoc loco comminiscuntur) aliisque Prælati coram Philippo Valesio, huius nominis sexto Francorum Rege, totiusque regni præcipuis Baronibus, pro immunitate Ecclesiastica aduersus Regiæ aduocationis principem strenuè decertasset Collegium Augustodunense anno 1341. ære suo excitaui, obiitque anno 1349. die 24. Iunii Auenione, & sepultus est in Prioratu B. Virginis de Monte alto. De eo Robertus Gaguinus, Paulus Æmilij, Henricus Spondanus, Frizonius, Breullius, Auberius, alijque qui de Cardinalibus scripserunt, aut res Francicas posteris commendarunt; ne singulos hic appellando Lectoribus nauisem fastidiumque creare videar. Hic verò Senior di-

ei solet ad discrimen sui ex forore nepotis Petri Bertrandi de Columbario cognominati, qui viuentis auunculo in purpuratorum Patrum collegium auctus, Episcopus Ostiensis fuit, & Carolum I V. Imperatorem Romæ anno 1356. coronauit in die Paschæ, cuius iter descriptum habetur Tomo I. Nouæ Bibliothecæ MSS. Librorum pag. 354.

Libellus contra Petrum de Ceneriis super facto Prælatorum Ecclesiæ Gallicanæ pro eiusdem Ecclesiæ libertate, tum seorsim editus tum in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Colonienfi vna cum Tractatu eiusdem de *Origine & vsu Iurisdictionum*, siue, de spiritali & temporalis potestate in quatuor breuissimas quæstiones distributo. Videndus quoque Tomus XII. Tractatum Iuris vtriusque Vencitiis anno 1583. editorum.

Petrus Blænsis.

Bell. p. 327.

PETRVS, à natali Galliæ ad Ligerim oppido, cognominatus Blænsis, Odonis de Soliaco post Mauricium Parisiensis Episcopi familiaris & amicus, ex Canonico Bituricensis Ecclesiæ Bathoniensis in Angliâ Archidiaconus, ac postea etiam Londinensis, & Cantuariensis Archiepiscopi Cancellarius, anno Christi 1169. Alexandri III. Papæ nomine ad Sultanum Iconij scripsit Epistolam de Institutione Fidei Christianæ, anno 1167. in Siciliam profectus erat cum Stephano Comitibus Perticenis filio, vnde postea reuersus in Gal-

liam Angliamque, obiisse videtur circa annum 1200. aut paulo post. De eo Matthæus Parisius, Trithemius, Baronius, Posseuinus, Pitæus, alique recentiores, sed omnium vberimè Ioannes Busæus Soc. IESV in præfixa illius Vitæ editioni Moguntinæ, vbi inter cætera refutat Centuriatores Magdeburgicos qui eum tandem ad Archiepiscopatum Rotomagensem euectum fuisse commenti sunt, & plurima alia solito sibi more peccarunt.

Prima operum eius editio Moguntinæ facta fuisse dicitur, quam vidit allegatque Busæus. Altera longè amplior, quam ille non viderat, Parisiis apud Ioannem Petitum anno 1519. complectitur Epistolas, Sermones, Expositionem in Iob, contra perfidiam Iudæorum, de Confessione, de Amicitia Christiana & dilectione proximi, de charitate & dilectione Dei. Tertiam adornauit idem Busæus editionem in 4. Moguntinæ anno 1600. Hoc ordine sequato:

- I. *Epistola Blænsis numero 180.*
- II. *Exhortationes vel Sermones 51.*
- III. *Tractatus de Transfiguratione Domini.*
- IV. *Tractatus de Conversione S. Pauli.*
- V. *Compendium super Iob*, siue, *Explanatio in duo priora Iobi capita*, & in finem 41.

VI. *Tractatus de Hierosolymitana peregrinatione acceleranda*, siue vt alij citant de accelerando passagio

VII. *Instructio fidei ad Soldanum Iconij ab Alexandro III. Romano Pontifice missa anno 1169.*

VIII. *Liber de Confessione Sacramentali.*

IX. *Liber de Pœnitentiâ vel satisfactione à Sacerdote iniungenda.*

X. *Canon Episcopalis*, vel Tractatus de Institutione Episcopi.

XI *Inuectiua contra deprauatorem*, in qua ex quibusdam à se in lucem editis opusculis nonnulla recensuit, & inter cœtera Dialogum ad Henricum Regem, librum de præstigijs fortunæ, & opus nouellum de assertione fidei, quæ videntur hoc tempore adhuc desiderari, quemadmodum & liber de rebus gestis Henrici II. Regis Anglorum cuius meminit ipse epistola 14. quæ est ad Sacellanos eiusdem Regis.

XII. *Tractatus de Amicitia Christiana*, in pluribus mutilus & imperfectus. In Cassiodoro Senatore supra monuimus falsò illi in editione anni 1588. suppositum fuisse Tractatum illum de Amicitia Christiana, qui verè est Blæsenfis, contra quàm sensisse videtur vir doctus in Erotematis, qui conferendum monet cum eiusdem argumenti libro nomine Aëldredi Cisterciensis edito Tomo XIII. Bibliothecæ Colonienfis.

Idem quoque eximius Theologus Soc. nostræ, quinquennio post edidit in eadem Moguntinensi vrbe anno 1605. in 8. Paralipomena opusculorum Petri Blæsenfis, ac Ioannis Trithemij, aliorumque eius studio præcedentibus annis in Typographeo Moguntino editorum.

Petri Blæsenfis liber de Perfidia Iudeorum.

De Amicitia Christiana, integer ac perfectus, & ab innumerabilibus mendis vindicatus.

De Charitate Dei & proximi.

Sequuntur, quæ ad Ioannem Trithemium pertinent, de quibus supra suo loco Lectorem monuimus cum Hincmari Rhemensis Archiepiscopi duabus Epistolis atque Hymno de solemnitate S. Wigberti & duabus Homiliis. Cæterùm idem Buzæus ex priore illa Moguntina editione anni 1600. & Paralipomenis anni 1605. videtur posteriorem aliquam concinnasse, quem sequuti sunt Colonienfes extremo Tomo XII. Bibliothecæ Veterum Patrum. Tu si vacat, per ocium consule.

Præterea auctor fuisse perhibetur Petrus Blæsenfis Appendicis, quæ rogatu Abbatis & Conuentus Croilandensis adiecta est ad Historiam Ingulfi de Monasteriis Angliæ, qua de re Vossium consule ex Briano Twino libro primo de antiquitate Oxoniensis Academiz.

Petrus Cellensis.

Bell. p. 318.

PETRVS, patria Gallus, primùm Monasterij Cellæ prope Treas, postea S. Remigij in suburbio Rhemensis vrbis Abbas, defuncto Ioanne de Sarisberia Carnotensî Episcopo, in eius locum subrogatus est anno 1182. & obiit anno 1187. 11. vel 12. Kalendas Martias ex Necrologio Ecclesiæ Carnotensis, sepultus in Abbatiâ S. Mariz de Iosaphat. Ad eum scripserunt, eiusve meminerunt in suis

epistolis Alexander III. Papa, S. Bernardus, Nicolaus Claraualensis Monachus S. Bernardi Secretarius, Ioannes Sarisberiensis, Stephanus Tornacensis, & alij, vt pluribus Sirmondus noster, quem pro more exscriptit Aubertus Miræus in Auctario.

Epistolarum libri nouem. Item Alexandri Papæ III. ad eundem Petrum Cellensem & alios Epistolæ 56. cum notis R. P. Iacobi Sirmondi Soc. I E S V eiusdemque elegantissima ad Cartusianos Montis Dei epistola nuncupatoria prodierunt Parisiis an. 1613. in 8. ac deinde in Bibl. Paris. & Coloniensi in quibus occurrunt etiam sequentia opuscula quæ iam ab anno 1600. fuerant in 8. excusa in eadem vrbe Parisiensi ex Bibliotheca V. C. Nicolai Fabri.

Liber de Panibus, ad Ioannem Sarisberiensem postea Ep. Carnotensem.

Mosaici Tabernaculi mystica expositionis libri duo.

Liber de Conscientia, ad Alcherum Monachum.

Spem quoque fecerat V. C. Nicolaus Camuzatius, Ecclesiæ Trecentis Canonicus, quæ adhuc lucem expectant, è tenebris se eruturum, sed non puto præstitisse: saltem nihil me vidisse aut audiuisse recordor.

S. Petrus Chrysologus. Bell, p. 209.

SPETRVS, natus in Foro-Cornelij, quod recentiores Imolam vocant, nobili genere, Chrysologus ob aureum eloquentiæ flumen dictus, à Sixto III. Romano Pontifice Rauennatum Episcopus factus anno circiter 433. monitu SS. Petri Apostoli & Apollinaris primi eiusdem vrbis Antistitis. Obiit in patria sua die 2. Decembris anno circiter 449. aut 450. (siquidem anno sequenti 451. data extat epistola 57. S. Leonis Papæ ad Neonem in Ecclesia Rauennatensi Petri Chrysologi successorem) & à ciuibus suis in Ecclesia Cathedrali ante altare sancti Cassiani sepultus est. Vnde arguas non minimum errorem eius, qui Summarium Vitæ Chrysologi præmisit eius operibus, dum ait duobus Conciliis interfuisse subscriptisque, quorum alterum Rauennæ, alterum Cælij Symmachi Pontificis Maximi, itémque Theodori Ostrogothorum Regis iussu indictum est. De eo Martyrologium Romanum dicta die, Hericus Antisiodorensis Monachus libro sexto vitæ S. Germani, Petrus Damiani sermone de S. Barbatiano, Trithemius, Hieronymus Rubeus, Sixtus Senensis, Baronius, Possennius, & Vghellus Tomo II. Italiæ Sacræ.

Homilia eius 122. aut 176. extant in Bibliothico Veterum Patrum Parisiensibus & Coloniensi, seorsim quoque Coloniæ, Parisiis, Venetiis, Antuerpiæ, &c. necnon cum ope-

ribus SS. Leonis Papæ & Maximi Taurinensis Parisiis anno 1623. deinde Lugduni sapius in Heptade.

Epistola ad Eutychetem Archimandritam CP. Hæreticum anno 449. scripta extat in Annalibus Ecclesiasticis, & in postremis operum eius editionibus. Altera quoque eiusdem epistola legitur inter eas quæ Concilio Chalcedonensi præmittuntur.

Quis porro, vt id obiter dicam, non miretur impudentiam Patrologi Ienenfis, & in veteri Historia inscitiam, qui erroris Chrysologum accusare audeat, quod in epistola ad Eutychetem exhortetur illum ad obedientiam Leoni Papæ præstandam in materia fidei potissimum: Hortamur, inquit, te, vt iis, quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt obedienter attendas, quoniam B. Petrus, qui in propria sede viuît & præsidet præstat quærentibus fidei veritatem. Hæc ille ante celeberrimam S. Leonis Papæ ad Flavianum epistolâ, cui vt certissimæ fidei normæ frequentissimus Patrum Chalcedonensium Senatus subscripsit, & Gelasius Papa anathemate ferit omnes, qui illi vel ad vnum iota non subscriberent. Grande ergo scelus Chrysologi nullisque flammis expiandum, quod Archimandritam hæreseos auctorem ad id faciendum hortatus sit, quod vniuersus orbis & Catholica hæcenus præstitit Ecclesia. Verùm miseros homunciones Lutherano poculo ebrios excæcauit malitia, & in Romanam sedem impotens furor. Nos ad institutam operam reuertamur.

PETRVS Mauricius, ex nobili Domino-rum de Monte Buxerio in Aruernâ stirpe oriundus, Mauricij & Rangardæ filius, ingressus Cluniacensem Ordinem, post Hugonem II. qui tribus tantùm aut quinque mensibus præfuit, anno 1123. die Assumptæ in cælum Virginis suffectus est Abbas Cluniacensis Congregationis ordine nonus, cognominatus passim ab grauitatem morum ac doctrinam Venerabilis Abbas. Obiit die 8. Kal. Ianuarij anni 1157. sepultus inter altare SS. Philippi & Iacobi & altare S. Dionysij.

Omnia eius opera post editiones Parisiensem anni 1522. & Ingolstadiensem anni 1546. extant in Bibliotheca Cluniacensi excusa Parisiis in folio anno 1614. studio ac diligentia Domini Martini Marrier Monachi O. B. & Andrez Duchesnij cum eiusdem notis, hoc ordine.

Vita Petri Abbatis, ex Chronico Cluniacensi, & Veterum de eo testimonia S. Bernardi ep. 277. & 283. Roberti de Monte, Matthæi Parisij, Henrici de Gandauo cap. 29. Nicolai de Clamengis, Ioannis Trithemij, & aliorum, cum Petri Pictauiensis Monachi Panegyrico dicto in primo aduentu Petri Abbatis in Aquitaniam secundam, Inuectiua in Calumniatorem, epistola ad eundem Petrum, &c.

Petri Venerabilis Epistolarum libri sex, cum

octo de nouo additis à col. 622.

Epistola ad Petrum de sancto Ioanne contra eos qui dicunt: Christum numquam se in Euangelio aperte Deum dixisse, col. 966.

Tractatus aduersus Iudæorum inueteratam diuinitatem, col. 984.

Epistola ad S. Bernardum Abbatem Clarenallensem, de translatione sua, quâ fecit transferri ex Arabico in Latinum, sectam siue hæresim Saracenorum anno 1143. cum summula breui contra hæreses & sectam diabolicæ fraudis Saracenorum, siue Ismaëliitarum, &c. col. 1109.

Epistola, siue, Tractatus aduersus Petrobrusianos hæreticos, col. 1118.

De Transfiguratione D. N. I. C. sermo, col. 1231.

De miraculis sui temporis libri duo, col. 1247. sæpius etiam seorsim excusi.

Rhythmus, Prosa, Versus & Hymni, col. 1338.

Statuta Congregationis Cluniacensis cum diplomatis & chartis, &c. col. 1354.

Occasione diligentæ non vulgaris quam noster hic Petrus adhibuit in conquirendis eruditissimis hominibus, qui Alcoranum ex Arabico verterent in Latinum sermonem, placet hic exhibere Lectoribus, quæ aduersus impiam Mahometis pseudo-Prophetae insaniam edita sunt Basileæ anno 1543, in folio opera & studio Theodori Bibliandri ministri Zuingliani.

Parte prima continentur

PHILIPPI Melanchthonis Lutherani Hæretici damnatæ memoriæ ad Alcorani Lectorem Præmonitio. Apologia pro editione Alcorani Theodoro Bibliandro auctore H. Z.

Epistola Domini Petri Abbatis Cluniacensis ad Bernardum Claraualis Abbatem de Translatione Alcorani siue Saracenorum legis ex Arabico in Latinum.

Summula quædam breuis contra hæreses & sectam Diabolicæ fraudis Saracenorum, siue Ismaëliitarum.

Prefatio Roberti Retenenis Angli postea Pampilonensis Ecclesie Archidiaconi, ad Domnum Petrum Abbatem Cluniacensem de Alcorani versione siue Collectione præceptorum quam Mahomet pseudo-Propheta per Angelum Gabrielem quasi de celo sibi missam confinxit.

Codex authenticus doctrinæ Mahometicæ, siue Alcoran, ex Arabica lingua versus per eundem Robertum Retenensem Angligenam cui adiungitur Hermannus Dalmata quem acutissimi & literati ingenij scholasticum vocat Petrus in sua ad Sanctum Bernardum epistola.

Doctrina Mahometis summata ab aliquo eiusdem spiritus pseudo-Propheta per dialogum comprehensa, quæ apud Saracenos magnæ auctoritatis est, ab eodem Hermanno

Dalmata ex Arabico translata.

De generatione Mahometis & nutritura eius, eodem Hermanno interprete apud Legionem Hispaniæ ciuitatem.

Chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum de vita Mahometis & successorum eius, eodem interprete: eam non esse integram monuit editor.

Annotationes eruditi cuiusdam & recentioris Scriptoris Nicolao Cusano quem citat iunioris, quæ in Alcorani manuscripti marginibus adiectæ fuerant, vna cum aliquot capitum argumentis & censuris: ac varia diuersorum exemplarium lectione.

Parte altera comprehenduntur Confutationes Alcorani seu legis Mahometica.

Ludouici Viuis Valentini de Mahomete & Alcorano siue Saracenorum lege censura, è libris eius de Veritate Fidei Christianæ decepta.

De Mahometo eiusque legibus & Sarracenorum rebus ex Raphaele Volaterrano.

Mahometanorum sectam omni ratione cætere. Commentatiuncula lectu dignissima F. Hieronymo Sauanarola Ferrariensis O. P. auctore.

Disputatio Christiani eruditissimi, qui diu versatus est apud Principem Saracenorum cum magna dignatione, & Saraceni sodalis ipsius aduersus doctrinam & flagitia Mahometis ex 24. libro speculi Historialis Vincentij

Bellouacensis O. P. deprompta & in compendium contracta.

Cribrationum Alcorani libri tres, Reuerendissimo atque doctissimo Domino Nicolao de Cusa Cardinali auctore ad Pium II. Pontificem Maximum.

Richardj seu Ricoldi fratris Ordinis Prædicatorum viri doctissimi Confutatio legis à Mahometo Saracenis latæ translata è Latina lingua in Græcam per Demetrium Cydonium. Eadem verò è Græco rursus Latinitate donata, Bartholomæo Piceno de Monte arduo interprete ad Ferdinandum Aragoniæ & vtriusque Siciliæ Regem.

Christianæ fidei Exomologesis siue Confessio, Saracenis facta cum primis pia & spiritum planè Apostolicum redolens Græcæ & Latine incerto auctore: licet quibusdam videatur idem qui præcedentis Confutationis auctor Richardus Florentinus O. P.

Tertia Pars complectitur Historica, quæ ad Saracenorum seu Turcarum originem, mores, & res gestas pertinent.

De Historiæ huius vtilitate præfati Philippi Melanchthonis Lutheri discipuli, ad Ioannem Ernestum Ducem Saxonie.

De moribus, religione, conditionibus, & nequitia Turcarum, Septemcastrensis quodam auctore incerto.

Epistola Pij Papæ II. ad Morbifanum Turcarum Principem, qua ostensis Mahumetanæ

fecta erroribus ipsum admonet, ut relicta illa veram solidamque legis Euangelicæ eruditio- nem amplectatur.

Morifiani Turcarum Principis ad Pium II. Papam responsio.

Ordinatio politiæ Turcarum domi & foris, incerto auctore.

Turcarum rerum commentarius Pauli Iouij Episcopi Nucerini ad Carolum V. Imperatorem Augustum ex Italico Latine redditus à Francisco Nigro Bassianate.

Ordo ac disciplina Turcicæ militiæ eodem Paulo Iouio auctore.

Ioannis Ludouici Viui de conditione vitæ Christianorum sub Turca libellus.

Quibus itineribus Turci sint aggrediendi Felicis Petancij Cancellarii; Segniæ ad Wladislaum Hungariæ & Bohemiæ Regem liber.

Iacobi Sadoleti, Episcopi Carpentoractis de regno Hungariæ ab hostibus Turcis oppres- so & capto Homilia. *At de his satis, ad se nos reuocat*, qui ordine sequitur.

Petrus Comestor.

Bell. p. 324.

PETRVS Comestor, siue Manducator, Gallicè *le Mangeur*, Trevis ad Sequanam oriundus in Campaniæ Comitatu, Ecclesiæ S. Petri eiusdem vrbs Canonici & Decanus, ngenon Cancellarius Ecclesiæ B. Mariæ Parisiensis, actandem Can. Regularis B. Augustini obiit 12. Kal. Nouembris circa annum Christi 1198. sepultus Lutetiæ ad S. Victoris

cenobium in læua parte altaris S. Dionysij cum Epitaphio, quod sæpe legimus, *Petrus oram*, &c. De eo Petrus Abbas Cellensis (vt quidem Sirmondo visum, cui se planè accedere proficitur Vossius licet scirpus hic non sit absque nodo) libri 7. epistola 19. Vincentius Bellouacensis, S. Antoninus Parte III. Tit. XV. cap. 6. Henricus de Gandauo cap. 32. Philippus Bergomas, Io. Trichemius, qui ait claruisse sub Friderico Imp anno 1160. ridiculam assert nominis etymologiam, quod scripturarum auctoritates in suis sermonibus & opusculis crebrius allegaret, quasi in ventrem memoriæ manducando reposuisset, Sixtus Senensis, Vossius, Gabriel Pernotus, Claudius Hemerzius Theologus in libro de Academia Parisiensi, aliique plures.

Historia Scholastica Magister dici solet, quam in 16. libros distinctam dicauit Guillelmo Theobaldi Magni Campaniæ, Carnuti, Blæsarumque Comitibus filio natu minimo, qui ex Carnotensi Antistite saltem designato ad Archiepiscopatum Senonensem euectus anno 11. & ad Rhemensem Thronum postea transit & S. R. E. Cardinalis vulgè dictus ad Albas manus, obiit anno 1201. ex Chronico Roberti Ordinis Præmonstratensis S. Mariani Monachi in vrbe Antissiodorensi. Impressa est primum anno 1473. apud Guintherum Zainer, deinde Argentiniæ 1483. & pluribus deinceps in locis. De eo opere hæc Sixtus: omnes libros Historicos, tum Veteris, quam Noui Testamenti continuata serie scriptura-

rum breuiter in vnum corpus redegit, intermissis ad integrum absolutæ structuræ complementum, non solum multis externis historiis, scripto probatissimorum Auctorum proditis, sed etiam multis apocryphis narrationibus sola veterum traditione sine vilo scripto acceptis: adiecit item variis in locis breues quasdam ex dictis Patrum annotationes, quæ locos Historiæ obscuros illustrarent. Hæc ille.

Sermo de immaculata B. Virginis Mariæ Conceptione, excusus dicitur Antuerpiæ apud Guillelmum Verstermannum anno 1536. ex vetusto quodam codice in Anglia excerptus. An etiam alij eius sermones de Tempore ac Sanctis typis fuerint alicubi mandati, nondum compertum habeo. In M. S. Victorino hoc lemma legitur: Octoginta sermones Petri Manducatoris quorum 50. Presbyter edidit: alios 30. factus Canonicus S. Victoris, Plura de eodem dicenda venient alio in opere.

Petrus Damiani.

Bell. p. 280.

PETRVS Damiani, (sic enim à fratre quem parentis loco habuit cognominari voluit, cum de Honeftis saltem vt plerique volunt, familiari maioribus suis cognomine dici debuisset) ciuis Rauennas, ex Monacho Ordinis Benedictini in cœnobio Fontis Auellani, siue S. Andræ de Auellana, S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, multis legationibus ac laboribus pro Ecclesia Romana perfunctus, obiit Fauentiæ in cœnobio S. Ma-

riæ die 23. Februarij anno 1072. ætatis 66. De eo præter Leonem IX. Papam ep. scripta anno 1049. Ioannes Monachus eius discipulus in vita, quam Litprando Priori & Senioribus Eremi Fontis Auellani misit, Desiderius Abbas Cassinensis libro 2. Dialogorum, Lambertus Schafnaburgensis, Bertoldus in Appendice ad Chronicon Hermanni Contracti, Leo Ostiensis, Sigebertus cap. 163. de Viris Illustribus, Honorius Aug. libelli quarti cap. 11. Franciscus Petrarcha, S. Antoninus, Io. Trithemius non semel, Bergomas, Hier. Rubeus, Petrus Ricordatus, Baronius Io. Bapt. Signius, Possseuinus, Wion, Vossius, aliique cum Bellarmino, cuius tres obseruationes non omittendæ lectoribus veritatis studiosis.

Omnia eius opera tribus Tomis distincta Lugduni excusa sunt anno 1623. seruato hoc ordine:

Primo Tomo continentur

Epistolarum libri octo: quorum I. ad Pontifices Romanos & Cadaloum Antipapam. II. ad S. R. E. Cardinales. III. ad Patriarchas & Archiepiscopos. IV. ad Episcopos. V. ad Archipresbyteros & Archidiaconos, Presbyteros & Clericos. VI. ad Abbates & Monachos. VII. ad sæculares Principes. VIII. ad Viros illustres & alias priuatas personas. De editione Romana, ac deinde Parisiensi, earundem Epistolarum, studio Domni Con-

stantini Caetani, Syracusani, Monachi Casinensis, & postea S. Baronti Abbatis, non est quod fusiùs hic aperiam, quod Reuerendo Patre Iacobo Sirmondo referente accepi.

Tomo II. continentur

Sermones, iuxta mensium ordinem distributi, necnon *Sanctorum Historia*, siue,

Vita S. Odilonis Kal. Ianuarij, scripta rogatu S. Hugonis, qui Odiloni in regimine Congregationis Cluniacensis successit. Eadem habetur apud Surium & Bollandum, necnon in Chronologia Lirinensi & in Bibliotheca Cluniacensi.

Vita S. Mauri Episcopi Casenatis 20. Ianuarij, apud Surium & Bollandum.

Vita S. Romualdi Institutoris Camaldulensium, 19. Iunii apud Surium.

Vita S. Rodulfi Episcopi Eugubini, iuncta vitæ S. Dominici Loricati, qui colitur 14. Octobris.

Passio SS. Virginum & Martyrum Flora & Lucille, 29. Iulij.

Expositio visionum SS. Martyrum Mariani & Iacobi.

Vossius enumerat & alias ex Suriana Collectione selectas Vitas, quas inter sermones reperies, I. Vitam S. Eleuchadij 14. Februarij. II. S. Benedicti Abbatis 21. Martij. III. S. Georgij Martyris 23. Aprilis. IV. S. Marci Euangelistæ 25. Aprilis. V. S. Vitalis & Valeriz eius coniugis Martyrum 28. Aprilis. VI.

S. Anthimi 10. Maij. VII. S. Apollinaris 21. Iulij. VIII. S. Cassiani 13. Aug. IX. S. Fidelis Martyris 28. Octob. X. S. Nicolai 6. Dec. XI. S. Barbatiani 31. Decembris. Alios quoque sermones seu Tractatus præter hos recenset ex eodem Surio Possseuinus.

Quod ad sermones spectat, obseruarunt iam pridem Baronius, Poss. Vossius, & alij, Homiliam quæ sub nomine Petri Damiani afferitur à Lipomano Tomo octauo & à Surio Tomo sexto, de *Natiuitate Domini*, falsò illi suppositam, cùm in ea fiat mentio S. Bernardi, qui anno 1153. obiit. Theophilus quoque Raynandus in Eteromatis hæc habet non omittenda. I. Petro Damiani suppositus est sermo de S. Martino qui manifestè est hominis Galli, meminuitque Fulberti Carnotensis suorum temporum Tullij. II. sermo de *Ruis fluminis* in vigilia Natiuitatis est S. Bernardi. III. Eiusdem est sermo de S. Stephano. IV. qui dicitur 2. de S. Andrea est apud Bernardum tertius de eodem festo: sed fortè ad neutrum pertinet, vt aliàs diximus. V. sermo item de S. Nicolao reperitur apud Bernardum. Notat quoque Possseuinus, vt hoc attexam, librum, *De correctione Pape & Episcopi* Argentorati ab hæreticis anno 1562. excusum suppositum esse, quales solent promere libros huiusmodi officinæ, vt ipse subiungit.

Tomo III. continentur

- I. Opus de Fide Catholica ad Ambrosiam.
 II. Antilogus contra Iudeos.
 III. Dialogus inter Iudæum & Christianum.
 IV. Disceptatio Synodalis.
 V. Actus Mediolanenses.
 VI. Liber qui appellatur. Gratissimus.
 VII. Liber Gomorrhianus.
 VIII. De parentela gradibus, & de gradibus cognationis.
 IX. De Eleemosyna.
 X. De Floris Canonicis.
 XI. Liber qui appellatur, Dominus vobiscum.
 XII. Apologeticum de contemptu seculi.
 XIII. De perfectione Monachorum.
 XIV. De Ordine Eremitarum & facultatibus *Eremi Fontis Auellani.*
 XV. De sua Congregationis institutis.
 XVI. In Episcopum Monachos ad seculum reuocantem.
 XVII. De calibatu Sacerdotum.
 XVIII. Contra Clericos intemperantes in tres *Dissertationes distinctum.*
 XIX. De abdicatione Episcopatus.
 XX. Apologeticus ob dimissum Episcopatum.
 XXI. De fuga dignitatum Ecclesiasticarum.
 XXII. Contra Clericos Aulicos, ut ad dignitatem prouehantur.
 XXIII. De breuitate vite.
 XXIV. Contra Clericos Regulares proprieta;

- XXV. De dignitate Sacerdotij.
 XXVI. Contra infirmitatem & incuriam Clericorum.
 XXVII. De communi vita Canonicorum, ad Clericos Fanensis Ecclesie.
 XXVIII. Apologeticus Monachorum aduersus Canonicos.
 XXIX. De vili vestitu Ecclesiasticorum.
 XXX. De Sacramentis per improbos administratis.
 XXXI. Contra Philargyriam & vinculum cupiditatis.
 XXXII. De Quadragesima & 42. Hebræorum mansuionibus.
 XXXIII. De bono suffragiorum & variis miraculis
 XXXIV. De variis miraculosis narrationibus; addita simili disputatione, de variis apparitionibus & miraculis cum Dissertatione quinque partita.
 XXXV. De picturis Principum Apostolorum.
 XXXVI. De Diuina omnipotentia in reparatione corrupte & factis insectis reddendis.
 XXXVII. De variis sacris questionibus.
 XXXVIII. De processione Spiritus sancti.
 XXXIX. Contra sedentes tempore *Diuini Officij.*
 XL. De frananda ira.
 XLI. De tempore celebrandi nuptias.
 XLII. De fide Deo obstricta non fallenda, & de seruanda fide Deo prestita.
 XLIII. De laude flagellorum & disciplina,

XLIV. De decem *Aegypti plagis* & Decalogo.

XLV. De sancta simplicitate.

XLVI. De ferenda equanimiter correptione.

XLVII. De Castitate.

XLVIII. De spiritualibus deliciis.

XLIX. De perfecta Monachi informatione.

L. Institutio Monialis.

LI. De vita Eremitica.

LII. De bono religiosi status.

LIII. De patientia in insectatione improborum.

LIV. De ieiunio Sabbati.

LV. De celebrandis vigiliis.

LVI. De fluxa mundi gloria despicienda.

LVII. De Principis officio in coercitione improborum.

LVIII. De vera felicitate ac sapientia.

LIX. De Nouissimis & Antichristo.

LX. Expositio mystica libri Geneseos.

Sequuntur Legatio Petri Damiani in Gallias, & alia eodem spectantia, cum Hymno, de gloria Paradisi, ex dictis Beati Augustini ab eodem concinnato.

Petrus Diaconus. Bell. p. 220.

PETRVS Diaconus, vnus ex iis, qui de Græcia Romam in causa Fidei sub Anastasio Dicoro Imp. eiusque successore Iustino seniore venerunt, vixit circa annum Christi 520. nec certius eius ætas, quod sciam dignosci potest, quàm ex libro, quem scripsit ad S.

Fulgentium Ruspensem & alios Africæ Episcopos.

De Incarnatione & Gratia D. N. I. C. siue de Gratia & libero arbitrio, Extat in Bibliothecis Veterum Patrum, Vbi primum inuentum sit docebit Possseuinus, qui etiam refellit eos, qui Augustino tribuerunt.

Petrus Lombardus. Bell. p. 321.

PETRVS, natione Lombardus, patria Nouariensis, ab oppido vrbi illi vicino, quod vulgò *Lumen omnium* dicitur, Magister Sententiarum vulgò dictus, ex Theologicæ scholæ præsidente qui per ea tempora Scholasticus vocabatur, Parisiensis, non Archiepiscopus, vt alicubi scriptis minus circumspèctè Blondellus, sed Episcopus ab anno Christi 1159. aut sequenti quo ei ob eminentem doctrinam cessit Philippus Archidiaconus eiusdem Ecclesiæ Ludouici VI. Regis Franciæ Filius & Ludouici VII. frater, vsque ad diem 20. Iulij anni 1164. quo vitam finiit & in suburbana S. Marcelli Ecclesia conditus est: successit Mauricius Theologicæ scholæ in eadem vrbe moderatur qui Basilicam B. Mariæ Virginis inchoauit, vixitque vsque ad an. 1196. De Petro præterea, quæ in eius doctrinæ defensionem aduersus fuggillationem Ioachimi Abbatis continentur in Concilio Lateranensi magno sub Innocentio III. & in ipso libri primi Decretalium ferme initio, consule Henricum Gandauensem cap. 31. &

Appendicis capite vndecimo, Ioannem Trithemium, Sixtum Senensem, Baronium eiusque Continuatores, aliisque recentiores.

Sententiarum libri quatuor, & seorsim sæpius ex recognitione Io. Aleaume, Antonij Democharis, Ripaldæ & aliorum editi, atque innumerabilium Theologorum, quos Scholasticos dicimus, Commentariis, scholiisque illustrati prodierunt. Opus magnum & arduum, inquit citatus mox Gandauensis, quo vsque hodie vel maximè vtuntur studia Theologorum.

Glossæ seu Commentaria in Psalterium Davidicum, Parisiis anno 1541. in folio.

Collectanea in omnes Digni Pauli Epistolas, ex SS. Patribus Augustino, Ambrosio, Hieronymo, aliisque nonnullis Sacræ scripturæ primariis Interpretibus summa arte ac diligentia contexta Parisiis 1535. ab hæredibus Badij.

Quinquam autem Petrus noster suos nauos habere dicatur quos non est huius loci pluribus exponere, aut excusare, rectè tamen Stancaurus libro de Trinitate dixit vnum Lombardum pluris se facere quàm centum Lutheros, ducentos Melanchthones, trecentos Bullingeros, quadringentos Petros Martyres, quingentos Caluinos, ex quibus si in mortario contendantur, vt pote hæreticis & hæreticorum ductoribus doctoribusque, exprimi non possit vncia veræ Theologiæ, in iis scilicet, in quibus ab Ecclesia Catholica ac Romana, Columna ac firmamento veritatis, dissidere voluerunt.

PETRUS à Palude, natione Burgundus filius Girardi Varembonij Toparchæ in Bressia, ex ordine Prædicatorum Patriarcha Hierosolymitanus (sunt qui Constantinopolitanum dicere malint sed falsè) obiisse dicitur in regno Cypri, vbi tanquam Beatum habitum fuisse ex aliquorum relatu accepisse se testatur Antonius Senensis in Bibliotheca Fratrum Ordinis Prædicatorij Eum credo cum Petro Bertrando Aduensi Ep. Nicolao de Lyra & Thoma de Sabaudia anno 1315. codicillis Ioannæ Franciæ Reginæ & Burgundiæ Comitiss vnum ex testamentis sui executoribus fuisse nominatum. Quo anno obierit constat ex eius epitaphio quod legitur Parisiis in Ecclesia Dominicanorum ante altare B. Virginis de Pietate dicta in hunc modum: Hic iacet Petrus de Palude O. P. Doctor in Theologia, quondam Patriarcha Ierusalem cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace: obiit autem anno 1341. vltima die Ianuarij, hoc est vt modò putamus, Romano more 1342. Vnde merito arguas eos, qui in Cypro defunctum fuisse scripserunt. Rectius verò scripsisse mihi videtur Sixtus Senensis qui clarissime asserit an. 1330. quàm Albertus Venetus qui an. 1262. Eisingrenius, qui 1256. aut alij qui anno 1300. illigarunt: præsertim cum idem Antonius Senensis asserat se anno 1377. Barcinone legisse in antiquissimo libro qui asseruatur penes

Provinciales Aragoniæ Paludanum promotum fuisse ad Licentiarum gradus anno Domini 1314. Adde iis extare in Bibliotheca Imperatoria Viennæ ad Danubium descriptum in membrana eiusdem Paludani iudicium aduersus Magistrum Ioannem de Poliacio super quibusdam articulis contra auctoritatem Papæ. De eo præter citatos vide Trithemium, Possuinum, Alphosum Fernandem in Concertatione Prædicatorum pro Ecclesia ubi peccat in pluribus præsertim in anno & loco mortis, aliisque, sed præcipuè fufius de eo agentem V. C. Samuelem Guichenonium in Historia Sebastianorum siue Bressianorum & Bugyensium, qui obseruat eundem an. 1341. interfuisse consecrationi Capellæ Collegij Augustodunensis in Academia Parisiensi factæ à Petro Bertrando Episcopo Atrebatensi. Quod verò Lugdunensis à Symphoriano Champerio dictus est, aut Burgundus a Possuino, Bellarmino, & aliis, reprehensione vacat, quidd & ad dioccesim Lugdunensem pertineat Bressia, & ad Burgundiam, saltem in ea appellatione, quæ ante nonnulla sæcula increbuerat, vt etiam Delphinates ac Sabaudi aliique ad vetus Burgundiæ regnum spectantes Burgundi dicentur.

Commentaria in 3. & 4. Magistrj Sententiarum, Parisiis in folio 1530. duobus Tomis, cum in eadem vrbe anno 1518. in quartum dumtaxat prodiiisset. Vincentius Harleminus Belga quædam ex MSS. codicibus quæ deerant suppleuit: additæque Summæ S. Thomæ

Aquinatis Concordantiæ quibus vterque Auctor conferri inuicem commode possit Salamanticæ anno 1552. An verò Damianus Zenarius Typographus Venetus consilium de edendis in I. & II. eiusdem Paludani Commentariis, quod Possuino nostro significauerat, executioni mandauerit, fidemque suam liberauerit, pro rsus ignoro.

Sermones de Tempore per totum annum. Antuerpiæ anno 1572. & Coloniae 1608. in 8.

Tractatus de causa immediata Ecclesiasticæ apostasias, Parisiis anno 1506. in sex Partes seu libros distinctus. I. de potestate S. Petri. II. de potestate Apostolorum. III. de potestate Discipulorum. IV. de potestate Papæ. V. de potestate Episcoporum. VI. de potestate Curatorum, cum Decisione Articuli cuiusdam circa materiam Confessionum.

Petrus Tarentasiensis. Vide Innocentius V.

Petrus Venerabilis. Vide Petrus Cluniacensis.

Petrus de Verberia. Vide Petrus Aureolus.

Philastrius.

Bell. p. 133.

PHILASTRIUS, Brixienfis in Italia Episcopus, ab anno vt volunt, 380. Concilio Aquileiensi aduersus Arianos interfuit cum sancto Ambrosio, pluribusque aliis sanctissimis Præsulibus. Eum se vidisse Mediolani testatur S. Augustinus initio libri de Hæ-

resibus ad Quodvultdeum Diaconum. Obiit XV. Kalendas Augusti seu 18 Iulij anni 387. cum octo circiter annis præfuisset. Successor eius & Encomiastes S. Gaudentius eius vitam scripsit, laudisque celebrat in sermone, quem de ordinatione sua coram S. Ambrosio Mediolanensi Antistite habuit. Eiusdem meminit Auctor Appendicis ad Ildorum & Ildefonsum cap. 3. Io. Trithemius, Sixtus Senensis, Alfonsus à Castro, Guill. Estius præfatione Comm. in Epistolam ad Hebr. Poss. Baronius, Vossius, Miræus & Vghellus qui memorat apud S. Andream tumulum accepisse, ibique à Ramperto Episcopo anno 838. 5. Idus Aprilis repertum lineis inuolutum cum hac inscriptione: Philastrius beatissimæ memoriæ hic requiescit in pace.

Liber de Hæresibus, siue quæ in populo Iudeorum fuerunt ante Incarnationem Christi, quas 28. numerat, siue quæ post Domini Salvatoris adventum aduersus Catholicam fidem exorta sunt quas 128. describit, seorsim editus apud Henr. Petri Basileæ 1528. & in Bibliothecis Veterum Patrum. Hæresi 63. numerat inde à Domino vsque ad sua tempora annos cccxxx. quos Latinus Latinus apud Baronium aliique rectè mutarunt addita, quæ exciderat quinquagenarij nota, in cccLxxx. inde quoque mendum exortum est quo dicitur à Christo Domino vsque ad illud tempus cum ea scriberet intercurrisse annos quadringentos triginta ccccxxx. pro cccLxxx. neque verò omittenda videtur cautio Io. Mariz sacri Pa-

latij Magistri. Verum, etsi sanctus Philastrius sanctitate & doctrina præclarus extiterit, hoc tamen eius opus de Hæresibus cautè & cum iudicio quibusdam in locis legendum, quod nonnulla continet cum placitis rectæ Theologiæ non satis coherentia. Certè S. Augustinus in citata supra Præfatione libri de Hæresibus monet doctius de hæresibus præscripsisse S. Epiphanium, quam S. Philastrium.

Philo Carpathius.

Bell. p. 115.

PHILO, Carpathi insulæ Asiatico tractui adiacentis, à quâ Carpathium mare dictum est, Episc. à S. Epiphanio vt in eius vitâ scriptâ à Polybio dicitur, ordinatus illius vrbis Antistes imperantibus iam Arcadio & Honorio fratribus Augustis: idèoque saltem vixisse inter annos 395. & 403. fatendum est. Quo verò anuo obierit, non constat.

Commentarius in Cantica Canticorum ad Eustratium Presbyterum & Eusebium Diaconum, qui nomen eius præfert in Bibliothecis Veterum Patrum, interprete Stephano Salvatore seu Saluato Piscienti, non est modò syncerus, pluribus aliunde admixtis à recentiore aliquo interpolatore, præsertim ex Commentariis S. Gregorij Papæ in Cantica, quæ cum reliqua interpretatione haud multum coherent, vt notatur post Martinum Delrium Soc. I. 2. s. v. Theologum eiusdem Societatis duo clarissima lumina Possuinus & Bellarminus: necnon Ioannes Maria Brasichellanus O. P. Magister

sacri Palatii in Expurgatorio Indice Romano anni 1607. Certè Philonem Carpathium scripsisse in Cantica Canticorum testis est Suidas in Lexico, idque euincunt Veteres ex Patribus connexæ Catenæ, in quibus huius non infrequentia fragmenta occurrunt. Videnda quoque interpretis ad Nicolaum Bargilefium Epistola nuncupatoria.

Philo Iudæus.

Bell. p. 33.

PHILLO Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum anno Caij Caligulæ Imperatoris tertio Christi Domini 40. Legatus à suis Romam missus de vita periclitatus est: cumque secundâ vice venisset ad Claudium Caligulæ successorem & patrum, in eadem vrbe locutus esse cum S. Petro Apostolorum Principe eiusque amicitias habuisse & ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis dicitur. Hæc & alia plura ex Iosepho libro 18. Antiquitatum, Clemente Alexandrino libro 1. Stromatum vbi Pythagoreum eum vocat, Eusebio libro 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 18. libro 7. Præpar. Euangelicæ, & in Chronico ad annos Christi 34. 37. & 39. S. Hieronymo tum cap. 11. Catalogi & Prologo in Marcum, tum aliis in locis, S. Epiphano S. Aug. lib. 12. contra Faustum, Orofio, Rufino, Isidoro Pelusiotâ, Theodoro, Iustino Martyre, Photio Patr. CP. codd. 103. 104. 105. quibus addendi Suidas, Zonaras, Nice-

phorus, Trithemius, & ex re centioribus Baronius, Sixtus Senensis, Possenus, quique de Essenis aliisque Iudæorum sectis acerrimè cum Calvinianis Hæreticis Diuinis, vt appellat, Grammaticis Iosepho Scaligero & Ioanne Drusio decertauit Nicolaus Serarius Societatis I E S V Theologus vir doctissimus. Vulgatum verò de illo acroama referunt, ex Photio ἢ Πλάτων φιλοῦσι ἢ Φίλων πλατωνίζει, vel ex ep. 81. libri 3. Isidori Pelusiotæ ἢ Πλάτων ἐπιλωτίζῃ, ἢ Φίλων πλατωνιστῶν, Aut Plato imitatur siue imitabatur Philonem, aut Platonem Philo: qua de re aliisque eodem spectantibus consule librum primum Tomi II. Theologorum Dogmatum R. P. Dionysij Petaiij cap. 2.

Græco-Latina Parisiensis omnium Philonis operum anno 1640. emissa omnium, quas hæctenus viderim, absolutissima ex Sigismundi Gelenij & quorundam aliorum interpretatione hæc continet in tres partes distributa.

Parte Primâ, Cosmopoëtica.

De Mundi opificio.

Legis Allegoariarum post sex dierum opus libri duo.

De Cherubim & flammeo gladio & de Cain qui primus ex homine procreatus est.

De Sacrificiis Abelis & Caini.

Quod deseruus postori insidiari soleat.

De Agricultura.

De plantatione Noë liber secundus.

De temulentia Noë.

De his verbis, Resipuit Noë.

De Gigantibus.

Quod Deus sit immutabilis.

De confusione linguarum.

Parte secundâ, Historica.

Vita sapientis per doctrinam perfecti, siue, de legibus non scriptis, hoc est, de Abraamo.

De migratione Abraami.

De congressu quaerenda eruditionis gratia.

De Profugis.

Quis verum Dinarum haves sit.

Vita viri Civiliis seu Politici, hoc est de Ioseph.

De eo quod à Deo mittantur somnia.

De Mosis vita libri tres.

De Charitate.

De Iudice.

De creatione Principis.

De Fortitudine.

Parte III. Iuridica siue Legalia.

De Decalogo, quod est totius iuris summarium.

De specialibus legibus, quae referuntur ad tria Decalogi capita 3. 4. & 5. hoc est de iureiurando, de sacro Sabbato, & de honore habendo parentibus.

De specialibus legibus quae referuntur ad 6. & 7. Decalogi capita, hoc est contra mæchos omnésque libidinosos & contra homicidas omnémque violentiam. Quid autem factum

fit libris duobus quos scripserat *αὐτῶν ἐξ ἑκαστοῦ* de Testamentis seu Pactis prorsus ignoro. Meminit ipse Tractatu de Mutatione nominum, & post eum S. Hieronymus.

De Circumcisione.

De Monarchia.

De præmiis Sacerdotum & honoribus.

De animalibus idoneis sacrificio, deque victimarum generibus.

De offerentibus victimas.

De mercede meretricis non accipienda in sacrorum.

Quod liber sit quisquis virtuti studet.

De Vita Contemplativa, siue supplicum virtutibus.

De nobilitate.

De præmiis & pœnis.

De execrationibus.

Quod mundus sit incorruptibilis.

In Flaccum.

De virtutibus & legatione ad Caium Imp.

Quare quorundam in scripturis mutata sunt nomina, siue de mutatione nominum, interprete Frederico Morello interprete Prof. Regio. Hunc verò Tractatum cum duobus sequentibus Græcè ediderat Francofurdi anno 1587. in 8. è Bibliotheca Augustana David Hæschelius & notis illustrat, ubi p. 218. contendit dubium non esse, quin Romæ cum D. Petro collocatus, & in ipsa patria cum Marci Evangelistæ studiosis versatus mysteria sacram litterarum ex ipso fonte haurire didicerit errorésque deposuerit.

Sacra legis allegoriarum post sex dierum opus liber tertius : siue de formatione Euz ex Adami latere & de vtriusque lapsu.

De eo quod à Deo immittantur somnia, siue somniorum Iosephi, Pharaonis, Pincernæque ac Pistoris, allegorica Expositio.

Philoni suppositus liber de Mundo. Guillelmo Budæo interprete qui in epistola ad Iacobum Tuscanum Kal. Augusti anni 1526. rectè censuit non esse nostri Philonis Iudæi.

De septenario & festis Federico Morello interprete.

De Providentia fragmenta duo, ex Michaëlis Apostolij Byzantini libro *Ianæ* descripta ex codice R. P. Andreæ Schotti, eodem Federico Morello interprete.

Varie Lectiones cum notis quibusdam Davidis Hæschelij Augustavi & Rolandi Petreij cum eius versione opusculi de officio Iudicis.

Iis addi potest Philonis eiusdem liber *de Interpretatione Hebraicorum nominum* quæ in Veteri Testamento reperiuntur iuxta ordinem voluminum sacræ Scripturæ in quo omnium nominum etymologiæ summa fide ac diligentia Græcè explicantur, cui Origenes adiecit interpretationes omnium Hebraicarum dictionum, quæ in Novo Testamento habentur; vt quod Philo quasi Iudæus omiserat, ipse vt Christianus implet. Transulit hunc librum S. Hieronymus præposita præfatiuncula, quæ operis auctorem testaretur, vt ex calce III. operum illius Tomi quibusvis discere poterit,

Philo, qui dicitur Byblus seu Bybliensis Grammaticus vixit ex eunte sæculo Christi primo & ineunte secundo sub Imp. Nerua, Traiano & Hadriano : de quo præter veteres aliquot scriptores Suidas, Sixtus Senensis, Vossius atque ex Vossio Miræus. Circumfertur sub nomine Philonis siue huius, siue Alexandrini liber supposititius, *de Bibliis Antiquitatibus, ab Adamo ad Saulis Hebraorum Regis tempora narrationibus apocryphis passim abundans*, quem ex lingua Phœnicum & Sanchoniatonis monumentis dicitur vertisse in Græcam Dialectum : quæ de re non secus ac de Breuiarij Temporum libellis duobus inter Annianas quifquiliis excudi solitis nihil definitio : vtrumque enim opus exufflandum.

Extat Antiquitatum liber tum seorsim, tum anno 1550. in Micropresbytico Latine dumtaxat Incerto Interprete, cum Philonis Iudæi Quæstionum & solutionum in Genesim libro ac opusculis de statu Elæorum seu Monachorum qui temporibus Agrippæ Regis sibi monasteria fecerunt, de Nominibus Hebraicis ac de Mundo G. & L. ex versione Guillelmi Budæi.

Quidam quoque Philo, quem Philosophum appellant, Auctor Ecclesiasticæ cuiusdam Ecclesiæ citatur à Michaële Glyca Parte quarta Annalium pag. 282. editionis Græco-Latinæ Regiæ, vbi agit de Leone Isaurico. Vixit autem circa annum 1072. si is est quem laudat Constantinus Porphyrogeneta Imperator c. 9. de Thematibus Occidentis vbi de Epidam-

no loquitur, quæ postea Dyrrhachium appellari cœpit, vt diximus in Declinatione Apparatus Historiæ Byzantinæ pag. 49. Extat quoque Philonis, qui dicitur Byzantius, de septem orbis spectaculis siue Miraculis libellus Græcè & Latine Romæ editus in 8. anno 1640. interprete Leone Allatio cum eiusdem notis. Sed certiora de hiis aliisque Philonibus expectanda iam pridem monui ex singulari eiusdem Leonis Albatij V. C. Dissertatione, vel ex gemina eiusdem Græcorum Auctorum Bibliotheca si quando ex tenebris aduersariorum eius emergant in publicam lucem.

Phœbadius.

Bell. p. 116.

PHŒBADIUS, siue Sebadius, aut Fegadius, Agenni Nitiobrigum ad Garumnam in Aquitania II. siue Episcopus, siue vt quidam minus rectè scripserunt Diaconus, Vernacula dialecto *saint Fiar* apud Agenenses vicinòsq; eis populos dictus, floruit an. Christi circiter 360. viuebatque adhuc anno 392. Theodosij Senioris Imp. 13. quo S. Hieronymus Catalogum texebat scriptorum Ecclesiasticorum, cuius cap. 108. hæc leguntur: Phœbadius Aginni Galliarum Episcopus edidit contra Arianos librum. Viuit vsque hodie decrepita senectute, Sophronius in metaphrasi Græca Catalogi eiusdem insinuat se vidisse opuscula illa, quæ se necdum legisse professus est Hieronymus. De eodem vide Scuerum Sulpitium libro 2. Historiæ sacræ, quo

loco vocat Episcopum suum, S. Ambrosij Mediolanensis Episcopi epistolam 55. quæ est ad Phœbadium & Delphinium Burdegalensem, Honorium Augustodunensem libelli primi cap. 109. Sirmundum Tomo I. Conciliorum Galliæ, &c.

Liber ille contra Arianos, in quo Sirmiensis Fidei formulam ad Gallos anno 358. missam per singula capita discutit, primum prodiit studio Petri Pithæi cum aliquot aliorum Veterum Galliæ Theologorum scriptis, Parisiis apud Niuellium 1586. in 4. hoc titulo: liber contra Epistolam siue edictum sub nomine Constantij Imp. emissum in Synodo Mediolanensi. Nec deinde omisus fuit in Bibliothecis Veterum Patrum. Notas quoque in eum scripsit Gaspar Barthius.

Photius Patr. CP.

Bell. p. 268.

PHŒTIUS, sancti Tharasilij P. CP. ex sorore nepos, vir doctissimus, Imperatori primùm à Secretis, Protospatharius, atque vrbs Senator, Eunuchus & Laicus, sedem CP. eiectò per Bardam Casarem S. Ignatio viro sanctissimo inuastat die 25. Decembris 858. vel vt alij numerare malunt, omisâ dumtaxat dierum octoade vt plenior computatio videatur, siue ex familiari aliàs plerisque Romanis more anno 859 tenuitque per summum nefas vsque ad annum 869. quo in Synodo VII I. Oecumenica CP. celebrata restituto S. Ignatio expulsum est, deinde post eiusdem Ignatij

mortem restitutus à Basilio Macedone anno 878. perseveravit thronum illum sanctissimum sedare vsque ad annum 885. quo à Leone Sapiente Basilij filio iterum eiectus in secessu Monasterij Accemetarum perisse dicitur: sed quo anno, quæve die ignoratur. De eo Nicetas in vita S. Ignatij, Anastasius Bibliothecarius tum in vitis Pontificum, tum in præfatione octavæ Synodi Generalis, aliique veteres quos citant recentiores præsertim Baronius, Posssevinus, Ioannes Maria Brasichelanus, Andreas Schottus, Dionysius Petavius, aliique Quod ad eius opera spectat nemo hæctenus in vnum volumen ea compegit. Quare quæ hinc inde collegi, hæc Lector accipe.

I. *Bibliotheca*, *μυθισβιβλιος* dicta, cum tamen 279. seu 280. dumtaxat Auctores contineat, siue librorum quorundam à se lectorum recensio censura ac in pluribus etiam Fragmenta & Excerpta non vulgaria, rogatu fratris sui Tharasilij, cum ab Imperatore Constantino-politano missus esset Legatus in Assyriam. Iam bis Græcè & Latine prodiit ex interpretatione & cum Scholiis R. P. Andreæ Schotti Antuerpiani Soc. IESV Theologi primùm Genevæ anno 1613. tum Rothomagi anno 1653. Græcus textus cum notis Davidis Hæschelij excusus fuerat Augustæ anno 1601. in folio, Latina verò versio Schotti in eadem vrbe anno 1606.

II. *Epistola Photij* numero 248. è MS. codice Bodleiano, cum Auctario quinque aliarum eiusdem Auctoris Epistolarum de rebus

in iure Orientalium dubiis Græcè & Latine interprete Richardo Montacutio Pseudo-Episcopo Noruicensi Protestante cum eiusdem notis seu breuibus subinde Scholiis Londini in folio anno 1651. ex Officina Rogeri Danielis. Quam verò exosus fuerit ipsis quoque Heterodoxis saltem Caluinicis Richardus ille Montacutius discas ex Riueti Critico.

III. *Nomocanon Titulis XIV. comprehensus*, hæc est Canones Apostolorum Conciliorum que veterum cum Legibus Imp. Romanorum collati & in vnum digesti volumen. Græcè & Latine cum Commentariis Theodori Balsamonis interprete Gentiano Herueto Aureliano in folio cum reliquis Balsamonis operibus anno 1620. Parisiis. Latina versio Domino Ioanni Tilio Baiocensi Episcopo dicata prodierat anno 1561. quo etiam anno Basileæ typis Ioannis Oporini commissa fuit versio Latina eiusdem Nomocanonis & Scholiorum Balsamonis Henrico Agylæo interprete in folio. Nec omitienda eiusdem operis ex Canonibus Legibusque compacti editio G L. anno 1615. in 4. curâ Christophori Iustelli in eadem Parisiensi vrbe emissa cum eiusdem libello de Synodis.

IV. *Acta Conciliorum septem Generalium in Epitomen redacta*, extant Græcè & Latine in Tomis Conciliorum Generalium & cum Nomocanone Instelli vt mox obseruauimus.

V. *Sermo in Natalem B. Mariae Virginis*, habetur Tomo I. Auctarij Græco-Latini R. P. Francisci Combetis Dominicani col. 1585.

VI. *Eiusdem Photij de Voluntatibus in Christo qua dicuntur Gnomica*, Latine tantum interprete Francisco Turriano Soc. Iesv Theologo, cum dissertatione seu libello de septem conciliis Oecumenicis pag. 437. Tomi à Petro Steuartio Leodiensi additi ad sex Tomos Antiquæ Lectionis Henrici Canisij, ex schedis, quæ ab Antonio Posseuino plurimæ olim missæ post obitum eius repertæ sunt.

VII. *Epistola ad Michaelem Principem Bulgarorum* Latine ab eodem qui sæpe iam laudatus est Turriano reddita, cum *Dissertationibus sex de Diuinitate & Incarnatione Christi*, Tomo V. antiquæ Lectionis Henrici Canisij.

VIII. Atque vt omittam Excerpta plurima Photij, quæ cum aliis transtulit Oecumenius in suum Commentarium in Epistolas S. Pauli, ac prædatoriæ eius Synodum ab Ecclesia Catholica damnatam Baronius ad annum 863. *Encyclicam Epistolam ad Patriarchales Orientis sedes ab eo scriptam* exhibuit Latinitate donatam à Federico Metio ex duobus codicibus Vallicellano & Bibliothecæ Collegij Græcorum in Vrbe, quam Montacutius cum suo codice contulit & in quibusdam emendandam annotauit. Alias quoque Photij epistolas à Petro Morino Theologo Parisiensi Latine redditas reperies in eiusdem Annalibus Ecclesiasticis. Si quæ alia Lectoribus occurrant, ea nostris obseruationibus adiungere ne grauentur donec altera prædeat editio.

ANEAS Sylius, è Picolomineotum nobili familia, Senis in Etruriâ natus anno 1405. primùm Breuium, vt vocant, Auditor, vt Clericus ceremoniarum interfuit Concilij Basileensis singulis conuentibus seu sessionibus, tum Friderici III. Imp. à secretis in Germaniâ diu versatus, vnde in Italiam reuersus ad Episcopatum patriæ vrbs Senensis promotus, ac deinde Cardinalis, tandemque Summus Pontifex post Calistum III. anno 1458. die 19. Augusti creatus, Pius II. cognominari voluit, totique Ecclesiæ magna cum laude præfuit annis 5. mensibus 11. & diebus 27. vsque ad diem 15. Augusti anni 1464. quo natus annos 59. Anconæ obiit, cum expeditionem aduersus Turcas vigeret. Sepultus in Basilica S. Petri cum epitaphio. Qui annos eius vitæ tribuunt 63. natum fuisse anno 1401. aut sequenti affirmare debent. De eo præter Platinam, aliisque, qui de Vitis Romanorum Pontificum ex professo scripserunt, videndi Ioannes Gobelinus Persona eius Secretarius, Ioannes Antonius Campensis, Ioannes Arcetinus, Iac. Phil. Bergomas, Ioannes Tritheimus, Floridus Sabinus, Ioannes Stella Sacerdos Venetus, Bzonius, Spondanus, Possuinus, Vossius, aliique passim. Vide & Concilia Biniana an. 1606. & 1618. Coloniz edita

Omnia eius opera. edita sunt Basileæ anno

1571. ex Officina Henricpetrina, quorum hic elenchus post vitam à pluribus descriptam & Indicem.

Bulla Retractionum omnium dudum per eum in Minoribus adhuc agentem pro Concilio Basileensi & contra Eugenium IV. Summum Pontificem scriptorum, data Romæ apud S. Petrum 6 Kal. Maias anno 1463.

Commentariorum de Gestis Concilij Basileensis libri duo.

De Coronatione Felicis Quinti Pontificis Maximi, ad Ioannem de Segouia eiusdem ad Dietam Bituricensis Oratorem.

Dux Epistolæ, quas Iulianus Card. S. Angeli Legatus in Germania scripsit ad Eugenium Papam conantem dissoluere Concilium Basileense.

De ortu regione ac gestis Bohemorum, siue, Historia Bohemica ad Alfonso Regem Aragonum.

Abrenunciationum Flauij Blondi Forolisiensis, ab inclinatione imperij vsque ad tempora Ioannis XXIII. Pape libri 20.

Cosmographia, siue, liber Historiarum de mundo uniuerso

Europa, in qua sui temporis varias Historias complectitur.

In triumphum Alfonfi Poëta de dictis ac factis memorabilibus Alfonso Aragonum Regis libros quatuor, Commentaria.

In triumphum Alfonfi Regis.

In Alfonso Aragonia Regem oratio.

Epistolarum liber vnus, continens Epistolas numero 414.

In ciii. Epistola est *Triplicis problematis resolutione*. In cviii. *somnium de Forumâ*. In cxi. *Poesira laudat & Iuris scientia præfert*. In cxiv. *Historia de Euryalo & Lucretia se amantibus*. In cxxx. *Dialogus contra Taboritas & Bohemos de sacra communionem sub vna specie anno 1451*. In cxxxi. *Oratio de Constantinopolitana clade & bello contra Turcas suscipiendo*. In clxii. *de clade Vniuersalis Ecclesie orthodoxæ, de senu & fertilitate Vngarie, & de aduersis Pruthenorum contra Cruciferos Ordinis Tentonicorum*. In clxv. *Descriptio Vrbs Viennensis*. In clxvi. *De Curialium miseris*. In clxxxvii. *de rebus à se gestis, siue, quomodo ab imis ad altiora conscenderit*. In cclxxxvii. *De Pape officio & eius Officialibus*, siue, *contra negantes auctoritatem Summi Pontificis à Christo institutam esse*. In cccclxix. *Excusatio contra murmur grauanis Germanicæ nationis*. In cccxcv. *Pauitè composuisse olim Tractatum de duobus se amantibus*. In cccxcvi. *De fide Christianorum ad Mahometem Regem Turcorum, & de vanitate scilicet Mahometica*. In cccxcvii. *Oratio Pij Pape II. in conuentu Mantuano sexto Kalendas Octobris anno Domini 1459*. In cccxcii. *Bulla de professione in Turcas & de prerogatiuis eiusdem passagij*. In cccxcix. *Oratio Aneæ Syluij ad Callistum Papam offerendo obedientiam Imperatoris*. In cccxcix. *Oratio eiusdem coram sanctissimo Senatu Cardinalium iam coronato à Pontifice Imperatore Federico, ad eum inducendum ad bellum contra Turcas*. In cccc. *De De crudeli amoris exitu Guisgardi & Sigismundi*

Tancredi Principis Salernitanorum filia Tractatus ex vulgari in Latinam linguam versus. In cccxi. de Vindicta illata violentia, quam de se extorsit Lucretia speculum Romanae pudicitiae.

In Salvatoris nostri IESU CHRISTI Passionem Carmen Sapphicum.

De liberorum educatione ad Ladislaum Vngariae & Bohemiae Regem, & de Grammatica ad eundem.

De Arte Rhetorica, & Epistolarum partibus, ad Marchionem Badensem Archiepiscopum Treurensem.

Descriptio de ritu, sseu, moribus, & conditione Germaniae, ad Antonium S. Chrysogeni Cardinalem.

Addita est in fine Gnomologia ex omnibus Pij Papae II. operibus collecta per Conradum Lycosthenem Rubeaquentem.

Scriptis praeterea Dialogum aduersus falsam donationem Constantini Imp. cuius meminitse volunt Hieronymum Occalum Catalanum; Ioannem Felinum ad cap. solitae tit. de Maioritate & obedientia, & Balbum Ep. libro de Coronatione.

Scriptis quoque creditur *Historiam de rebus à se gestis* quae sub nomine Ioannis Gobelini Personae prodit à Francisco Piccolominæo Senensi Archiepiscopo ex vetusto exemplari recognita Romae 1584. in 4. & 1589. & Francofurti 1614 typis Aubrianis.

Nonnulla eiusdem opuscula seorsim edita reperies, vt de *Aduentu Capitis S. Andreae* ac familia, de quibus aliàs se offeret commodior di-

cendi locus, & de his, quae in Franciam aliaque linguas vernaculas conuersa fuere, interim contulit Bibliothecam Pontificiam R. P. Ludouici Iacob à S. Carolo Carmelitae ac Recentiores Vitarum Gestorumque Romanae Ecclesiae Praesulum Illustratores.

S. Polycarpus.

Bell. p. 57.

S POLYCARPVS, Smyrnae à S. Ioanne Apostolo & Euangelista anno Christi, vt creditur, 82. Episcopus ordinatus, Apostolicus & Propheticus Doctor, totius Asiae Princeps, nonnullos Apostolorum, & eorum, qui viderant Dominum, magistros habuit. Romam veniens sub Imp. Antonino Pio Ecclesiam regente Aniceto multos ab haeretico errore correxit: ac tandem centenario maior Smyrnae igni traditus est sedente Proconsule & vniuerso populo aduersus eum in Amphitheatro personante, die 16 Ianuarij ex Martyrologio Romano anno Christi 167. Marci Antonini & Lucij Aurelij Veri Imp. septimo, vel, vt alij, anno 170. defuncto iam Lucio Vero, & Commodo à patre in consortium Imperij assumpto quod valde dubium est, & magna suspicio est in textum S. Hieronymi pro Vero irrepsisse Commodum. Graeci habent obiisse Februarij die 23. feria prima post celebratum à Iudaeis die praecedenti magnum Sabbatum Phurim die 14. mensis Adar. Certè ex epistola Smyrnenfis Ecclesiae apud Eusebium libro 4. cap. 15. colligitur die Magni Sabbati à

Gentilibus deductum Smyrnam quæ postea
 anno M. Antonini 14. terræ motu obruta per-
 hibetur. De eo S. Irenæus eius discipulus li-
 bro 3. aduersus hæreses cap. 7. Tertullianus
 cap. 32. de Præscriptionibus, Eusebius in Hi-
 storia non semel & in Chronico ad annos 157.
 & 167. S. Hieronymus in Catalogo cap. 17.
 Socrates lib. 5. cap. 21. Gildas in castigatione
 Cleri Britannicæ, Photius cod. 126. Suidas,
 Honorius Augustodunensis cap. 18. libelli I.
 ubi asserit quædam scripsisse de die Paschæ
 quod valde suspectum mihi est, Io. Trithemius
 & recentiores Baronius, Ioannes Maria Bra-
 sichellanus, aliique, quos omnes insigni dili-
 gentia superauit R. P. Petrus Halloixius Soc.
 I E S V ex quo Vsserius Maximam partem sub-
 legit quæ de eodem postea protulit.

Epistola ad Philippenses, valdè utilis, quæ
 vsque ad sancti Hieronymi tempora in Asiæ
 conuentibus legebatur. In ea refert se ad eos
 Ignatij ^{Θεοφύλου} literas misisse, postulâtque
 certior vicissim fieri, si quid forte de eo inau-
 dierint. Scriptam itaque volunt anno circiter
 Christi 106. aut sequenti, octauo scilicet ab
 obitu S. Ioannis Apostoli & paulè ante mar-
 tyrium eiusdem S. Ignatij Antiochiæ Antisti-
 tis. Latine pluribus in locis annisque 1498.
 1502. 1520. 1550. &c. incerto primùm in-
 terprete, eoque antiquo cum Clementis &
 Ignatij Epistolis prodiit, deinde ex versio-
 ne Ioachimi Perionij Cormætiaceni O. B.
 cum operibus S. Dionysij Arcopagite anno
 1557. in folio Parisiis. Græcè & Latine pri-

mus cum noua interpretatione edidit Petrus
 Halloixius noster accepto à R. P. Iacobo Sir-
 mundo eiusdem Soc. Theologo exemplari,
 quod ille Romæ ex Francisci Turriani doctis-
 simi Theologi apographo descripserat, Vide
 Illustrium Ecclesiæ Orientalis scriptorum quæ
 sanctitate iuxta & eruditione primo Christi
 sæculo floruerunt & Apostolis conuixerunt,
 Vitas & documenta Duaci anno 1633. ex Ty-
 pographia Petri Bogardi. Anno deinde 1644.
 Oxoniæ in 4. Iacobus Vsserius Armacanus
 Polycarpi & Ignatij Epistolas vtraque lingua
 cum notis & obseruationibus emisit. Vnde
 arguas inscitiam incuriamve Andreæ Riueti,
 qui postquam insulsißimum Centuriatorum
 Magdeburgensium de Polycarpi epistola iudi-
 cium descripsit, nec refutauit, vt ab omni ve-
 ritatis umbra alienissimum; addidit in editio-
 ne anni 1641. hanc Latine tantùm circumfer-
 ri, & se inaudiisse Græcum exemplar haberi à
 quodam viro docto Lutetiæ, cuius etiam po-
 tiendi spem fecerit Salmasius, cum tamen, vt
 modò vidisti Lector, ab anno 1633. vtraque
 lingua prodisset, quod non ignorauit Vsserius
 Riueto infinitis partibus cum doctior, tum ac-
 curatior.

Pomerius. Vide Iulianus Pomerius.

Pontius Diaconus. Bell. p. 87.

SPONTIVS, quibusdam scribitur Pontinus
 sed minus accuratè, Diaconus S. Cypriani
 Carthaginensis Episcopi, vsque ad diem pas-

sioni seins cum ipso exilium sustinens, egregium volumen, inquit S. Hieronymus cap. 18. Catalogi, & ex eo Honorius, Trithemius & reliqui,

Vita & passionis sancti Cypriani reliquit. Exat apud Surium die 26. Septembris & in fronte operum S. Cypriani ab Erasmo, Pamelio, & Rigaltio editorum. Quanquam hic postremus in obseruationibus ad ep. 83. S. Cypriani leui admodum fundamento, vt Riuetio forsitan similibusque Criticis extra Ecclesiam gratificaretur, subdubitate vitus sit his verbis: Vita Cypriani quæ fertur ab eius Diacono Pontio perscripta Rhetoricæ dictionis gratiam magis quam narrationis historicæ diligentiam præfert, &c. Quot annos superstes fuerit post annum 258. quo labente die 14. Septembris passus est sanctus Cyprianus, nescimus. Consule notas Baronij ad diem 8. Martij quo S. Pontium Carthagine obiisse atque in passionibus Dominum semper glorificantem vitæ coronam promeruisse docet Romanum Martyrologium.

Idem Nicolaus Rigaltius post Præfationem in Notis ad Acta Martyrij, quæ incipiunt. Cum Cyprianus sanctus Martyr, &c. ex MS. S. Victoris eruta, hæc habet: Hanc de Cypriani martyrio narrationem, vt est breuissima licetiã esse antiquissimã arbitramur. Plurima Pontius pioerga suum Episcopum adfectu Rhetoricæ libertate ingeniosè commentus est. Multa etiam alij pro capto quisque suo adiecerunt aliena sæculo, aliena personis, quædam etiam detraxe-

runt valde bona, vt iam pauca supersint quæ præstare possimus sincere. Hæc ille præpostero nouitatis studio in detrimentum Catholicæ veritatis; quæ falsissima arbitror, & S. Hieronymi, qui egregium volumen, quale modò omnes Catholici eruditione præstantes agnoscunt, de vita & passione Cypriani ab eo relicto testatus est, auctoritati certissimæ, atque omnium bonorum de Pontij sanctitate ac fide opinioni implacabiliter pugnantiã. Est enim sincerissimum illud opusculum, ac primæ inter antiqua Veterum Martyrum Acta siue Vitas atque Elogia dignationis. Quod si hæc vita cuiusdam cordato in suspicionem veniat, suspecta pariter erunt & alia Acta quæuis, & ipse S. Augustini sermo de Cypriano venerandæ antiquitatis eximium MS. 12109. In iis enim nulla Frumentariorum siue Agentum in rebus mentio.

Potho Prumiensis.

Bell. p. 324.

PΟΤΗΟ, Prumiæ celebris in diocesi Treuirensi cœnobij Monachus, & Presbyter. (non Episcopus; vt habet Index Bibliothecæ Parisiensis vltimæ) scribere cœpit de Domo Dei anno 1152. quo Conradus III. Imperator seu Rex Romanorum viuere desuit. De eo nihil Ioannes Trithemius, vel quisquam antiquiorum. Anno 1532. Haganoræ in 8. ac deinceps in Bibliothecis Veterum Patrum prodierunt,

Primasius.

Bell. p. 227.

PRIMASIVS, Adrumetinus in Byzacena Africa prouincia Episcopus, tempore Quintæ Generalis Synodi interfuit C. P. cum Vigilio Papa, vt constat ex Collatione secunda illius Concilij. De eo præterea meminerunt Iulius Afric. pariter Episc. qui ei de Partibus Diuinæ Legis librum dicitur, Victor Tononenſis in eadem Africa Episcopus in Chronico ad annum P. C. Basilij V. C. XI. Cassiodorus Senator cap. nono libri de Diuinis Lectionibus, S. Isidorus Catalogi cap. 9. (vbi pro Primasio Primatijs & pro Iustiniano regnante Iulianus perperam legebatur & legitur etiamnum in editione Miræi, qui hæc & pleraque alia præterit) Ioannes Trithemius, qui eum dicitur Vticensem in Proconsulari prouincia vocasse Episcopum, quod tamen in meo codice non reperitur, Io. Gagneius qui falsò non secus ac Sixtus Senensis, Simlerus, & quidam alij, ad annum 440. retulit, deceptus, ni fallor, ex eo, quod dicatur S. Augustini discipulus, cum hoc de sectatore additissimo qualis paulo ante extiterat sanctus Fulgentius, atque amatore doctrinæ Augustinianæ intelligendum fuerit. Ad eundem cum alijs lapidem offendit Philippus Elsius, qui clariſſe anno 440. asserit & Augustinianis suis Eremitis inferuit. Eum aliòſque refutant etiam

me tacente verba Cassiodori loco citato: Nostris quoque temporibus Apocalypſis prædicta B. Ep. Primasij Antistitis Africani studio minutè & diligenter quinque libris exposita est. Quibus etiam libris vnus quid faciat hæreticum disputatione subiunctus est. Quæ in templo Dei sacrata donaria sanctis altaribus offerantur.

Commentaria in sancti Pauli Epistolas, ex SS. Ambrosij, Hieronymi, Augustini & aliorum Patrum monumentis collecta, edidit Lugduni Ioannes Gagnæus apud Gryphum anno 1543. cum prius Commentaria in Epistolam ad Romanos Coloniz apud Gymnicum prodissent.

Commentaria mystica expositionis in Apocalypſim ad Castorium, ex illegibili scriptura antiqua excusa primò in Basilea anno 1544. apud Robertum Winter, & Lugduni vna cum Collectaneis in Epistolas S. Pauli. Omnia autem eiusdem quæ supersunt opera apparent in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Colonienſi. Libri autem eius de Hæresibus ad Fortunatum Episcopum videntur periisse, in quibus explicans quod olim S. Augustinus in libro Hærescon imperfectum morte interueniente reliquerat in primo ostendebat quid Hæreticum faciat, in secundo & tertio digerebat, quid hæreticum demonſtret.

Cæterum placet hic obiter referre ad Lectoris oblectationem dicam an iustissimam indignationem ridiculum Roberti Cocci Heterodoxi argumentum: Haymonis Halberſtatensis qui

trecentis post Primasium annis viuebat Com-
mentaria in Epistolas S. Pauli multa habent
similia iis quæ sunt apud Primasium: ergo ab-
iudicanda sunt huic Commentaria quæ no-
men eius circumferunt. *φῆν ἴσθαι ὁμοίως*; Multa
habet Macrobius iis similia quæ scripsit in
Noctibus Atticis A. Gellius: non est igitur
Gellius Auctor Noctium Atticarum. Miscel-
læ auctor ex Eutropio, Orosio, Anastasio
Theophanis interprete, aliisque pene omnia
mutuatus est: ergo auferenda illis, quæ ab om-
nibus hætenus ipsis tribuuntur opera, &c.
Quod si Critico illi mens non læua fuisset, ar-
gumentandum fuerat hoc pacto: Haymo ita-
que, Primasij imitator, multa ex eius Com-
mentariis sublegit, & in suas areolas ex illo
fonte deriuauit, vt faciebant per ea tempora
Rabanus, Florus, Strabus, Hincmarus, Ra-
tramnus, Prudentius, nono florentes sæculo,
viri suæ ætatis eruditissimi, qui sæpe cente-
nes potius quàm libros cõscribillabant ex an-
tiquioribus delibatos. Quod verò spectat ad
Commentarium in epistolam ad Hebræos, il-
lum esse siue Haymonis siue potius Remigij
Antissiodorensis quidam ex nuperis Criticis
censuerunt, quod styli similitudo videatur
id arguere. Neque tamen omittendam cen-
seo obseruationem Iacobi Vsserij, Pseudo-Ar-
macani Archiepiscopi pag. 175. Gotescalca-
næ Historiæ, licet in nonnullis & ipse aberr-
uerit à recto veritatis tramite; Eiusdem Remi-
gij Lugdunensis in XIII. Pauli epistolas ha-
bemus Commentarios, non illos quidem (vt
ti arbitratus est Maldonatus, qui Ambrosio

Mediolanensi, sed qui Haymoni Halberst aten-
si Episcopo vulgò tribuuntur, & à Io. Bapt.
Villalpando, falso Remigij Remensis titulo
sunt editi, cuiusque nomine à Cuthberto Ton-
stallo, Bellarmino, & aliis in Quæstione Sacra-
mentaria prius producti. In XIII. epistolas
dixi: quoniam qui in epistolam ad Hebræos
reliquis adiunguntur, neque Haymonis, neque
Remigij, sed Primasij esse: sicut eos, qui Am-
brosianis annectuntur (& Ambrosij nomine
ab Algero, Petro Longobardo, & aliis ci-
tantur) ex Io. Chrysofomi in eandem episto-
lam homiliis Cassiodori rogatu à Mutiano
Schol. conuersis ad verbum exceptos esse de-
prehendi.

Prochorus.

Bell. p. 48.

PROCHORVS, Apostolorum discipu-
lus, atque vnus ex septem primis Ecclesiæ
Diaconis capite 6 Actorum Apostolicorum
ordinatis, falsò dicitur Auctor libelli *De Vi-
ta miraculis & assumptione S. Ioannis Euangeli-
ste*, qui extat Græce & Latine inter Ortho-
doxographa Basileæ an. 1569. edita, Latine
verò in Historia Patrum Laurentij Barræi, &
in Bibliothecis Veterum Patrum. Plura Ba-
ronius, Molanus, Lorinus, Ioannes Maria
Brasichellanus, & alij Catholici, ex quibus sua
hauserunt Heterodoxi, aduersus friuolas
Pseudo-prochori illius narratiunculas. Si
Gryneum excipias, cuius Præfationem ad
Orthodoxographa consulat Lector qui inter

alia arguit vocem τῆς ἐνοουσίας τελευτῆς, &c. De vero Prochoro vide Martyrologium Romanum die 9. Aprilis, Hippolytum in libello de 72. discipulis, Dorotheum in Synopsi, Sophronium in fragmento de certaminibus & peregrinationibus SS. Petri & Pauli, ubi docet Nicomedie à S. Paulo primum fuisse ordinatum Episcopum, Simeonem Metaphrastem, Vlsardum, Adonem, &c.

Michaël Neander Sorauiensis, Lutheranus Pædrotriba, Historiam illam Pseudo-Prochori edidit Basileæ in 8. an. 1567. cum Catechesi parua Hæresiarchæ Lutheri Græco-Latina, & Sententiis Patrum Græco-Latinis: Idem D. Iacobo Apostolo tributum falsò Proto-Euangelium protrudit in lucem Argentinz apud Iohannem Rihelium in 8. an. 1570. vna cum Dialogo cuiusdam Christiani cum Iudæo de Christo ex Suidæ Philologia decerpito.

S. Proclus.

Bell. p. 196.

S PROCLUS, discipulus & anagnostes S. Ioannis Chryostomi, Attici eiusdem Urbis CP. Archiepiscopi amanuensis ac Diaconus, à Sisinnio ad Presbyteratum, deinde ad Cyzicenum Episcopatum ordinatus, ex hac sede post Maximinum Nestorij successorem ad thronum Urbis CP. euectus est anno 433. Obiit die 29. Octobris anni 446. succedente S. Flauiano. De Proclo Martyrologia & Menologia, Concilia Chalcedonense & V. Generale CP. S. Cyrillus Alex. Patr. in

expositione Symboli Nicæni, & ep. 31. ad Ioannem Antiochenum, Socrates libro 7. capp. 26. 28. 35. 36. 40. & sequentibus, Theodoretus libro 5. cap. 36. Anastasius Sinaita, Io. Damascenus, Nicephorus libro 14. cap. 38. atque ex recentioribus Baronius, Possseuius, Petauius Tomo IV. Theol. Dogmatum, & is, de quo mox dicturi sumus, eius operum editor,

Omnia S. Procli Analecta ex insignium Bibliothecarum penu eruta Græcè & Latinè edidit & commentariis illustrata publicauit Romæ in 4. anno 1630. Vincentius Ricardus Clericus Regularis Theatinus, præmissa eiusdem sanctissimi Antistitis vita cum suis ad eandem notis.

Orationes XXI. cum Fragmentis.

- I. Laudatio sanctæ Dei Genitricis.
- II. De Incarnatione & infuseris.
- III. De Incarnatione Domini.
- IV. In natalem diem IESU CHRISTI.
- V. Laudatio sanctæ Dei Genitricis.
- VI. Laudatio eiusdem.
- VII. In sancta Theophania.
- VIII. In Transfigurationem Domini.
- IX. In Ramis Palmarum.
- X. In sanctam Feriam quintam.
- XI. De Passione Domini.
- XII. De Resurrectione Domini.
- XIII. In sanctum Pascha.
- XIV. In idem sanctum Pascha.

XV. *In idem, & in S. Ioannem Euangelistam.*

XVI. *In sanctam Pentecosten.*

XVII. *Laudatio S. Stephani Protomartyris, quæ tamen Asterij potius dicenda est tum Photij præiudicio, qui eam reliquis Asterij Anafæ Episcopi annumeravit, tum quòd nullas habeat dictionis S. Procli characteres, nullas antitheses, nullam peronomasiam, non presfas sententias, &c. vt & ipse editor scitè aduertit.*

XVIII. *Laudatio eiusdem.*

XIX. *Laudatio S. Pauli Apostoli.*

XX. *Laudatio S. Andrea Apostoli.*

XXI. *Laudatio S. Ioannis Chrysostomi Arch. CP. Latine tantum.*

Tractatus de Traditionibus Missæ.

Fragmenta Orationum.

Epistolæ S. Procli, & aliorum.

Epistola Armeniorum & Persarum ad Proclum.

Procli ad Armenios de Fide Epistola: quæ ab aliis, quoque Latinitate donata est, vt paulò post monēbimus.

Fragmenta eiusdem Epistolæ.

Procli ad Ioannem Antiochenum de Theodoro & Iba.

Alia ad eundem Ioannem Antiochenum.

Ioannis Antiocheni ad Proclum.

Alia eiusdem ad eundem.

Ioannis Antiocheni ad S. Cyrillum.

S. Cyrilli

S. Cyrilli Alexandrini ad Acacium Episcopum.

S. Cyrilli Alexandrini ad Proclum.

Procli ad Ioannem Antiochenum.

Procli ad Maximum Diaconum.

Theodosij & Valentiniani Imp. ad Ioannem Antiochenum.

Procli ad Domnum Episcopum Antiochenum.

Cyrilli ad Gennadium, ex interpretatione Anastasij Bibliothecarij & ex Romana editione septimæ Synodi Actione I. alio, sed antiquo Interprete.

Theodoresi ad Proclum.

Eiusdem ad Flavianum.

Interpretationes Diuersorum.

Homilia I. S. Procli de sanctissima Deipara ex versione Romana Concilij Ephesini.

Alia eiusdem interpretatio, ex Vaticano MS. codice.

Oratio V. sancti Procli de B. Virgine, ex antiqua interpretatione quæ legitur in codice Vaticano 2836.

Epistola Dionysij Exigui ad Felicianum & Pastorem cum Epistola S. Procli ad Armenios de Fide eodem Dionysio interprete insertis quibusdam ex versione V. Concilij Oecumenici CP

Procli ad Domnum epistola pro causa Athanasij Perrhenorum Episcopi Dionysio Exiguo interprete.

Prætermissa in Commentariis cum Indice Græcarum vocum, &c.

Ex Bibliothecis W. PP. aliisque libris.

In Auc̄tarij Græco-Latini Bibliothecæ W. PP. Tomo I. anno 1629. cura R. P. Frontonis Ducæi Soc. I E S V Parisiis excusò & Tomo XI. Bibl. Morellianæ, extat Græcè & Latine *Epistola de Fide ad Armenos* Antonio Agellio ex Clerico Theatino Acernensi in Italia Episcopo interprete. Eadem excusa quoque fuerat vtraque lingua ex versione Dionysij Exigui Basileæ apud Henricum petri in Antidoto aduersus hæreses anno 1528. & Parisijs, apud Guillardum 1538. & in Hæresyologia Basileensi 1556. & in Micropresbytero 1550. & in Orthodoxographis 1569. vt omittam Bibliothecas Veterum Patrum, Conciliorum collectiones, &c. in quibus inserta est vel Latine dumtaxat, vel etiam Græcè, vt in Conciliis Generalibus Romanis, Binianis, &c.

In Auc̄tario posteriore G. L. curâ Fr. Francisci Combessij anno 1648. edito à col. 301. eadem quæ supra procli orationes representantur ex eiusdem Ricardi interpretatione in quibusdam emendata, detractis tamen Commentariis, omnique illo magnifico apparatu editionis Romanæ, & additis breuioribus aliquot notis.

Tomo XV. Morellianæ Parisiensis Bibliothecæ Veterum Patrum ex aliis præcedentibus editionibus Colonienſi præfertim translata

apparent eiusdem Procli Orationes. I. de D. N. I. C. *Natiuitate. Quod Deiparasi B. Virgo Maria*, interprete Theodoro Peltano Soc. I E S V Theologo. II. In *sanctissimam Transfigurationem D. N. I. C.* non nominato interprete. III. In *S. Andream Apostolum* Carolo Fabiano interprete ex editione Lugdunensi Thomæ Galleti, cum eiusdem Procli tribus Epistolis. I. ad Dominum Antiochenum Patr. II. ad Ioannem eiusdem Ecclesiæ Antistitem III. eaque Synodica ad Dominum pro causa Athanasij Perrhenorum Episcopi. Verùm eadem est atque prima, sed alia versio tantum. Poteram & alia plura nucleatius persecutari: sed hæc sufficiant, quæ fortè etiam quibusdam nimia videbuntur.

Audio quoque Procli C P. Antistitis opuscula Græcè simul ac Latine edita fuisse à Geueharto Elmenhorstio, sed ea nondum videre mihi contigit.

Procopius Gazæus,

Bell. p. 229.

PROCOPIVS, Gazæus, Sophista, incertæ dicitur ætatis à Bellarmino, aliis eum ad annum 470. aut 500. reuocantibus. Certè sub extremis Anastasij Dicori temporibus & Iustino imperante floruisse videtur, siquidem ille sit, de quo Photius cod. 160 loquitur, qui Choricium Sophistam Gazæum Iustiniani Augusti æqualem discipulum habuit in patria sua, eundemque in docendi munere successorem. Certè ea fuit Maximi Marguntij mens in

schotiis. Videndi quoque eiusdem Photianæ Bibliothecæ codices 206. & 207. & ex recentioribus, Sixtus Senensis, Possevinus, &c. Fædè verò lapsus est inficetissimus Patrologus Ienenfis scholæ Patriarcha Gerhardus qui in ridiculo suo centone cum Procopio Historico nostrum hunc confudit his verbis: Annorum 142. anno Christi 554. terminatorum historiam Ecclesiasticam scripsisse refert Gault, ex Genebrardo in Vigilio. En cor Zenodoti! Quod facinus, aliaque illi similia, si seriò perpendissent, nec Ioannes Ernestus Gerhardus opus illud patris sui luce publica indignissimum eduxisset è tenebris, nec nepos eius Io. Andreas Quenfeldtius infulsum illum confarci natorem tantis beasset laudibus, & cum Heroibus ac Semideis tantum non in celo collocasset.

Commentaria in Osetateuchum, siue Heprateuchum, hoc est in Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, Iosue, ac Iudices, vt Photius appellat, ἐξερμηνευσι θεολογ, ex vetustissimis Orthodoxorum Patrum, aliorumque scriptorum enarrationibus in vnum corpus & perpetuum interpretationis contextum accuratissimè concinnatæ. Latine tantum, quòd sciam, hætenus prodierunt Tiguri anno 1555. Conrado Clausero Tigurino interprete.

Subiiciuntur Scholia eiusdem Procopij in quatuor libros Regum & in primum Paralipomenon, Ludouico Lauathero Tigurino interprete. Scholia enim in secundum Paralipomenon Latine

nè interpretatus est Hartmannus Hamberger. Græcè & Latine Lugduni Bataurum a anno 1620. apud Elzeuirios edidit Ioannes Meursius.

Eiusdem Procopij Sophistæ, *Variarum in Isaiam Prophetam Commentariorum Epitome*, cum præposito Eusebij Pamphili alteriusve Veteris scriptoris fragmento de Vitis Prophetarum Græcè & Latine prodijt Parisiis anno 1580. Ioanne Curterio viro doctissimo interprete ad Illustrissimum Virum D. Ioannem Rupifucaldium Maioris Monasterij Abbatem Francisci Rupifucaldi postea S. R. E. Card. Eminentissimi ac sanctissimi patrum, cuius dono codex ille quantiuis pretij venit in manus nostras, ex quo descripta sunt Græca Esaiæ verba cum additis Veterum septem interpretationum differentii, earumque notis ab Origenis Hexaplis desumptis, quarum explicatio in eruditissima Præfatione proponitur.

Albertinus pag. 856. editionis Latine circa idem cum Helychio Hierosolymitano tempus vixisse censet Procopium Gazæum. Nam cum ipse dicat, in Exodum pag. 309. nostro sæculo contigit vt vniuersa idola exscinderentur, & omnis occasio quæ ad hæc fabricanda impelleret, quod in vniuersum ac planè factum non est ante Theodosij edictum anno Domini 439. publicatum: ac rursus videatur multa ex Chrylostomo & Cyrillo Alexandrino desumpsisse, verisimillimum est eum scripsisse circa quinti sæculi finem. Hæc ille: Nos verò etiam labente sexto floruisse arbitramur.

S. Prosper.

Bell. p. 23.

S P R O S P E R , Regij Lepidi in Italia Episcopus, si qua fides vetustis Martyrologiis, die 25. Iunii obiit, & S. Prosper Aurelianensis Ecclesie in Gallia Episcopus ad quem scripsit Sidonius Apollinarius ep. 15. libri 6. mortuus dicitur die 29. Iulij ex Beda & Romanis Fastis.

At verò P R O S P E R homo Aquitanicæ regionis, sancti Augustini (quem fortè ne de facie quidem vnquam nouit) vt nonnulli volunt, discipulus, certè doctrinæ eius solertissimus ac neruositissimus Defensor, Laicus fuisse creditur, ac coniugia implicatus. Ven. Beda in fine libelli de re Metrica Prospero, quem Tironem vocat, tribuit versus vulgatos inter eius opera ad Vxorẽ suam, qui sic incipiunt.

Age iam precor mearum
Comes irremota rerum,
Trepidam breuẽsq̃ vitam
Domino Deo dicemus, &c.)

Dicitur quoque S. Leonis Papæ I. Notarius, eique adfuisse in Epistolis scribendis, cã præsertim celeberrimã ad Flavianum Ep. CP. de Fide Incarnationis epistola, qua Nestorij & Eutychetis hæreses profligatæ sunt. Nec vnquam, aut apud Ricos Apollinares in Prouincia II. Narbonensì, aut Regij-Lepidi in

Æmilia, aut Aurelianis in IV. Lugdunensì ad Ligerim Episcopali functus est munere. sunt qui eum inter Maximum & Faustum Reienenses Episcopos interferant, nec quicquam repugnante, qui tum viuebat, Sidonio Apollinare Aruernorum Episcopo, cuius hæc sunt verba in Carmine Eucharistico ad Faustum:

Quis Maximus ille,
Vrbem tu cuius, Monachosque, Antistes,
& Abbas,
Bis successor agis.

Fuit quippe Maximi & in Lerinensì Abbatia & in Cathedra Reienis successor immediatus Faustus, vt eruditè probauit Sirmondus in notis ad Sidonij Epistolam 15. libri 8. quas consule. nec audiendus Trithemius, qui Prosperum Reginensem fuisse post Faudentium seu Faustum Episcopum scripsit, cùm omnis temporum ratio refragetur. Quia verò nonnullos etiam hoc tempore viros non inruditos video Prospero Episcopales infulas afferere, & nuper Gallie Christianæ post Claudium Robertum editores ad eundem scopulum alliserunt, placet hic prolatis Veterum scriptorum testimoniis ostendere, ne quidem ad sacros vnquam ordines, saltem maiores, fuisse promotum. Præeat, qui cum ipso per multos annos vixit Victorius Aquitanus in Epistola ad Hilarum Urbis Romæ Archidiaconum, quam præfixit Canonis Paschalis festi: *Recensitis igitur fidelibus Historiis veterum; Beati sci-*

lices Eusebij Casariensis Palaestina ciuitatis Episcopi, viri imprimis eruditissimi atque doctissimi Chronicis Prologòque, ac perinde his que à sanctæ memoria Hieronymo hisdem Chronicis sunt adiecta Presbytero, per quem in Latinum quoque probantur translata sermonem; hisque etiam, que à sancto & venerabili viro Prospero, usque ad Consulatum Valentiniiani Augusti VIII & Anthemij constat fuisse suppleta; reperi, &c. ac pauld pòst: Cuius tenorem vir venerabilis Prosper sequitur hisdem Chronicis hæc eadem egregia breuitate composuit, vt eorum initium à Mundi inchoaretur exordio. Scribebat anno Christi 457. Victorius Constantino & Ruffo Consulibus, anno postquam excesserat è viuis Prosper (quem sanctum ideò vocare mihi semper visus est ac venerabilem) non tamen Presbyterum aut Episcopum, quos titulos Eusebio, Hieronymòque non inuidebat, nec denegasset, opinor, amico, si iis vinqum fuisset insignitus. Quod palmare est *ἐπιμαρτυρία* argumentum, Victorium sequatur Gelasius Papa can. sancta Romana Dist. XV. Item opuscula B. Augustini Hipponensis Episcopi: Item opuscula B. Hieronymi Presbyteri: Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. Tertio loco accedat Gennadius Massiliensis Presbyter, qui nullum illi dignitatis Ecclesiasticæ titulum assignat, in cæteris pro merito suo laudandis minimè parcus. Quartus sit S. Fulgentius Ruspensis in Africa Episcopus libro primo ad Monimum cap. 30. Cuius, idest Augustini, dicta, quia ipse celeri præuentus est

obitu, Prosper vir eruditus & sanctus, recta defendit fide & copioso sermone, &c. Quintus Marcellinus Comes in Chronico ad annum 463. (quem tamen non videtur attigisse Prosper) iidem cum Gennadio verbis vsus, *Hominem Aquitanica regionis sermone Scholasticum & assertionibus nervosum dumtaxat appellat.*

Ado Viennensis Archiep. in sexta Ætate, sed & Prosper Aquitanica regionis Notarius B. Leonis, à quo dictata creduntur Epistola aduersus Eutychem de vera Incarnatione Christi malè sentientem, vt iuniores prætermittam & contemporaneos Hincmarum, Florum, Prudentium, Rabanum, &c. solus Honorius Augustodunensis, aut sciolus aliquis ac semidoctus eius corrector editòque cap. 83, libelli 2. *Hominem* mutauit in *Episcopum Aquitanica regionis*, quod nemo sanus ne per somnium quidem cogitauerat. Sixtum Senesem, Baronium, Posselinum, aliosque huius aut superioris sæculi scriptores misos facio, qui Honorium Augustodunensem dumtaxat exscripserunt, aut à Ioanne Antonio Flaminio, qui res eius gestas pro libito ex meris coniecturis composuit à Surio Tomo III. editas, in fraudem inducti, Regij-Lepidi Episcopum fuisse censuerunt. Quod verò Bellarminus noster ex Emilia traxit in Prouinciam Prouinciæ Gallicanæ, & suffraganeum fuisse Archiepiscopi Aquisensis edixit, hoc ex malè posita Conciliorum Vafensis II. & Carpentoractensis epocha conclusit. Qui enim anno 527. & 529. Concilii illis

subscripsit, nec ad Augustinum anno 430. mortuum scripsit, nec sancto Leoni Papæ à secretis fuit. Neque validus est alterum, quo vtitur, argumentum, quòd Prospero successerit in Episcopatu Faustus Regiensis, id enim cum supra laudatum Sidonij carmen, tum multa alia falsi arguunt. Quid autem, amabo, facias Elissio ac similibus, qui I. aiunt fuisse Lemouicensis patriæ. II. cum adulescens esset an. 399. præsentem fuisse Carthaginæ, quando Aurelius Cathedram suam posuit in celeberrimo Templo Cælestis Deæ Carthaginensis. III. fuisse discipulum S. Augustini & ab eo veritatem didicisse. IV. Episcopum saltem circa ann. 442. fuisse. V. S. R. E. Bibliothecarium fuisse. VI. obiisse anno 465. 20. Iunii octogenario maiorem. Quis enim veterum ista commenta docuit? sed iis aliquando omissis, ad rem nostram veniamus.

Tres operum eius præcipuas editiones celebrant. Primam Lugdunensem in folio anni 1539. apud Sebastianum Gryphium. Alteram Louanensem in 4. ex Typographia Ioannis Bogardi anno 1566. opera Ioannis Sorealli, Montinienfis, Theologi Louanienfis. Tertiam non quidem locupletiozem, sed forte in quibusdam emendatiozem Duacenam anno 1577. (ex qua propagata est Colonienfis anni 1609. mendis inquinatissima) studio Ioannis Oliuarij consecrata Ioanni Saraceno Priori Vedastino, hoc seruato ordine.

Opus de Promissionibus & prædictionibus Dei in tres Partes tributum cum adiunctis libellis

qui inferibuntur, *Dimidium temporis*, vbi de Antichristo multa & de gloria regnòque Sanctorum. Ioannes Oliuarius Ioannis Hellsels à Louanio aliue Præfationi Louanienfis auctori succentaciatus de eo dubitare visus est, tum quod Gennadius & Trithemius recentiores, quæ à Prospero scripta sunt, huius operis non meminere, tum quod phraseo ac styli maxima sit dissimilitudo Verùm eos non aduertisse reor à Cassiodoro libri de Diuinis Lectionibus capite primo, vt genuinum Prosperi partum, agnosci his verbis: sanctus quoque Prosper sedula cura legendus est, qui tres libros totius auctoritatis Diuinae in centum quinquaginta tribus titulis comprehendit adiungit piscium, quos Euangelica retia de huius sæculi tempestuosa profunditate traxerunt. Quæ ex Peroratione Prosperiani operis mutuatus est: *Iuuante gratia Dei hunc conclusi librum tribus eius primis partibus quadragenta capitula anno pando, velut quadragenos dies, quibus in huius vita curriculis Moyses, Elias, & Dominus IESVS ieiunia celebrarunt. Ter enim quadragies dicta centum viginti faciunt. Accedunt alia viginti in Dimidia parte finis mundi, & sunt 140. Tredecim quoque in Gloria Sanctorum superadduntur, & perficiunt 153. In quo numero sacrae illi pisces veri veritatis incorrupti post Resurrectionem Domini iussione capti sunt millia Sanctorum significantes, &c. quæ duo quisquis inter se comparabit sanctissimo Prospero opus tam insigni in quo omnia vaticinia & pollicitationes de Christo & Ecclesia in sacris literis ex-*

pressas eruditè exposuit ac Catholicis traditionibus congruenter, numquam, si quidem de mente Cassiodori agatur, abiudicabit. Multa tamen ex ipso opere deprompta testimonia suadent Cassiodorum fuisse deceptum, qui opus hominis Afri & ab Africa in Italiam turbine Persecutionis Vandalicæ delati, atque, ut ipse loquitur Parte II. cap. 33. expulsi exiliatique, Prospero Aquitanico tribuerit, qui numquam, ut arbitror, Africam vidit. Neque tamen quicquam detrahit de libri illius auctoritate in rebus fidei stabilendis firmandisque, cum constet illius auctorem Carthagine vixisse sub Aurelio Episcopo & an. Christi 434. tum in Campaniâ vixisse cum S. Leo I. Papa latentes Romæ Manichæos exagitauit. Quid verò si hic quoque Prosper dictus sit? Quid si illi alterum è Chronicis tribuendum?

De Vita Contemplatiua libri tres; Iuliano Pomerio eos iam pridem vindicauit diligens Sirmondi nostri in peruidendis Veterum scriptis perspicacitas & ingeniosa felicitas. Vide eius notas ad Tomum II. Concil. Galliæ æquet supra monuimus suo loco.

Ad Ruffinum Epistola de Gratia & libero arbitrio.

Responsiones ad capitula obiectionum Gallorum Doctrinam S. Augustini calumniantium.

Responsiones ad capitula sedecim obiectionum Vincentianarum. Quis verò fuerit Vincentius ille, penitus ignoratur. Aristarchi quidam Heterodoxi, quos refellemus postea, hoc crimine volunt infamare Vincentium Presbyterum

Lerinensem, vt eius aureolum Commonitorium, quo non secus ac Tertulliani libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, omnes sectæ hæresisque perduellium a Simone Mago ad Lutherum, Caluinum, eorumque sequaces, obteruntur, vel aliqua leuis infamia afflare possit.

Responsiones ad Excerpta, quæ de Gennensi ciuitate sunt missa, seu Dubiorum nouem ex libris de Prædestinatione Sanctorum & de Dono Perseuerantiæ obiectionum solutiones, ad Camillum & Theodorum Presbyteros.

Contra Collatores Liber, siue de Gratia Dei & libero arbitrio, pro defensione Diui Aurelij Augustini, Hipponensis Episcopi, contra Cassiani Presbyteri Massiliensis librum, seu Collationem XIII. quæ de Protectione Dei prænotatur. Hic verò temperare mihi non possum, quin Riueti castigem impudentiam, qui narrat Prosper exemplar incidisse in spurcissimas manus suas, quod fuit Collegij Iesuitarum Parisiensium, in quo ex illa Societate nescio quis marginalibus notis manuscriptis sæpe Prosperum sugillat, præcipuè in gratiam Cassiani Pelagiani. Sed vnde, amabo, Lynceus ille arguator colligere potuit à Iesuita scriptas illas marginales notas, cum nec soleant Iesuitæ in suis libris id vnquam nisi ex peculiari facultate, adeoque rarissimè, præstare? & in eorum Bibliothecis infinita reperiantur volumina sæcularium manu ad oram annotata. Certè in Bibliotheca nostra Collegij huius Parisiensis, quæ in locum eius, quæ ex Ioan.

Tomo II. Q vij

à S. Andrea Can. Par. & aliorū Bibl. coalue-
rat, successit, longè completior ac magnifi-
centior, quamplurimi habentur legunturque
à curiosis codices excusi, scholiis & annota-
tionibus Virorum doctissimorum Guillelmi
Budei, Guillelmi Pellicerij, Æmari Rancon-
ti, ac, vt alios longè plures mittam, Petri Pi-
thæi I. C. diligentissimi ad marginem illu-
strati. Quorum si quis veniat in manum Hete-
rodoxi cuiusdam nugatoris, an continud ar-
guere licebit: E Collegio Parisiensi produit
liber, ergo marginales notæ si quæ sunt calamo
inscriptæ Iesuitam aliquem auctorem produnt:
O lepidum caput omnique festiuitate festi-
uius. Deinde esto, annotationum illarum scri-
ptor sit vnus aliquis è Soc. I E S V, qui priua-
tim sibi nonnulla annotarit ad memoriam in
libro, cuius vsus ipsi superiorum permislu
relictus sit: Quis nisi insanus cum Riueto sic
argumentabitur: ergo omnis, quantaquanta
est, Iesuitarum Ecclesia Cassiano fauet, & in
Prosperum insurgit, & in eam vibrandum il-
lud ex Baronio telum ad annum 466. Quæ-
nam ista est Ecclesia Dei, quæ opuscula Cas-
siani vt Catholica probat? Certè non dicenda
est Catholica, sed Pelagianorum. Ad hæc Ar-
chididascali sui portenta cohortescunt, opi-
nor, Critici Heterodoxi paullò pudentes,
mecumque non sine fructu còque vberimo
ac grati memorisque animi significatione vt
spero quasdam eius eluent sordes. I. quodd
Rhegium Flaminæ in Italia distinguat à
Regio Lepidi. II. quod vtrumque Rhe-

gium scribat non Regium. III. Quodd Rhe-
gium oppidum hoc tempore Riés in Gal-
lia Aquitania collocet per summam rerum
Geographicarum in patria sua inscitiam. IV.
Quodd Reïensi aut Regiensi, sic enim scribi
debuerat, Episcopatu post Prosperum præfe-
ctos fuisse dicat ex Lerinensi Monasterio Ma-
ximum & Faustum. V. Quod ex Claudio Ro-
berto in Gallia Christiana Prosperum inscri-
bat primum Regiensem in Prouincia Episco-
pum. VI. quodd Concilia Vasionense & Car-
pentoraçtense circa annum 508. celebrata scri-
bat, atque ex Vossio mutuetur quæ non per-
cipiebat præ supina historiæ Ecclesiasticæ igno-
rantia. VII. Quodd in Italia vixisse arguat ex
Gennadio, atque inde inferat in Italia pro-
motum fuisse ad Episcopatum Regij Lepidi.
VIII. Quod ex Martino Polono, luculento
profectò magnæque fidei in rebus aded anti-
quis auctore id adstruat, & ex eo quod Caro-
lus Sigonius de cultu reliquiarum eius in e-
adem ciuitate vsque ad hoc tempus testatus est.
Sed vnusne tantum hæctenus fuit Prosper?
IX. quod post Sirmodi editionem Concilio-
rum Galliarum libros de Vita Contemplatiua ad-
huc Prospero tribuat. O Criticum verè sacrum,
hoc est Criticis eruditis qui res sacras pro di-
gnitate tractare solent, meritò dexebrandū X. de-
niq; quod Honorium Augustodun in Honorium
& Augustinum transformet, ac Marcellinum
Comitem Chronici auctorem, qui Illyricia-
nus fuit, & Latine scripsit, quemque magna
suspicio est ne de titulo quidem vquam no-

uillè, à Latinis auctoribus se iunxerit. His ve-
rò Lector lectis expensisque quod amabo iu-
diciam, quam sententiam feres de Io. Henri-
co Hottingero ministro Helueto Tigurino
Zuinglij sectatore, qui in Elencho scriptorum
supposititiorum ausus est temere effutire An-
dream Riuetum, cuius qui quilias euerrere
solet, de Prosperi sede & ordine doctè dis-
ruiſſe, qui tot tamque enormia admiserit
scelera vix centum Mastigohoris pro rei indi-
gnitate sat dignè vindicanda.

*Sententiarum ex operibus Diui Augustini ex-
cerptarum Liber*, 388. numero comprehendus,
tum ex iis, quæ supersunt; tum ex aliis, quæ
iniuria temporum aut posterorum incuria pe-
rierunt.

*Epigrammatum liber ex sententiis eiusdem S.
Augustini*: sunt omnino 98.

*Ad uxorem metrum Anacreonticum cum Ele-
giaco*. Ven. Beda libro de Arte metrica I. quo
vſus est Prosper Tyro in principio exhortatio-
nis ad coniugem, &c.

De Providentia Divina opusculum Heroi-
cum cum Prologo Elegiacis versibus decur-
rente. Ioannes Hessels, Io. Oliuarius, alii-
que iam obseruarunt non videri Prosperi,
quòd Pelagianæ doctrinæ in quibusdam capi-
tibus faueat, à qua longè abfuit semper fortis-
simus Aug. assertor Prosper. Idem quoque non
improbabiliter censuerunt annexum fuisse
opusculum illud Poëmati de Ingratis, non
quod initio Prosperi existimatum sit, sed vt
remedio venenum conferri posset; ne, cum ef-

ſet

ſet pernicioſum, ſuo careret antidoro, ſi ſe-
iunctim legeratur.

*In obſeruationem Augustini Episcopi Epi-
grammata duo.*

*Epitaphium Nestoriana & Pelagiana here-
ſeon.*

*De Ingratis, αὐτῶν αἰσῶν, aduersus Pelagia-
nos, Poëma Heroicum, cum breui præfatione,
& argumentis capitum ſingulorum.*

*Commentarius in Psalmum centesimum & Se-
quentes vsque ad 150.*

De vocatione omnium Gentium libri duo. De
his magna viget hoc etiam tempore controuer-
ſia: etſi enim vix vllus reperiatur, qui modò
S. Ambrosio Mediolanenti Archiepiſcopo tri-
buat, cuius inter opera olim inferebantur, at-
que omnes fermè Prospero Aquitano vindi-
cent, Ioannes tamen Latus, vt ferunt,
neque enim vidi, libri 2. de Semipelagia-
nis capite tertio adſignare maluit Hilario (qui
malè Arelatenſis dicitur) S. Prosperi in de-
fenſionem S. Augustini aduersus Maſſilienſes
Pelagianorum reliquias ſocio, cuius extat epi-
ſtola ad S. Augustinum, cuiusque honorifica
mentio in S. Cæſtini Papæ miſſa ad Gallos
Epistola reperitur. Voſſius verò in Historia
Pelagiana propendere potiùs videtur in Pro-
ſperum Aurelianenſem Episcopum, qui libros
illos duos conſcripſerit, ob nominis ſimilitu-
dinem & argumenti communionem inter A-
quitani Prosperi ſcripta ab amanuenſibus po-
ſtea confuſos. Non eſſe verò Prosperi pro cer-
to habet, quamuis & phraſis ac ſtylus ad Pro-

R

sperianum omnino accedat, & in antiquissimis exemplaribus MSS. habeantur nomine Prosperi, quod illius auctoris sententia non videatur ex amissim quadrare cum doctrina Prosperi, & quod in explicanda Prædestinatione mediam quamdam viam, quæ postea in scholis Theologorum Catholicorum dominata est, videatur amplexus. Verùm hæc relinquenda videntur disquisitioni eruditorum Theologorum, quorum est ista diligentius perferuari, & efficere, ne sententia Prosperi ab Augustiniana diuellatur.

Ad sacram Virginem Demetriadem Epistola una post scriptam ad eandem à Pelagio epistolam, quæ extat, & damnatam Pelagianam hæresim: cui in Louaniensi, Duacena, Coloniensi, aliisque posterioribus editionibus insulse præfixus est ac falsò additus iste titulus: Prosper Episcopus sacre Virgini Demetriadi. Esto enim fatendum esset, ad Episcopales insulas sub vitæ finem prouectum fuisse Prosperum, nemo tamen Ecclesiasticæ peritus Historiæ concedet vniquam, cum hæc scripta est à Prospero epistola, illum iam tum Episcopi dignitate fuisse insignem. Hæc porò epistola Prospero restituta est cum olim Ambrosio tribueretur, & inter eius opera delitesceret cum libris de Vocatione gentium.

Ad D Augustinum epistola de reliquijs Pelagiana hæreseos, de qua, eiusque focij Hilarij Lici perinde hominis epistolis iam dictum est supra.

Cælestini Papæ pro Prospero & Hilario de

Gratia Dei epistola ad quosdam Galliarum Episcopos.

Canones Concilij Arausiaci II. quod falsò dicitur celebratum circa tempora S. Leonis I. Papæ, sed anno dumtaxat Christi 529. post ipsius S. Leonis Papæ obitum fermè 70.

Ex Gennadio cap. 88. Catalogi v. Victorius Aquitanus & ex S. Isidori Origl 6. c. 17. constat post Hippolytū, Eusebium & Theophilum cōposuisse Prosperum atque editisse Paschalem cursum, de quo plura Bucherius noster cap. sexto Commentariorum in Victorij Canonem Paschalem: vbi etiam de Regionis ac Aurelianensi Episcopo nonnulla præmisit & ab iis atque Aquitano Prosperum Tyronem, cuius Beda meminit, omnino distinguit.

Idem Gennadius cap. 84. docet se legisse Chronica Prosperi nomine prætitata, contentia à primi hominis conditione iuxta Diuinarum scripturarum fidem, vsque ad obitum Valentiniani Augusti, & captiuitatem Vrbs Romæ à Genserico Vandalorum Rege factam. Hoc idem ex Victorij Prologo ad Canonem Paschalem supra laudato, aliisque Veterum testimoniis manifestum fecimus aliàs, nec quisquam tam apertæ veritati refragari audebit impostero.

Integrum illud Prosperi Chronicon ab Adami Mundi que ortu ad annum 455 cum adnotatione Consulium Romanorum à duobus Geminis Consulibus & anno Christianæ Æræ 28. vsque ad Valentiniani Augusti VIII. & Anthemij Consulatum, hæcenus maxima sui parte mu-

tilum atque à pluribus promissum & ab omnibus diu desideratum publicam in lucem emisimus Tomo I. Nouæ Biblioshecæ MSS. Librorum Parisiis ex Officina Cramoisianna anno superiori.

Consulare verò, seu *vulgatum*, quod antea dicebatur, *Prosperi Chronicon* Eusebiano eiusque Appendici Hieronymianæ ab anno 379. ad 445. Valentiniano Aug. VI. & Nonio Coss. in præcedentibus editionibus adiungi solitum, primus additis decem annorum periochis vsque ad annum 455. & captam à Gensericò urbem ex codicibus MSS. RR. PP. Sirmondi atque Chiffletij vulgavit Andreas Duchesnius Tomo I. Historicorum cœtaneorum Franciæ.

Nos quoque *Pithæanum*, quod & *Imperatorium* dici potest quoddam per annos Augustorum neglectis Consulibus progrediatur, *Prosperi Tyronis Chronicon*, à V. C. Petro Pithæo an. 1588. primum publicatum, & à Scaligero, Duchesnio, aliisque non omissum, subiecimus, ne quid desiderari posset, iterum ad celeberrimi Cænobii S. Victoris exemplar MS. exactum & quibusdam in locis emendatum. Sunt qui hoc vltimum Prospero abiudicent. Ego verò, quamuis fuisse ex scriptorum incuria aut interpolatorum audacia in plerisque corruptum non negem, non video cur idem Prosper Pithæanæ appendicem Hieronymianæ non potuerit submittere, ac deinde proprium Chronicon conscribere ab initio Mundi vsque ad prædictam Romanæ captiuitatis metam. Sed

de his præter Sirmondi in Historia Prædestiniana atque Ægidij Bucherij in laudatis Commentariis sententiam cuius obuiam, aliorum quoque Virorum doctorum expectatur iudicium. Atque vt manum de Tabula tollam, nec de vno Prospero plures paginas impleam, ad finem breuiter maneo editam fuisse anno 1619. post Eugenij Toletani opuscula à Sirmondo nostro *Tironis Prosperi Aquitani Confessionem* ex codice Bibliothecæ Vaticanæ, quam reperi quoque Tomo XV. Bibliothecæ Morellianæ pag. 814. Verùm ex editione Parisiensis Pithæi, quæ nulla, quod sciam, fuit; neque sanè illius mentio in Collectione operum Pithæi à Carolo Labbæo Biturige I C. publicata; vt meritò inter *μυμωδιστὰ ἀμαρτυρῶν* recenferi debeat cum pluribus aliis, quæ Bignæanæ Bibliothecæ amplificatores admiserunt.

Prudentius.

Bell. pag. 157.

AVRELIVS Prudentius Clemens V. C. Hispanus, Miles Palatinus, (sunt qui Virum Consulare atque Vrbi Romanæ Præfectum vocitent) Poëta Christianus, natum se canit anno Christi 348. Philippo & Salia Coss. atque in eadem Præfatione in Cathermerinon quam anno 405. scribebat Stilicone & Aureliano Coss. attigisse fatetur annum ætatis 57. Quandiu autem postea vixerit N. L. De eo Gennadius cap. 13. Catalogi, qui ex operum eius lectiōne Palatinum fuisse Mili-

tem agnouit, Walafridus Strabo de rebus Ecclesiasticis capite 25. vbi inter Hymnographos memorat, vocatque Hispaniarum scholasticum, Io. Trithemius, Aldus Manutius senior, Lilius Gyraldus, Antonius Possseuinus, Ger. Io. Vossius, aliique.

Opera eius sæpius edita sunt post Aldi Venetam editionem anni 1501. Ego ordinem sequar editionis Antuerpiensis Plantiniana tum anni 164. & aliquot sequentium annorum cum Theodori Pulmanini Cranenburgij emendationibus & notis, atque aded Commentario Victoris Gisellini Stanfordensis.

Psychemachia, siue de pugna animi. Ioannes Sichardus in hoc & tria sequentia opuscula notas edidit. Operam quoque suam in emendandis Prudentij Poëmatibus Georgius Fabricius Chemnicensis impendit. Quin & ipse Desiderius Erasmus Hymnos de Natali pueri Iesv & de Epiphania Commentariis illustrauit tum seorsim, tum in Bibliothecis Veterum Patrum excusis, & Iacobus Spiegelius in Hymnos ad omnes Horas de Miraculis Christi adnotationes scripsit.

Catemerinon, siue Diurnarum rerum opus.

Peristephanon, siue de Coronis Martyrum.

Apotheosis, siue de Diuinitate.

Hamartigenia, siue de Origine peccatorum.

Libri duo contra L. Aurelium Auionium Symmachum Urbis Romane Præfectum, qui pro

Ara Victoria ac veteri Deorum cultu differuerat.

*Enchiridion Veteris & noui Testamenti, Græcè & duplici veluti cibo appellatum, vel vt contendit Giffanius Sinoxer de quo etiam si quidam dubitarint quod cultius aliis operibus videatur & Amæno cuidam ignoto præfiscipos Poëtæ cum Georgio Fabricio tribuerint, aut Sedulio cum Ioanne Sichardo; Giselinus tamen ex fide MSS. codicum & excusorum, quosquidem viderat, Prudentio asseruit post Gennadium, qui id apertè proficitur. Addit deinde stylum, verba, sententias, phrasas, allegorias, traductiones, omnia denique Prudentium sapere, redolere, loqui. Certè probare nequeo diuinãdi pruriginem in Melchione Goldasto qui duos Prudentios comminiscitur, & Amænum domo Hispanique prænomen Prudentij habuisse, maiorisque Prudentio Sinoxerou fuisse arguatur. Quodque intulerandum videtur Gennadium illorum è *μυστικῆ* delusum non potuisse amborum discernere opuscula. Sed de eo Perkinsio, Coco, Hospiniano; Riueto, aliisque; Heterodoxis plura in Examine. Interim obleruet Lector, verba appëdicis Belgicæ ad indicem Romanum: Annotationum seu Commentariorum in Prudentium anno 164. in quibus ad lib. Hamartigeniæ, *Itane è Prudentis*, corrigatur iuxta recognitionem ab ipso auctore editam: ne in alieno opere nimis curiosi sint Heterodoxi.*

R.

Rabanus Maurus.

Bell. p. 163.

MAGNENTIVS Hrabanus Maurus, siue vt alij, Rabanus Maurus Magentius aut Magentius, quod vltimum fortè illi à patria adhæsit, Magentiæ enim siue Moguntia natum se atque renatum in Epitaphio clarè insinuat : deinde Fuldæ à puero Monachus, Alcuini discipulus & post Egilem an. 821. defunctum eiusdem celeberrimi in Buchonia filua à S. Bonifacio ædificati Monasterij Abbas suo tempore eruditissimus. Demum iam senior post Otgarium die Dominica 26. Iunij anni 847. electus Moguntinus Archiepiscopus, obiit die 4. Februarij anni 856. Ludouico Lotharij filio imperante, regnantibus verò Ludouico in Germania & Carolo Caluo in Gallia Ludouici Pij filijs, cumque ad S. Albanum Moguntia sepultus fuisset, translatus deinde fuit in Saxoniam. De eo Annales Fuldenfes à Pichæo primùm editi, Hincmarus contra Godescalcum, Lupus Ferrariensis ep. 40. quâ, cum Reuerendissimum Patrem eximiamq; præceptorem suum appellat, innuitque sarcina administrationis in Hattonem imposita diuinis vacare rebus, S. Odilo in sermone de sancta Cruce, Hermannus, Marianus & Lambertus Schafnaburgensis in

Chronicis, Siebertus cap. 89. de Viris Illustribus, Honorius August. libelli 4. de Luminaribus Ecclesiæ cap. 4. Rudolfus Presbyter & Monachus, qui magistri sui vitam scriptit quæ extat, atque vt plures alios omittam, Io. Trithemius, qui eius quoque vitam scriptit ac de operibus egit tum in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, tum in Catalogo Illustrum Germaniæ Scriptorum, tum in opere de Viris Illustribus Ordinis S. Benedicti. necnon in Chronico Hirsaugiensi, Beatus Rhenanus, Sixtus Senensis, Baronius, Possuinus, Arnoldus Wion, Nicolaus Serarius in Moguntinis Præsulibus, & Christophorus Browerus in Fuldensi Historia : quibus iungat Leætor, nuper cælo transmiffum Ludouicum Cellotium nostrum in Appendice ad Historiam Godescalci.

Omnia eius opera quotquot potuerunt reperiri sex Tomis Colonia typis Antonij Hierati anno 1627. edita prodierunt ex schedis Iacobi Pamelij, studio atque opera Georgij Couenerij Duacensis Academiz Cancellarij.

Tomo I. continentur

Post vitam Rabani à Rodulfo eius Presbytero, atque à Io. Trithemio editam.

Excerptio de arte Grammatica Prisciani.

*De Vniuerso libri 22. siue Etymologiarum opus ad Ludonicum Regem, de proprietate verborum, & rerum mysticarum significatio-
ne, ex editione antiqua.*

De laudibus sanctæ Crucis libri duo : partim prosâ, partim carmine ingeniosissimo atque operosissimo, quod opus anno 843, scriptum auctore Gregorio IV. Papa ad eius successorem Sergium IV. missum est, de quo Annalium Fuldensium conditor ad annum 844. Hrabanus Sophista & sui temporis Poëtarum nulli secundus, quem de laude sanctæ Crucis Christi figurarum varietate distinctum difficili & mirando poemate composuit per Afericum & Hruodbertum Monachos Monasterij Fuldenfis Sergio Papæ sancto Petro offerendum transmisit. Iacobus Wimphelingius Selestinus anno 1501. edendum curavit Phorcæ in Germania apud Thomam Anselmum quod deinde anno 1605. Augustæ Vindeliorum iterum fuit excusum.

Tomo II. continentur

Commentariorum in Genesim libri quatuor, ad Freculfum Lexouiensem in Neustria Episcopum, cuius præmittitur epistola.

In Exodum libri totidem, ad eundem Freculfum.

Expositionis in Leuiticum libri septem, ad eundem: subiecta eorundem Commentariorum in Leuiticum Epitome, auctore Strabo Fuldensi eius discipulo.

In librum Numerorum libri quatuor, ad eundem Freculfum Ep.

In Deuteronomium libri 4. ad eundem.

Tomo III. continentur

In librum Iudicum libri duo, ad Humbertum Episcopum, cuius præmittitur Epistola.

In librum Ruth liber vnus.

In quatuor libros Regum libri quatuor, ad Hilduinum Abbatem & sacri Palatii Archicapelanum.

In duos libros Paralipomenon libri quatuor, ad Ludouicum, non Imperatorem, vt editio Colonienfis habet, sed Regem Germaniæ Lud. Imp. filium.

In librum Iudith liber vnus cum Præfatione metrica: subiungitur Iacobi Pamelij in eundem librum Commentarius.

In librum Esther, ad Reginam nobilissimam Emmam, vt arbitror, Ludouici Regis Germaniæ vxorem.

In Cantica, qua ad Matutinas laudes per septimanam dicuntur, ad Ludouicum Germaniæ Regem.

In Prouerbia Salomonis libri tres.

In librum Sapientie libri tres, ad Otgarium Archiepiscopum Moguntinum.

In Ecclesiasticum libri decem, ad eundem Otgarium.

Tomo IV. continentur

In *Jeremiam Prophetam comprehensis eius Lamentationibus sive Threnis libri triginta.* Commentarius autem ille in Threnos falso ab aliquibus S. Hieronymo tributus, verè est Rabani, vt bene Bellarminus & alij.

In *Ezechielem Prophetam libri viginti ad Lotharium Imperatorem*, cuius præit epistola ad Rabanum.

In *Machabæorum libros duos*, cum duobus Prologis, primo ad Ludouicum Germaniz Regem; altero ad Geroldum sacri Palatij Archidiaconum.

Tomo V. continentur.

Commentariorum in Matthæi Euangelium libri octo, ad Haistulfum Archiepiscopum.

In *Quatuordecim S. Pauli Epistolas libri triginta ad Samuelem Episcopum*, quos rogante Lupo postea Abbate Ferrariensi ex variis SS. PP. flosculis confecerat. Editæ sunt eiusdè Rabani ad vtrumque epistolæ, quibus præmissus est Iacobi Pamelij commentariolus in epistolam ad Philemonem.

Homilia super Epistolas & Euangelia, à Natali Domini vsque ad Vigiliam Pasche numero 61. ad Haistulfum Archiepiscopum. Quibus adduntur multæ aliæ Homiliæ de Sanctis & variis virtutibus.

Homilia super Epistolas & Euangelia à Vigili-

lia Pasche vsque ad XV. Dominicam post Pentecosten, tam de Tempore, quam de Sanctis, numero 91. ad Lotharium seu Ludharium Imperatorem.

Homilia de Euangelio, Liber Generationis IESU CHRISTI filij Dauid.

De septem signis Natiuitatis Domini, breuissimus Tractatus.

Allegoria in vniuersam Sacram scripturam, à veteri MS. descripta.

Tomo VI. continentur

De Clericorum institutione & ceremoniis Ecclesie libri tres ad Heistulfum Archiepiscopum præmissio eiusdem Hrabani epigrammate ad Fratres Fuldenses, conscripti anno Incarnationis Domini 819. vt subiecti versus doceant omitti aut aliò translati in editione Coloniensi anni 1627

Nam est nonus decimusque cætingentesimus annus,

Ex quo Saluator venit in arua pius.

Abbas namque mens, vestèrque fidelis amicus.

Egil hac voluis reddere dona tibi.

Certè Heistulfi atque Egilii mentio id facillè persuadent.

De sacris Ordinibus, Sacramentis diuinis & Vestimentis Sacerdotalibus liber unus, ad Thiotmarum. In multis conuenire cum libro primo de Institutione Clericorum rectè monuit editor.

De disciplina Ecclesiastica ad Reginaldum libri tres : quorum primus est de sacris Ordinibus. Secundus de Catechismo & Sacramentis diuinis. Tertius de agone Christiano agens de virtutibus & vitiis. In duobus prioribus capita quædam in margine notantur, quæ cum libris de institutione Clericali conueniunt.

Libri tres ad Bonosum Abbatem. Primus de videndo Deo. Secundus, de puritate cordis. Tertius, de modo Pœnitentiæ.

De Questionibus Canonum Pœnitentialium ad Heribaldum libri tres. Primus continet Regulas de Ministris Ecclesiæ si deuiauerint, cum adiunctis Epistolis Hormisdæ Papæ, Ildori, & aliorum : Secundus de Pœnitentiæ satisfactione : Tertius de pœnitentiis Laicorum.

De Vitiis & Virtutibus, de peccatorum satisfactione & remediis, siue pœnitentiis libri tres.

Pœnitentium liber vnus, ad Olgarinum Moguntinum Archiepiscopum, qui veluti præcedentium Tractatum quoddam compendium est.

Quota generatione licitum sit matrimonium epistola ad Humbertum Episcopum.

De Consanguineorum nuptiis, & de Magorum præstigiis falsisque diuinationibus, ad Bonosum liber vnus.

De anima & virtutibus, ad Lotharium Regem opusculum.

De ortu, vita, & moribus Antichristi Tractatus.

Hrabani Mauri Martyrologium, ex Tomo VI. Antiquæ Læctionis V. C. Henrici Cansij Nouiomagenis.

Pœmata de Diuersis, per Christophorum Browerum doc. IESV Theologum Moguntiz edita, cum eiusdem scholiis.

Commentaria in Regulam S. Benedicti. Rectè tamen monet Theophilus in Erotematis non esse Rhabani, tum quod bene multi, qui operum eius indices texerunt, nullum agnoscunt Commentarium Rabani in Regulam S. Benedicti, tum quod Aimoinus sermone de S. Benedicto disertè tribuat alteri : Smaragdus, inquit, expositionem in ipsius Regulam commentatus hos præmisit versiculos.

Quisquis ad æternum manum concedere regem, &c. quod est initium carminis præfixi huic expositioni recens Rabano suppositæ.

Glosse Latino-Barbarice de partibus Humani corporis, ex Tomo II. Rerum Alamannicarum Melchioris Goldasti Francofurti ad Mœnum edito anno 1606.

De Inuentione linguarum, ab Hebræa usque ad Theodiscam, & notis antiquis, ex eodem Alamannico Tomo.

Iis verd Coloniz impressis addendæ sunt Tres eiusdem Rabani Archiep. Moguntini Epistola de Prædestinatione Dei I. ad Hincmarum Archiep. Rhemensem. II. ad Notingum Episcopum Veronensem. III. ad Eberardum Comitem in Italia, aduersus prauam doctrinam Gotescalci Orbacensis Monachi gyrouagi arque hæretici, quas publici iuris fecit anno 1647.

Parisiis in 8. apud Cramosios fratres RR. Iacobus Sirmondus Soc. I E S V Vsserius quoque nonnulla suggereret ex Centuriis Magdeburgensibus deprompta paginis 40. & 47. Historiæ Gottescalcanæ.

Numerantur & alia plura, quæ quantumvis diligenter quæsitæ fuerint, nancisci tamen non potuit Colucnerius: vt ipse conqueritur.

Radenicus.

Bell. p. 314.

RADEVICVS Canonicus Frisingensis, atque Ottonis eiusdem Ecclesiæ Episcopi Sacellanus & familiaris, qui morienti adfuit, inchoatum ab illo Ottone *de Rebus gestis Frederici Imperatoris* opus perfecit, eique quatuor annorum Historiam ab an. 1157. ad 1160. adiecit cui adiacet Appendix an. vndecim ab anno 1160. ad 1190. cum Epistola *de Asiatica eiusdem Frederici Barbarossæ Expeditione in Terram sanctam atque obitu die 10 Iunij an. Christi an. 1190.* Vide rerum Germanicarum Christiani Vrtilij Tomum & quæ supra diximus in Ottone Frisingensi.

Radulfus Flaviacensis.

Bell. p. 274.

RADVLVVS, Flaviacensis, siue vt apud Albericum mox citandum & in MS. codice Abbatiz S. Germani de Pratis scribitur, Flaicensis, Monachus non ignobilis in diocesi Bellouacensi cœnobij fuit, quod à S. Germeræo cognominari vulgò solet *S. Germer de Flaix*: ideòque manifestè hallucinatos fuisse patet,

patet, qui teste Trithemio, eiusque exscriptoribus Sixto, Possuino, aliisque, Fuldensem in Germania Monachum aut Congregationis Luxouienis fuisse scripserunt. De eius ætate non consentiunt auctores moderni, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis meminerunt Trithemius eius ætatem non designat expressis verbis, sed postponit Stephano Leodiensi Episcopo, cui an. tribuit 910. & præmittit Witichindo Monacho Corbeiensis in Germania cœnobij, cui annus assignatur 950. Verùm Trithemij, vt norunt omnes, etiam cùm nominatim annos exhibet, sæpe sublesta est fides. Gesnerus eiusque breuiator Simlerus silent. Genebrardus pag. 571. editionis Parisiensis anni 1585. libro quarto Chronographiæ sub annum 997. exeuntis Decimi à Christo nato sæculi hæc habet: Radulfus, vt ipse significat libro 20. capite I. in Leuiticum: qui & scripsit Historiam Regum Francorum & breue Chronicon. Verùm toto illo capite ne verbum quidem quo eius ætatem indagare liceat, Sixtus Senensis, quem sequuti sunt pro more Possuinus, Bellarminus, Miræus atque Gualterius, annum ei signatè vindicauit 910. siue ab Onuphrio vel Eisingrenio id mutuatus sit, quod quidam volunt, siue ex coniectura ac turbatis Trithemij rationibus hauserit. Verùm omnes illos opinione sua falsos fuisse docet Albericus Trium Fontium Monachus Ordinis Cisterciensis, qui anno 1240. vivebat, scribebatque Chronicon, quod editioni paratum habemus. In eo ad annum Christi

1157. ex Helinando Frigidi Montis in eadem Bellouacensi Diœcesi Monacho ista habentur auro contra non cara; quibus à Trithemio aliisque hæctenus sparsæ tenebræ discutuntur: *Florebant hoc tempore quidam viri venerabiles quorum vnus Zacharias Chrysopolitanus, &c. & Radulphus ille Niger Monachus Flaiensis in territorio Bellouacensi fecit opus super Leuiticum per viginti libros dispositum, quod prædicatur & probatur magnificum. Elinandus. Viderat Chronicon hoc Dauid Blondellus, idèoque in Tractatu de Ioanna Papissa Radulphum Flauiaci Monachum, non ad sæculum X. sed ad XII. reulit, in eo dumtaxat allucinatus, quod eo anno 1157. defunctum fuisse referat, cum tamen Albericus illo dumtaxat tempore floruisse asseruerit. Samuel Marefus pro ea, qua semper laborauit, Historiæ, Chronologiæ, ac eruditarum Artium ignorantia, Matæologiæ Calvinisticæ quisquiliis vnde quaque corradendis semper intentus in Examine Famosæ Quæstionis de Papa scæmina Symmystam suum Blondellum impugnare non est veritus, eique putidiùs insultando Radulphum ad sæculum Christi decimum reuocare. Verum in eo aliisque quamplurimis capitibus errauit, quæ modò breuiter persequor. I. quod inuentis frugibus ad glandem iterum redierit. Esto enim Trithemio, Eisingrenio, Onuphrio, Gualtero, Genebrardo, Bellarmino, & quos citare prætermisit, Sixto, Possuino, Miræo, aliisque compluribus, mihi que ipsi, parachronismus iste condonandus sit, nondum sole*

veritatis alluente, at eo iam exorto graue sæculus est in tenebris diutius permanere: & Alberico Trium Fontium Monacho, qui centum annis post Radulphum dumtaxat scripsit, ipsique aded Helinando, qui Radulphum videre potuit, & cum eo in eadem diœcesi Bellouacensi aliquamdiu commorari, fidem abnegare. Floruit autem Radulphus anno 1157. Helinandus iam senior erat anno 1212. Albericus Chronicon perduxit vlque ad annum 1241. ergo testibus modò vtimur, aut coætaneis, aut supparibus, nec ad Trithemium, qui nihil de ea re affirmat, aut eo posteriores scriptores confugere cogimur, qui post Radulphum elapsis aliquot sæculis scripsisse noscuntur. II. quod verbis Genebrardi paullò obsecurioribus delusus iisque contentus capit illud primum libri 20. Explanationis in Leuiticum consulere neglexerit, in quo nihil omnino reperitur quo ad vnum potius quam ad aliud sæculum referri possit Auctor illorum Commentariorum. III. quod solita dicendi temeritate abreptus hæc subiungat non vno, si viueret Blondellus, lumbifragio punienda: Verùm in ætate (Radulphi) assignanda ex Alberico Bergomensis Decretorum Commentatore impositum memoriosissimo aliàs Blondello homonymia vocis: nam iuxta Coccium & Compilatores Bibliothecæ Patrum, vixit XII. sæculo alter Radulphus dictus Radulphus de Riuo Decanus Tungrensis, cuius liber *de Canonum obseruantia* extat Tomo X. Bibliothecæ Patrum vltimæ editionis: & quàm certum est

hunc Radulfum de Riuo eum esse cuius meminit Albericus, tam præposterè illum confundens cum Radulfo Flauiacensi cognomine, vita, patria, sede, conditione, tempore planè alio, vt prius Tongri sint Bellouacum migraturi, quàm probari possit ex Alberico contra ipsiusmet Flauiacensis testimonium & constantem omnium qui eius meminerunt sententiam, Radulfum Flauiacensem anno 1157. mortuum fuisse. En quot monstra peperit Temerario in scribendis effutiendisq; quæcumq; in calamum buccamque venerint ardori iuncta rerum ad Historia spectantium inscitia? I. Albericum Trium Fontium Monachū VV. CC. Duchesnio, Buchetio, Dominicoy Chiffetio, aliisque Hist. Franciæ viris consultissimis notissimum ac sæpe citatum in Albericum de Roxate, à patria Bergomensem vulgè dictum, transformat. II. Radulfum de Riuo Decanum Tungrensem optimis sanè ducibus ac Chronologis vsus Iodoco Coccio & Compilatoribus Bibliothecæ Veterum Patrum ad sæculum Christi XII. reuocat circa annum 1157. cum vixerit anno Christi 1403. ineunte sæculo Christi XV. III. quod ab Alberico citatum velit fuisse Radulfum de Riuo, qui necdum fortè natus erat aut ex ephebis exierat cum vigeret anno circiter 1350. Albericus ille Bergomensis. Taceo, quod vrgere aliàs fortè licebit accuratius, anno Christi 910. quo Flauiacensis collocatur Radulfus, excisum iam ab aliquot annis Flauiacense sancti Geronii cænobium & à Normanis prædonibus

direptum in ruderibus & parietibus iacuisse; donec à Drogo Bellouacensium Antistite an. 1035. restitueretur. Tacenda quoque arbitror quæ in Pseudopapissa peccauit, & alia ferè infinita. Quid enim facias homini, qui Andabatarum more de ignotis sibi rebus differere non reformidat, & vltra crepidam instar male consulti fatore excurrere.

At hæc de ætate Radulfi nostri iam satis: quo enim obierit anno non liquet. Extant in Colonienfi Bibliotheca Veterum Patrum & seorsim excusi Coloniæ anno 1536. apud Quentelium & Eucharium Ceruicornum.

Commentariorum in Leuiticum libri viginti, quibus, iudice viro in censendis sacre Scripturæ Interpretibus exercitatissimo Sixto Senensi, ita disertè, piè & eruditè omnia huius libri mysteria tam secundum sensum Historicum, quàm secundum spiritualem sensum explicauit, vt in comparatione eius ceteri eiusdem libri Expositores minimè exposuisse videantur. In MS. codice Monasterij S. Germani Pratensis, quem videre contigit, hæc præmittuntur: Incipit Prologus Domni Radulfi Flaicensis Monachi in Tractatu Leuitici: & ad calcem: Explicit liber vicefimus Explanacionis super Leuiticum editæ à Radulfo Flaicensi Monacho Doctore præcipuo & eximie conuersationis viro.

Scripsisse quoque dicitur in *Epistolas S. Pauli libros 14. pro numero Epistolarum, Historiam Francorum, breue Chronicon*, & alia quædam, quæ nec reperiuntur in Bibliothecis illis

Veterum Patrum nec alibi excusa fuisse me-
mini. Immo & Miræus addit, putari à non-
nullis omnes fere Veteris ac Noui Testamen-
ti codices illustrasse, quod vix crediderim, præ-
sertim cum de Commentariis illis Albericus,
Trithemiusque tacuerint. De Radulfo Arden-
te, quia mentionem non fecit Bellarminus,
differemus in Alteram Partem, vt de Radulfo
Riuensi, aliisque eiusdem nominis Viris eru-
ditis.

Raymundus Iordanus. Vide Idiota.

Raymundus Lullus. Bell. p. 359.

DE hoc ingens inter Scriptores rixa: aliis
cum inter Hæreticos recensentibus, aliis
suspectum de fide multisque implicatum er-
roribus, atque histrionem, perditæque memo-
riæ virum infamantibus, aliis denique, non
tantum eius absolutioni subscribentibus, sed
etiam vt Martyrem Doctoremque Illumina-
tum deprædicantibus. Obiisse dicitur in ora
Mauritanæ lapidibus appetitus anno ætatis
80. die 26. Martij anni 1315. vnde postea
delatus in Balcariam primariam Insulam
Maioricam, vt Sanctus, & pro fide Martyr
colitur ab incolis. Vitam eius atque apologiam
scripserunt Lucas Waddingus in Annalibus
& Bibliotheca Ordinis Minorum, Deruicius
Thadæus in Nitela Franciscanorum, Nico-
laus Caussinus noster in Aula sancta, Guillel-
mus Colletetius inter Poetas nostræ ætatis
vir eruditus, & alij, qui asperfas nomini Lul-

liano ab Abrahamo Bzouio in Annalibus Ec-
clesiasticis & quibusdam aliis hæreseos, erro-
rumque maculas diluere moliti sunt. Viden-
di quoque de eo Carolus Bouillus, Spondanus,
Odoericus, Vasquez in primam partem S.
Thomæ, Franciscus Penna in Notis ad Dire-
ctorium Inquisitorum Eymerici, Andreas
Schottus in Bibliotheca Hispanica, Ioannes
Imperialis in Musæo Historico, Io. Mariana
& ex eo Miræus, Arturus à Monasterio,
Theophilus Raynaudus, &c. quorum pleri-
que obseruant Raymundo Lullo Balcario, de
quo agimus, posteriorem fuisse alterum Ray-
mundum Lullum iuniorem, dictum de Tarra-
ga, siue Neophytum, qui cum è Iudæo con-
uersus ad fidem Christianam & Ordinem Præ-
dicatorum ingressus in plurimos errores inci-
disset, Gregorij XI. Papæ iussu examinatus,
ac damnatus est, eiusque libri flammis addi-
cti. Idem Waddingus libros eiusdem Lulli
Maioricensis quem Tertiarius Ordinis S. Fran-
cisci accenset, in varias classes distinxit, quam-
uis non satis in omnibus accuratè MSS. ab
editis discreuerit, & loca impressorum ac
tempora adsignauerit. Sunt autem hi:

Generales Artium libri.

Logicales libri.

Philosophici, seu melius, Physici.

Metaphysici libri.

Variarum artium libri.

Medicina libri.

Iuris vtriusque libri.

Libri spirituales & contemplationis.

Prædicabiles libri.

Quodlibetici, seu variarum rerum libri.

Disputationum variarum seu Controversiarum libri.

Suspecti, quique sub nomine Lulli falsò circumferuntur, vt nominatim *Liber de Inuocatione Daemonum*, qui teste Eymérico in Directorio, dicitur esse Raymundi Lulli iunioris siue Neophyti. Plura de scriptore illo nonnulli taxat exaratis, siue prælo typographico hætenus commissis differenda offeret fortè nobis commodior aliqua opportunitas. Hæc interim sufficiant non ex vno fonte deriuata in tuos, si voles, vsus.

Raymundus de Penna forti. Bell. p. 347.

RA X M V N D V S de Penna seu Rupe Forti, Gallicè *de Rochefort*, patria Barcinonensis, (sunt quoque qui ex stirpe Regum Aragoniæ oriundum velint) Ordinis sancti Dominici Prior Generalis Tertius, Iuris vtriusque præsertim Pontificij scientissimus, oblatum sibi à Gregorio IX. cuius Capellanus & Pœnitentiarius fuit, Archiepiscopatum Tarraconensem respuit, multisque pro Ecclesia atque Ordine suo functus laboribus, plenus dierum, obiit Barcinone, miraculis clarus, ipso die Epiphaniæ 6. Ianuarij anni 1275. & à Clemente VIII. anno 1601 inter Sanctos relatus. Henricus Gandauensis cap. 48. Catalogi, natione Prouincialem vocat,

cùm fuerit Catalanus, quod ex illius temporis consuetudine profectum pauci norunt. De eodem S. Antoninus Archiep. Florentinus, Leander Albertus, Antonius Senensis, Franciscus Diegus, Franciscus Penna, Antonius Vincentius Domenecus & alij quamplurimi qui de Ordine Prædicatorum eiusque sanctis atque Illustribus Viris commentarios scripserunt.

Libros V. Decretalium ex Antiquis Collectionibus Epistolarum ac Responsorum Romanorum Pontificum collegit, multisque hincinde recisis (conqueruntur nonnulli multa fuisse sublata quæ ad honorem Galliæ spectabant) in ordinem per titulos & Capita digessit, quos Gregorius IX. Romanus Pontifex probauit, & ad Vniuersitates Parisiensem & Bononiensem misit Auditoribus prælegendos, vt patet ex epistola, quæ data dicitur anno 1230. Cur Extrauagantes, vel Nouum ius Gregorij, passim dicantur, obuium est omnibus Iuris Canonici studiosis.

Extat quoque eius *Summa*, dicta Raymundina, *de Casibus pœnitentialibus*, audientibus Confessiones valdè necessaria, inquit Henricus à Gandano, quæ cum olim tam vulgata esset, vt à nemine ignoraretur, postea tamen tenebris sepulta ex MSS. codicibus eruta est, & in quatuor libros distincta Romæ anno 1603. apud Ioannem Tallinum excusa hoc titulo: *Summa de Pœnitentia & Matrimonio* cum Glossis Ioannis de Friburgo Lectoris eiusdem Ordinis Dominicani. Hanc verò

composuisse perhibetur iussu Fratris Sugerij primi Prioris Prouincialis Ordinis Prædicatorum in Hispania ad informationem & directionem Fratrum & omnium audientium confessiones, vt consilia salutaria contentibus possint dare.

Nescio quis iam ab anno 1502. Coloniz imprimendam curauerat breuem Summulam ex maiori Raymundina contractam hoc initio.

Summula de summa Raymundi prodiit ista.

Remigius Autissiodorensis. Bell. p. 272

REMIGIVS in Abbacia sancti Germani Autissiodorensis Monachus O. B. vixit extremo sæculo Christi IX. & à Fulcone, qui post Hincmarum ab anno 882. vsque ad 899. Rhemenis fuit Archiepiscopus, ad scholas instaurandas Durocortorum Remorum primariam urbem euocatus est, vt testatur Flodoardus. Canonicus libro 4. Historiz suæ Rhemenis cap. 9. De eodem Sigebertus Gemblacensis cap. 123. ex quo etiam ætatem eius discas cum ait respondisse Gualoni Aduorum Episcopo interroganti de duabus quæstionibus, Auctor vitæ Ioannis Gorziæ Abbatis pag. 744. & 758. Tomi primi Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum, Bartolomæus Platina in Vita Formosi Papæ, Iacobus Forestus Bergomas in supplemento Chronicorum, Ioannes Trithemius, qui docet fuisse S. Odonis

Cluniacensis Abbatis præceptorem, & ex quorundam opinione falsissimâ Autissiodorensis vrbs Antistitem, Sixtus Senensis, Guillelmus Eisingrenius, alique.

Commentarius in omnes Davidis Psalmos ex Ambrosio, Augustino & Cassiodoro intermissis de suo quibusdam enarrationibus Coloniz prodiit anno 1536. & in Bibliotheca Colonienfi Veterum Patrum. Non desunt qui cum Molano dubitent num Moncogoldo seu Manegundo Teutoni, de quo Henricus Gandauensis cap. 28. tribui debeant. Trithemius tamen Remigio vindicat; non Sigebertus, cum de sola in Cantica Canticorum Expositione disertè meminerit.

Enarratio in posteriores XI. Minores Prophetas, Antuerpiæ anno 1545. cum Oecumenij in S. Paulum & Aretæ Commentariis in Apocalypsim, curante Ioanne Hentenio, & postea in Bibliothecis Veterum Patrum. Addit citatus Platina scripsisse in Matthæum potissimum & Pauli Epistolas, nec deesse nonnullos qui scribant huius interpretationis auctorem fuisse Remigium Rhemensem non autem Autissiodorensis, quos postea sequutus est Villalpandus, vt mox dicitur.

Expositio Missæ Sanctorum Patrum Sententiis & auctoritatibus confirmata, siue de Celebratione Missæ in Bibliothecis Veterum Patrum. Sigebertus dicit exposuisse Canonem Missæ, & quid, & à quibus, in ea sit positum, vel additum demonstrasse.

De Officiis Diuinis scripsisse perhibetur ab

eodem Sigeberto & Trithemio; & hunc librum Colonie anno 1536. euulgatum tradit Possevinus. Sunt tamen qui illi dumtaxat tribuant caput 40. libri de Diuinis Officiis, qui vulgò tribui solet Alcuino. At Edmundus Aubertinus Calvinianæ sectæ administer paginis 916. & 926. Sophisticarum Cauillationum de Sacramento Eucharistiæ, librum illum Alcuini integrum tribuit eidem Remigio Autissiodorensi, in quo insigniter hallucinatus est. Obiit enim Remigius postquam Remos vocatus fuerat à Fulcone Archiepiscopo circa annum Christi 900. Elpricus autem, siue Herpricus Monachus, cui in MS. codice tribuitur, vt ipsemet ex Chesneo annotauit, Quæstio de Natalitijs Sanctorum cap. 18. subijuncta, floruit tantum ex Trithemio circa an. 1040.

De eiusdem in Donatum, aliòsque Veteres Auctores expositionibus, quas Trithemius ait à multis haberi, ac nominatim de Commentariis in Martianum Capellam de Mercurij & Philologiæ nuptiis, quæ in nostra etiam huius Parisiensis Collegij Bibliotheca MSS. reperiuntur, nihil hic dicam, vt neque de Tractatibus in singulas festiuitates Sanctorum, & de Responcione ad Gualonis Aduorum Episcopi duas quæstiones, de quibus plura Sigebertus, quia nondum quod sciam typis fuisse excusa, præsertim cum me anxium sollicitumque teneat cui tribuenda sit & ad se totum trahat, *Explanatio in omnes S. Pauli Epistolæ*, quæ & superiori sæculo Parisiis non se-

mel, & Romæ anno 1598. tum Moguntie anno 1614. fuit impressa. Eius enim diuersi à diuersis referuntur Auctores: qua de re pauca pro more quàm accuratissimè fieri poterit, pertractabo.

Io. Bapt. Villalpandus Soc. I E S V Theologus, eruditissimis in Ezechielem Prophetam Commentariis notissimus, Romæ anno superioris sæculi 98. edendas curauit Explanaciones in Paulum easque ex titulo Veteris MS. codicis S. Cæcilie trans Tiberim S. Remigio Remensi Archiepiscopo qui anno 496. Clodoveum Francorum Regem salutaribus vndis tinxit & antè annum 536. è viuis iam abierat, vindicare studuit; sed infelici planè successu, vt doctissimi quique Catholici, ac nominatim Societatis nostræ Doctores Sirmondus, Ducæus, Petauius, Theophilus, aliique subodorati sunt (adeoque & ipse Bellarminus, qui cum aliis iunior ex Tonstalli Garetiique fide semel citauisset, doctior postea factus in opere de Scriptoribus Ecclesiasticis nullum ipsi locum dedit) & partim scriptis libris, partim priuatis colloquiis docuerunt, vt minus nefesse fuerit Riueti Orthodoxorum simiolo in calumiam quassatum operosius incumbere & laureolam, quod aiunt, in mustaceo quarere. Vanissimè nugantem, hærentemque diutius in re facillima, quam vno verbo poterat abfoluere, ipsi etiam vix tolerare possunt Heterodoxi Lectores. Neque enim potuit S. Remigius Antistes Remensis, qui circa annum 530. obiit, citare B. Benedictum nec Beatum

seu Venerabilem Bedam, nec Cassiodorum, nec S. Gregorium Papam, nec Acta vitæ S. Cæsarii Arelatensis à Cypriano post annum Christi 544. conscripta. Adde quod stylus ipsaque scribendi ratio sæculi noni Auctorem referat, nec ab Haymonis Alberstatensis Episcopi scriptis vulgatis aut à Remigij Autissiodorensis Monachi Commentariis in Psalmos ac Minores Prophetas abludat. Quis ergo huius operis conditor? Theophilus in indiculo sanctorum Lugdunensium, Iacobus Vsserius in Historia Goteschalci, & quidam alij apud Miræum nasutiores Critici Remigio Lugdunensi Archiepiscopo tribuunt: longè plures Remigio Autissiodorensi Monacho, quem ideo Rhemensem in quibusdam MSS. codicibus appellatum suspicantur, quoddà Fulcone ut diximus euocatus, Rhemenis scholæ curam per aliquot annos gesserit. De eo tamen altum apud Siebertum, Trithemium, aliisque silentium. Ego verò is accedendum aliàs esse censebam, qui parentem huiusce Explanationis docent fuisse Haymonem Halberstatensem Episcopum, de quo suo loco, tum quoddà iam à pluribus annis sub eius nomine Parisiis prodierit, tum quia tempore Fulberti Carnotensis Ep. vix elapsis centum ab obitu Remigij Autissiodorensis annis iam Haymoni tribuebatur ut patet ex pag. 169. Editionis Parisiensis à Carolo Villierio an. 1608. procuratæ, tum quoddà in MSS. codicibus modo Haymo, modo Raimo dicatur illius auctor, & à Sieberto Trithemioque Haymonem exposuisse

tum Paulum Apostolum doceamur, tum denique quod illius stylus, dictionem, methodumque redolet, ut non sit gutta guttæ similior, inquit Theoph. p. 154. Erotematum.

Verùm illic iam pridè editioni paratis commodatus est mihi Edmundi Aubertini liber de Sacram. Eucharistia, in quo hæc de Remigio nostro variis locis asserit. I. p. 886. docet contra Vilalpandum Commentarium in Paulinas Epistolas esse Remigij Rhemensis Ep. sed paulò modestiùs ac breuiùs, quàm symmysta eius Andreas Riuetus prolatis dumtaxat S. Gregorij Papæ ac Beati Bedæ testimoniis. II. paginis 916. 926. & 937. adiudicat Remigio Autissiodorensi librum de Diuinis Officiis Alcuino aliàs tributum. Sed si auctor ille Elprico posterior est, longè opinione sua falsus est Aubertinus, ut mox dicebamus. III. Remigio alicui vindicandos esse Commentarios in Paulum, tum ex fide Platinae & aliorum, qui id disertis verbis docent; tum ex plurimis codicibus Romanis, Cassinensibus, ac Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, qui omnes præ se ferunt Remigij nomen. IV. Remigium illum videri Autissiodorensis, tum ob allatam à nobis supra coniecturam ex Flodoardo petitam; tum ob validiora, ut putat, argumenta. Siebertus enim & Bergomas, inquit, notant Remigium Autissiodorensis in Paulum scripsisse, & in Canonem Missæ, quorum duorum postremorum conscriptionem nemo Haymoni & Remigio Lugdunensi tribuit. Eundem autem Auctorem esse tractatus de Officiis

diuinis sub Alcuini nomine malè editi & Authoris Commentarij in Paulum multa videntur arguere. I. maxima styli similitudo. II. affectata vtrobique Classicorum Authorum allegatio Horatij, Ouidij, & Virgilij. III. eadem pariter vtroque opere affectata Grammaticalis vocabulorum interpretatio, & in eâ similes lapsus. IV. Eadem vtrobique observatio de Cœnæ Dominicæ appellatione, eiusque ratione, quæ cuius conferenti statim apparebit. Addit eundem scripsisse Expositionem Canonis & Commentarium Paulinum manifestissimè ex eo patere, quòd vtrobique de Diuinitate panem Eucharistiæ replente, & Christi proprio corpori ea ratione coniungente, ac vnum quodammodo cum illo reddente, iisdemque verbis loquuntur. Sed hæc omnia scrupulosius Deo dante excutientur in Examine Heterodoxorum ac damnatæ lectionis Criticorum. Interim Lector Christiane ex his aliisque à nobis præmissis disces quantæ adhuc tenebræ restent eruditis viris dispellendæ in lectione SS. Patrum & Tractatorum Ecclesiasticorum, & quam bene de Republica litteraria mereantur, qui in ea palæstra tam nobili mentem exercent suam.

Rhegino Prumiensis. Bell. p. 274.

RHEGINO, seu detracta aspiratione, vt apud Sigebertum cap. 112. ac Ioannem Trithemium scribitur, Regino, in Prumiensi cœnobio Diocesis Treuirensis Monachus
Ord.

Ord. Benedictini, electus fuerat eiusdem loci Abbas anno 892. sed æmulis agentibus cedere coactus, Richarium successorem habuit, vt ipse conqueritur pluribus, obiitque circa annum 908.

In Præfatione *Chronici sui ad Adalberonem primum Metensem Episcopum*, quod extat in duos libros distinctum, sed mendosissimè à Germanis suis, aliisque deinceps editum, testatur ab Aduentu Domini illud perducere velle vsque ad annum 908. itaque Sigebertus & Trithemius scripserunt. In editis tamen peruenit tantum vsque ad annum 906. sed fortè quod mihi iam aliàs in mentem venit, duo trèsvē anni in vnum fuere compacti. Miræus notauit Chronica illa ab anno Christi primo pertinere vsque ad annum 910. in quo eum ratio fugit: quemadmodum & Possinum, qui Appendicem à Chronico non distinxit. Illa autem Appendix addita ab Anonymo ad annum vsque eiusdem sæculi decimi 67. aut 72. progreditur. Eiusne fuerit Auctor Romerius, necne, consule Ger. Io. Vossium libro tertio de Historicis Latinis cap. quinto Partis quartæ.

Tractatus de *Disciplinis Ecclesiasticis & religione Christiana* teste Trithemio in 900. ferme capitula per rubricas luculenter distinctus, ac iussu Ratbodi Treuirensis Archiepiscopi scriptus, extat in membranis nondum in lucem datus Viennæ in Bibliotheca Imperatoris, necnon in Gallia, &c. cum aliis nonnullis, præsertim *Notis in Marianam Capellam*, &c.

Richardus Armacanus. Bell. p. 376.

RICHARDVS Radulfus, Oxoniensis Academiae in Anglia Cancellarius, ab Archiepiscopatu Hibernico dictus vulgò Armacanus, obiit anno 1359 cuius libri cautè legendi, in pluribus enim peccauit, multosque, vt plerique scripserunt, errores ab eo Ioannes Wiclfus, quiue eum sequuti sunt Ioannes Hus, & Hieronymus Pragenfis in Concilio Constantiensi damnati, haulerunt. De eo Thomas Waldensis Carmelita, Trithemius, Bell. hie & in Controuerfiis, Ant. Posselinus, Io. Pitfeus, Lucas Waddingus, Henricus Spondanus, aliique Historie Ecclesiasticæ Tractatores, &c.

Sermones quatuor facti ante Crucem Londonensem anno 1356. & alij præterea vt quidam addunt, neque enim vidi, *De laudibus B. Mariae Virginis* Parisiis apud Ioannem Paruum anno 1511.

Summa seu libri vndeuiginti aduersus errores Armenorum Parisiis eodem anno editi, ibidemque cum quatuor illis sermonibus de quibus mox dictum est, opera Ioannis Sudoris Caletibecensis Doctoris Theologi.

Defensio Curatorum aduersus Mendicantes, quam refutauit Rogerius de Chonnoe Ordinis Minorum, opera eiusdem Ioannis Sudoris Theologi ex eodem prælo Parisiensi Ioannis Parui anno 1511. emissa in eadem vrbe Parisiensi anno 1633, excusa est ex codice S. Vi-

ctoris ea oratio quam habuit coram Papa & Cardin. Comparuisse tam Archiep. quam Fratres Mendicantes Auenione coram Papa Innocentio VI. & Cardinalibus anno Domino 1357. octaua mensis Nouembris narrat post alios Trithemius, qui in hoc lapsus videtur, quòd vitam eius protrahere videatur vsque ad annum 1370.

Iacobus Wareus libro I. de scriptoribus Hiberniæ plura de Richardo hoc obseruauit, quem vocat Fits Raph siue filium Radulphi Dundalkæ in agro Louthiano natum, consecratum Exoniæ 8. Iulij 1347. mortuum 17. Kal. Dec. Auenione an. 1360. eiusque ossa an. 1370. in patriam translata, vbi tantis miraculis claruerit, vt ea Bonifacius IX. Romanus Pontifex diplomate examinanda iusserit. Subiungit deinde Catalogum scriptorum eius, & ad Martyrologium Franciscanum Arturi à Monasterio Lectorem ablegat.

Richardus à Mediuilla. Bell. p. 360.

RICHARDVS de Mediuilla, Anglicè *Middeltonie*, natione Anglus, (sunt tamen qui Scotum statuerunt aut Gallum, dictum, si superis placet, vernaculà dialecto, de *Muville*) Ordinem Minorum ingressus, Doctoris solidi, Copiosi, vel Fundatissimi titulis insignitus est. Obiit Oxonij in Anglia, vbi per multos annos docuerat, circa annum 1300. aut etiam serius. De eo Ioannes Trithemius, Sixtus Senensis qui ad annum 1190. re-

uocat, Possseuinus, Miræus, Henricus Wil-
lotus, Waddinghus in Annalibus & Bibliotheca,
Pitæus, Dempsterus, aliique præfertim
Britanni aut qui de Britannis scripsere.

In *IV. libros sententiarum Petri Lombardi
Commentaria, seu, Quæstiones subtilissima*, Ve-
netiis 1509. & 1589. tum Brixie anno 1591.
duobus tomis.

Quodlibeta varia Venetiis 1509. & in ea-
dem Brixienſi vrbe 1591.

In *quatuor Euangelistas singulos libros* edidit
sermone scholastico, vir in diuinis scripturis,
in Iure Pontificio, & in doctrinis sæcularibus
apprimè eruditus, inquit Sixtus Senensis, sed
ego illos impressos non vidi, nec scholia in
Regulam S. Francisci, aut librum de Con-
ceptione B. Virginis, &c. quæ quidam me-
morant.

Richardus Victorinus. Bell. p. 315.

RICHARDVS, natione Scotus, Ca-
nonicus Regularis Ordinis S. Augustini
in cœnobio S. Victoris prope Lutetiâ Parisio-
rum, vixit post annum 1140. quo è vita disces-
sit eius magister Hugo Didascalus. De eo Hen-
ricus Gandauensis cap. 26. vbi dicitur Cleri-
cus S. Victoris, Ioannes Trithemius qui Mo-
nachum vocat, Sixtus Senensis qui Priorem
cœnobij Victorini, nec malè: fuisse enim sub
Grucio Abbate anno 1164. Priorem docet R.
P. Ioannes à Tolosa eiusdem cœnobij Cano-
nicus in vita postremæ operum editioni præ-

missa, & obiisse sexto Idus Martij anni 1173.
Idem quoque plures alios refert qui Richardi
meminerunt. Præcipua operum eius videtur
edicio Veneta apud Ioannem Baptistam Ciot-
tum anno 1591. quam *15 m'das* sequutæ sunt
Colonienſis anni 1621. & Rothomagenſis an-
ni 1650. apud Ioannem Berthelinum: cum tri-
bus conferre placuit quæ habet loco indicato
Bellarminus noster. Senensis citatus virum
vocat honestate conuersationis & eruditionis
doctrina conspicuum, ingenio subtilem &
eloquio medium inter Augustini argutiam &
Bernardi dulcedinem incedentem, qui multa
scripserit in diuinas Scripturas mystici sensus
opuscula, in quibus intellectum erudit, affe-
ctum accendit, & Lectoris studium ad maio-
ra promouet ac producit.

Tomo I. continentur

*De exterminatione mali & promotione boni
Tractatus vnus.*

De statu interioris hominis tres Tractatus. Hen-
ricus de Gandauo eximium illud opusculum
nuncupatum ab Auctore scribit, de statu ho-
minis post lapsum.

De eruditione hominis interioris, occasione
accepta ex mystico somnio Nabuchodonosor
apud Danielelem, libri tres. Exarauit, inquit
Sixtus, in totum Danielelem explanationis my-
sticæ librum vnum, à Trithemio citatum:
quem cum diu quæsitum non inuenissem, tan-
dem magnam eius partem reperi in compen-

dio Allegoriarum Godefridi Tilmanni super librum Danielis.

De Preparatione animi ad Contemplationem, liber dictus Benjamin minor. Henricus Gandauensis vocat librum de XII. Patriarchis.

De gratia Contemplationis libri quinque, occasione accepta ab Arca Moysis, vocaturque opus illud Benjamin Maior.

Allegoria nonnulla Tabernaculi fœderis.

De Trinitate libri sex, quos, vt ait Henricus Gandauensis, scripsit non Scripturarum auctoritate, sed ratione procedens: in quo opere mirari potest commune humanum ingenium quoddam usque peruenire potuit vnius hominis ingenium.

De tribus appropriatis personis in Trinitate, ad D. Bernardum Abbatem Claræuallensem.

Liber de Incarnatione Verbi, ad eundem, in quo ostendit necessarium fuisse Deum incarnari, nullamque personam congruentius quam Filij.

De Emanuele libri duo, contra Iudæos & contra Iudaizantes nostros de hac Prophetia Esaïæ: Ecce Virgo concipiet.

Tractatus Exceptionum distinctus in 4. libros. Continet originem & discretionem Artium, situmque terrarum, & summam Historiarum, supposititium esse librum illum multis prolatis in medium argumentis Bellarminus insinuat. Verum cum Vincentius Bellouacensis cap. 58. libri 28. speculi Historialis, Trithemius, & alij inter libros Richardi Victorini Exceptiones recenseant, nec difficile possint,

quæ obiciuntur aut solui, aut in Amanuenses imperitos reiici, non est quod opus illud ei abiudicemus; nisi forte cuiuspiam probabilius videatur accedere potuisse, vt quatuor illi Exceptionum libri omnino similes ac iidem planè cum quatuor prioribus exceptionum libris qui Hugonis inter opera reperiuntur, in locum eorum quos scripserat Richardus, incuria libroriorum substituerentur. Qua de re ampliandum pronuntio.

De potestate ligandi atque soluendi Tractatus.

De mediansis plagis quæ circa finem mundi euenient.

De Iudiciaria potestate in finali & vniuersali iudicio.

De spiritu blasphemie Tractatus.

De Gradibus Charitatis.

De quatuor Gradibus violentie charitatis.

De gemino Paschate Tractatus.

Sermo in die Pasche.

Declarationes nonnullarum difficultatum sacre Scripturae, ad B. Bernardum Claræuallensem Abbatem.

Quomodo Spiritus sanctus est amor Patris & Filij.

Tractatus de differentia peccati mortalis & venialis.

De superexcellenti baptismo Christi.

Sermo de Missione Spiritus sancti.

De comparatione Christi ad florem, & Mariæ ad virgam.

Quomodo Christus ponitur in signum populorum.

De differentia sacrificij David & Abrahae.
De differentia sacrificij Abrahae à sacrificio B.
Mariae Virginis.

Tomo II. seu Parte II. continentur

Expositio difficultatum suborientium in descriptione Tabernaculi foederis.

De Templo Salomonis ad literam.

De concordia temporum Regum conregnantium super Iudam & Israel, ad B. Bernardum Abbatem Claraualis.

Explanatio Psalmorum aliquot, seu potius Mystica annotationes variorum locorum in Psalmis Davidis.

Explanatio in Cantica Canticorum.

De visione Ezechielis.

De Templo Ezechielis. Ad hæc, inquit Sixtus Senensis, elucidauit descriptionem Templi Ezechielis literali explanatione adhibita, in qua decentissimis picturis ac Geometricis demonstrationibus singulas Templi partes diligentissimè expressit.

Decisio aliquot dubiorum Apostoli.

In Apocalypsim S. Ioannis libri septem.

Ioannes Baccondorpius, siue de Baccone, Ord. Carm. in 4. Sententiarum dist. 2. quaestione 4. art. 1. citat nonnulla verba in honorem B. Virginis descripta ex sermone quodam MS. eiusdem Richardi, quem ipse legerat. Non decuit vt caro illa B. Mariæ peccato aliquando obnoxia se cognouerit, sed electa est ab initio: nam Dei sapientia indignum esse

credimus, vt quod ad lumen Gentium prædestinauit, tenebris prauitatis sineret inuolui, &c. Cæterùm Matthæus Palmerius ad annum 1159. hunc nostrum Richardum vocat, Præstabilis doctrinæ hominem, & sine vlla dubitatione acutissimum disputatorem: quod verissimum esse nemo qui legerit, inficiabitur.

Robertus Gaguinus. Bell. pa. 411.

ROBERTVS, seu, quod idem est, Rupertus Gaguinus, natione Belga, non Duaci natus, sed in vico, Callina, qui est in Artesiæ sinibus ad Lisam fluiuium, Ordinis sanctissimæ Trinitatis de Redemptione captiuorum Monachus, ac deinde Minister Generalis, Iuris Pontificij Doctor, multis pro Carolo VIII. & Ludouico XII. Franciæ Regibus cum summa laude perfunctus Legationibus, obiit anno 1501. XI. Kalendas Iunias Lutetiæ sepultus in Conuentu Mathurinatorum, vt vocant, eiusdem Ordinis ante aram Templi principem cum Epitaphio. De eo adhuc viuente Ioannes Trithemius scribebat anno 1494. & post eius mortem Erasimus, Iouius, Chytræus, Vossius, quique de Belgicis Scriptoribus non parèe solent elogia texere, Antonius Sanderus, Franciscus Suuertius, Valerius Andreas, Aubertus Miræus, Ferreolus Loerius, Guillelmus Gazetus, aliique in dies penè singulos.

Annales rerum Gallicarum libris undecim

descripti usque ad Carolum VIII. soli sæpe cusi & cum supplemento Huberti Vellerij usque ad an. 1520. Francofurti an. 1580. apud Wcehelum.

Eiusdem quoque nonnullas *Orationes & Epistolas*, necnon *Carmina* quædam legi typis excusa: sed nondum venerim manus meas libri duo, alter carmine scriptus ad Arnoldum Bostium Carmelitam Gandavi morantem contra *Vincentium de Castronovo Ordinis Prædicatorum*; alter soluta oratione, de *immaculata B. Virginis Maria Conceptione*,

Robertus Holkot.

Bell. 375.

ROBERTUS, seu Rupertus, Holkot Nordthamptoniæ in Anglia natus, Doctor Theologus Ordinis Prædicatorum, fuit & Professor in Vniuersitate Oxoniensi. De eius obitu non consentiunt scriptores qui de eo scripserunt: Leander Albertus annum adsignat 1314. minus exactè, Ioannes Trithemius, cui Antonius Senensis, Simlerus, Alfonso Fernandes, & plures alij subscribunt, docet mortuum fuisse ex peste anno 1349. Indictione secunda, postquam lecturam, vt vocat, super librum Ecclesiastici inchoasset, sub Carolo IV. Imp. & Clemente Papa VI. Maracius ex Alfonso Fernandez in Concertatione Prædicatorum abiisse è viuis tradit anno 1342. verùm vt modo obseruauimus in Catalogo scriptorum Concertationi Prædicatoriæ subiecto annum disertè adscribit 1349. arguitque

Leandrum Albertum. Alij verò differunt in annum 1397. sed minus probabiliter, cum Historia Ord. Dominicani eum anno 1349. obiisse lue epidemica correptum fateatur: vnde etiam corrigas Sixtum Senensem, apud quem pro anno Domini 1300. subrogandum arbitror an. 1350.

Lectiones 213. in Librum Sapientie, Reuthingæ 1489. Venetiis 1509. & 1586. cum Moralibus explicationibus. Valerius Andreas Desfelius in Bibliotheca Belgica hæc habet pag. 788. Reginaldus de Alua Ord. Cisterciensis in Alnensi cenobio apud Tudinium dittonis Leodiensis oppidum, in multis codicibus manu exaratis Commentarium scripsisse fertur in Sapientiam Salomonis: qui vulgo nomine Roberti Holkot circumfertur.

Lectura in Canticum Canticorum & in septem priora Ecclesiastici capita, quam morte præuentus non potuit absoluerè; Venetiis 1509. & alibi, nisi fallor, aliisque in vrbibus, Sixtus Senensis obseruat nouissimè composuisse in septem priora Ecclesiastici capita Lecturam scholasticam in 88. Lectione diuisam copiosa & subtili eruditione refertam, quam imperfectam reliquerit oppressus repentina morte ex aeri illa pestilentia quæ fuit sub Carolo IV. Imperatore. incipit opus, Magister & dominus Gundisaluus.

Commentaria IV. libros Magistri Sententiarum Lugduni 1497. apud Ioannem Trechel, necnon 1518. in eadem vrbe, teste Antonio Senensi. qui addit opus insignè pro Christi verbum

Euangelizantibus moralizatum cum Tabula aureâ Diui Thomæ super Euangelia & Epistolas totius anni, quæ Quæstio & articulus designantur, fuisse impressum Parisiis in 8. anno 1510. Sunt & alia quæ scrutabuntur alij scrupulosius, præsertim si quis Bibliothecam Dominicanam adornare moliantur instar Franciscanæ quæ tota ad Iesuiticæ RR. PP. Ribadeneiræ & Alegambij exquisitissimam methodum ac normam fuit exacta à R. P. Waddingo.

Robertus Sorbona. Bell. p. 344.

ROBERTVS, seu Rupertus, à natali vico de Sorbona cognomen adeptus, vir sua ætate eruditus, S. Ludonico Francorum Regi IX. acceptissimus, & vt quidam volunt à sacris Confessionibus, siue pœnitentiariis Oeconomus, certè Clericus Regius & Canonicus primum Sueffionensis, tum Beatæ Virginis Mariæ Parisiensis, prima Sorbonici Collegij fundamenta Lutetiæ iecisse dicitur circa annum 1252. quo maximè florebat. De anno mortis eius mihi nihil compertum: vixisse vsque ad annum 1271. declarat Testamentum Gerardi de Abbatis villa Archidiaconi Ecclesiæ Ambianensis in Pontiuo factum die Lunæ post inuentionem B. Firmini Martyris, &c. primus enim inter tres Executores Testamentarios nominatur. De eo Ioannes de Iouilla Campaniæ Senescallus in vita S. Ludouici vernaculè scripta, Ioannes Tillius in Chronico, Henricus Spondanus ad an. 1253.

atque vt alios in præfens omittam, Margarinus Bignæus Tomo IV. Bibliothecæ Veterum Patrum, cui inserta sunt tria eiusdem Roberti opuscula, quæ pietatem potius, quam eloquentiam aut elegantiam præferant.

I. *De conscientia.*

II. *De Confessione.*

III. *Iter Paradisi inscriptum.*

Guillelmus Duallius refert anno 1263. S. Ludouicum Reg. concessisse Roberto de Sorbona quasdam domos in vico Latomorum ad opus Congregationis pauperum Magistrorum Parisiensi in Theologia studentium.

Rodulfus.

Vide Glaber.

Rogerius de Houeden.

Bell. p. 331.

ROCERIVS Houedenus, Eboraci in Anglia nobilibus parentibus ortus, ac primarius quondam Theologiæ in Academia Oxoniensi Professor, vixit vsque ad annum 1200. Quo autem anno defunctus sit, ignoro. De eo Gualtherus Couentriensis in Annalibus, Ranulfus libro 7. cap. 39. Robertus Patson in Admonitione, Bryanus Thwinus libro 2. Antiquitatum Oxoniensis Academiæ, Gerardus Io. Vossius & alij.

Historiam, siue, Annales generis sui, in duas Partes, Priorem Posterioremve digestos, ab anno Christi 731. vbi Ven. Beda desinit, perdu-

xit vsque ad mortem Ricardi Angliæ Regis Thymoleontis dicti die 8. Aprilis anni 1199. & fratris eius Ioannis Moritonij Comitiss qui sine terra dictus est, in Ducem Normaniæ die 25. Aprilis Rothomagi, ac deinde Londini in Regem Angliæ apud Westmonasterium die 27. Maij in festo Ascendentis ad Patrem Christi factam inaugurationem. Vnde patet error Miræi, qui peruenisse vult vsque ad annum 1204. Extant inter Auctores Rerum Anglicarum ab Henrico Sauillio editos annis 1596, Londini & 1601. iterata editione Francofurii typis Wecheliani.

Ruffinus Aquileiensis. Bell. p. 155.

RVFFINVS Toranus, seu Turanius, Aquilicenis Ecclesiæ Presbyter, ac Monachus, cum Florentio & Bonoso à S. Hieronymo in Chronico ad annum Christi 377. Olympiadis 289. 1. & in ep. 5. ad Florentium in 41. ad ipsum Ruffinum & alibi non semel laudatus, tum subortis varias ab causis simultatibus sæpius ab eodem exagitatus, partim vt Origenis partim acerrimus defensor, partim vt Pelagianorum amicus ac nouorum sectator dogmatum. Quamuis de anno mortis eius non constet; hoc vnum videtur certum, S. Hieronymo, qui obiit anno 420. non superuisse. Laudatur à S. Paulino ep. 9. ad Severum, vbi postquam S. Melania in spiritali via comitem verè sanctum & piè doctum appellauit: subdit, si ille has, quæ meritò te permouent de

annorum suæ regnorum non congruente calculo hiantis historiæ causas non ediderit; qui & scholasticis & salutaribus literis Græcè iuxta ac Latine diues est: vercor, vt apud alium in his regionibus frustra requiramus. At verò Gelasius Papa can. sancta Romana Distinct. XV. hæc habet: Item Ruffinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ B. Hieronymum sentire cognoscimus, & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus; zelo Dei & fidei religione reprehendit. De eo qui plura volet, præter SS. Hieronymum & Augustinum ep. 93. inter Hieronymianas & alibi, consulat Gennadium cap. 17. Cassianum libro 7. de Incarnatione cap. 27. Palladium in Lausiæ cap. 78. Cassiodorum de Diuinis Lectionibus cap. 17. quibus ex recentioribus addendi Anonymus qui Isidoro & Ildefonso subiici solet cap. 5. Appendicis, vbi Tyrannium Ruffinum vocat, Honorius Augustod. libello 2. cap. 17. Vincentius Bellouacensis, S. Antoninus Florentinus, Ioannes Trithemius, Sixtus Senensis, Baronius; Hieronymus à Messana, Victorius, Ribera, Possennius, Bellarminus, Rosweidus Prolegomenis IV. & V. in Vitas Patrum, alique.

Eius opera in editione Parisiensis in folio apud Michaellem Sonnum anno 1580. hæc habentur.

I. De Benedictionibus Iudæ liber I. iuxta triplicem diuinæ Scripturæ sensum, ad S. Paulinum Nolanum Episcopum cum utriusque mutuis Epistolis.

II. De Benedictionibus reliquorum undecim Patriarcharum liber II. ad Geneleos caput 49. ad eundem S. Paulinum cum mutuis utriusque epistolis. Differuit, inquit Gennadius, & Benedictionem Iacob super Patriarchas triplici, id est historico, morali, & mystico sensu.

III. Commentariorum in Oseam Prophetam libri tres cum Præfatione Auctoris in opus quod scripserat aut scribere moliebatur in XII Prophetas qui Minores, non pro meritis, sed pro numero versuum numerantur. Ex quo decerpta hæc verba videntur dubitationem ingerere an Rufinus eorum sit Auctor: qua de re Ribera in caput 2. Oseæ num. 78. & Theophilus in Erotematis: Apud Græcos & apud Syros extitere nonnulli. Ex quibus mihi sanè pauca aliqua sancti etiam Ioannis Constantinopolitæ Episcopi legere contigit; sed suo more, id est exhortationi magis quam expositioni totam pene operam commodantis. Origenes autem proprio tenore decurrens allegoriarum magis lepida quam Historicarum explanationum solida & tenenda componit. Hieronymus porro & ingenij capacis vir & studij pertinacis in Prophetarum quidem libros commenta digessit, sed quasi inter genuinas traditiones ire contentus de perquirenda consequentia nihil aut voluit aut potuit sustinere curarum:

curarum: ita vel per allegorias Origenis, vel per fabulosas Iudæorum traditiones tota eius defluxit oratio. Hæc iste, quibus & alia adiungam suo loco.

I V. *Commentoria in Prophetas Iosel & Amos*, in reliquos verò desiderantur.

V. *Expositio Symboli ad Laurentium Episcopum*. Proprio labore, inquit Gennadius, imò gratia Dei & dono, exposuit Symbolum, ut in eius comparatione alij nec exposuisse credantur. Commentarius autem ille à quibusdam fuit S. Cypriano, ab aliis S. Hieronymo temerè attributus, & inter eorum opera infartus. Nec de eo vel verbulum apud Sixtum Senensem in Ruffini elogio pagina 296.

VI. *Historia Ecclesiastica libri duo* ad Chromatium Aquileiensem Episcopum post Eusebii Cæsariensis Latinam versionem scripti eo tempore, quo diruptis Italiæ claustris ab Alarico Rege Gothorum se pestifer morbus infudit & agros, armenta, viros longè latèque vastauit, ut ipsemet in Præfatione testatur.

Illos addita præfatione in Græcum sermonem vertit Gelasius Cæsareæ in Palæstina Episcopus S. Cyrilli Hierosolymitani ex sorore nepos, ut docet Photius Bibliothecæ codice 89. Suidas idem de Diogeniano refert. Vide Acta Synodi I. Nicenæ & Actionem primam secundæ.

VII. Guillelmus Rouillius Lugduni anno 1570. excudit sub Ruffini nomine *Commentaria in Davidis Psalmos 75.* ex vetustissimo MS. exemplari Bibliothecæ Monasterij In-

sulæ Barbaræ ad urbem Lugdunensem. Verum eos quidam saltem ex eo capite reiciendos putant, quod eadem verba eademque sententiæ in iis præsertim 1. 3. 4. 9. ac similibus reperiantur, quibus vsus est S. Augustinus in Commentariis in eosdem Psalmos, imò & sanctus Gregorius Papa in Moralibus in Iob, aliisque libris, vt scite obseruauit post Lorinum nostrum Præfationis in Psalmos cap. 16. viri eruditi iidemque Catholici, vt de Roberto Coco eiusque exscriptore Riucto ac similibus Heterodoxis Daniele scilicet Chamiero & Patrologo Ienensi nihil dicam : aut certè futendum erit ab aliquo qui Augustino & Gregorio posterior fuerit adsutus subinde quibusdam aliorum centonibus fuisse interpolatos. Certè Ruffinum in Psalmos fuisse commentatum, nec Gennadius, nec Anonymus, nec Honorius aut Trithemius docuerunt, aut ex recentioribus Sixtus Senensis.

VIII. Scriptis quoque Ruffini propriis adiungi poterunt præter nonnullas Epistolas ad timorem Dei hortatorias, in quibus præmonebant, teste Gennadio, quas ad Probam dederat, quæ perierunt, *Apologia pro Origene*, siue opusculum de deprauatione librorum, præcipuè Origenis, quod legitur ad calcem Primæ partis operum Origenis editionis à Genebrardo procuratæ & inter opera S. Hieronymi, vt nihil modo dicam de Apologetico siue Pamphili Mart. siue potius Eusebij Cæsariensis pro eodem Origene ab eo Latine redito : de quo S. Hieronymus in caput 18. Eze-

chielis : Nec mirum si Ruffinus Sixtum Gentilem Philosophum in Martyrem & Romanæ Ecclesiæ Episcopum transtulerit; cum Eusebij quoque Cæsariensis primum pro Origene librum Pamphili Martyris vocabulo commutarit. Item *Apologia duæ aduersus S. Hieronymum*, quæ in Appendice operum S. Hieronymi reperiuntur de quibus hæc Gennadius ipsi nimidum adblanditus : sed & Obrectatori opusculorum suorum respondet duobus voluminibus arguens & conuincens se Dei intuitu & Ecclesiæ vtilitati ingenium auxiliante Domino agitauisse, illum verò æmulationis stimulo incitatum ad obloquium stylum vertisse. Sed de his iam satis : ad ea, quæ ex Græcis vertit, veniamus : de quibus præmittenda censeo eiusdem Gennadij verba loco indicato.

Ruffinus vel vt in MSS. libris scribitur, Rufinus, Aquileiensis Ecclesiæ Presbyter, non minima pars fuit Doctorum Ecclesiæ & in transferendo de Græco in Latinum elegans ingenium habuit. Denique maxima parte Græcorum Bibliothecam Latinis exhibuit : Basilij scilicet Cæsariensis Cappadociæ Episcopi : Gregorij Nazianzeni eloquentissimi hominis : Clementis Romani Recognitionum libros : Eusebij Cæsariensis Palesinæ Ecclesiasticam Historiam : Xysti sententias, Pamphili Martyris aduersus Mathematicos. Horum omnium quæcumque præmissis Prologis à Latinis leguntur à Ruffino interpretata sunt.

Quæ sunt sine Prologo, ab alio translata sunt, qui Prologum facere noluit. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus aliquanta transtulit, vel, vt in M. S. habetur, transfudit alia, quæ suo Prologo discernuntur. Hæc ille de quibus sigillatim nobis modo agendum.

Quæ ex Græcis Rufinus vertit,

I. *Iosephi Iudaicarum Antiquitatum Libros 20. De Bello Iudaico libros septem & de Antiquitate Iudeorum aduersus Apionem libros duos reddidit Lai* è : quæ excusa habentur sæpius, eorumque exemplar diuturnè asseruari Mediolani in æde S. Ambrosij Longobardicis scriptum literis.

II. *Eusebij Cæsariensis Palaestina Episc. Ecclesiastica historia libros decem in nouem contractos*, Latinis verbis exposuit liberiore vsus interpretandi ratione addendo, demendo, mutando, interpolando multa : quibus & ipse addidit libros duos decimum & vndecimum vsque ad Theodosij Imperatoris felicem obitum anno 395. suamque ætatem rerum narrationem continuantes. De quibus vide Vossium, & quæ supra obseruauimus V. Eusebius.

III. *S. Clementis Romani Pontificis Recognitionum libros cum Prefatione*, de quibus hæc Bell. sicut ipsæ Recognitiones falsè fortasse tribuuntur Clementi, ita etiam non est incredibile falsè adiunctam illis fuisse præfationem

Ruffini quai interpretis. Verùm imposturam non agnouit Gennadius, nec eius sequaces Honorius & Trithemius.

IV. *Xysti, sive Sexti Pythagorei Philosophi hominis absque Christo & Ethnicis sententias Latinitate donauit, falsòque ipsis S. Sixti II. Romanæ Ecclesiæ Episcopi ac Martyris præfixo titulo multos, ipsùmque adeo S. Augustinum in errore induxit, vt ipse meminisset libri 2. Retractationum cap. 40. Pluribus verò in hoc facinus inuehitur. S. Hieronymus, tum in epistola ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, tum in 18. caput Ezechielis, tum præfatione libri quarti in Ieremiam & cap. 22. eiusdem libri quarti Commentariorum in eundem Prophetam. De iis infra V. Sixtus, & Baronius ad annum Christi 410. vbi execrabilem illam, vt vocat, imposturam traducit. Idem quoque Rufinus Theophili Martyris nomine librum eiusdem Ariani supposuit, vt ex eodem S. Hieronymo discimus Apologia aduersus eum : In futuro iudicio tu videris, quid ad Martyris contra te respondeas querimonia ?*

V. *Origenis multa, ac præcipuè libros 20. ap. de Principiis*, de quibus multa ex S. Hieronymo & aliis Baronius ad annum 397. atque ex eo Possseuinus ac recentiores, quos vide.

VI. *Pamphili Martyris titulo insignitam, sed vera scriptam ab Eusebio Cæsariensi pro Origene Apologiam*; de qua paulo ante dictum cum de eadem adiuncto opusculo Apologetico

de adulteratione librorum Origenis verba fecimus. Eiusdem verò Pamphili aduersus Mathematicos sententiæ vnâ cum earum Ruffiniana interpretatione periisse videntur.

VII. SS. *Basilij Casariensis & Gregorij Nazianzenſis*, nonnulla à Ruffino verſa reperiuntur in antiquis operum illorum Latinis editionibus.

VIII. *De Euagrii Pontici ſententiis, ac vita Eugenia*, ſimilibuſque nihil addam iis, quæ abunde præſtitit noſter Roſweidus.

Rupertus de Ruſſia.

Bell. p. 356.

RVPERTVS de Ruſſia, ſiue quod idem eſt Robertus. Ruthenus (Miræus aliud agens Haſſum vocauit, quod mirum cum Bellarmino dumtaxat exſcripſerit) Ordinis Fratrum Minorum. Trithemio dicitur claruiſſe anno Domini 1270. Imperio vacante: alij enim cum Bellarmino & Patrologo floruiſſe volunt, alij obiiſſe anno 1280. cum Poſſeuino & Luca Waddingo. Ego quid certi proferam non habeo. Idem qui ſupra Trithemius, ex quo cæteri, celebrat *Declarationem in regulam S. Franciſci*, ad Haymonem Anglicum Ordinis ſui Miniſtrum Generalem virum æquè doctiſſimum, *libros 4. in ſententias Petri Lombardi, & ſermones varios*, quibus recentiores addunt *librum de Anima*: ſed nemo me hæcenus docuit, quâ in Officinâ, quouè anno opera illa fuerint typiſimprefſa, nec Geſnerus, cuiusque breuiator Simlerus ad Trithe-

mium quicquam addidere. Ipſe quoque de eo nihil, quod hæcenus aduerterim, Sixtus Senenſis protulit.

Rupertus Tuicienſis.

Bell. p. 300.

RVPERTVS, Poſſeuino dicitur Robertus, primū Monachus S. Laurentij in Oſebroiuic prope Traiectum, deinde propter eruditionem à Friderico Archiep. Coloniienſi euocatus, & Tuicienſis cænobiæ regione Coloniæ Agrippinæ ad dextram Rheni ripam creatus Abbas Ordinis S. Benedicti, viuebat anno Chriſti 1111. Paſchale II. Pontifice, Henrico V. Imp. & Ludouico Crasso Franciæ Rege, vt colligitur ex cap. 4. libri 8. de Diuinis Officiis. Hoc ſancto Paſchæ Sabbato, quo cereo annus ab Incarnatione Domini 1111. inſcriptus eſt, in Eccleſia S. Laurentij ad præcedentes eiufdem diei matutinos, &c. quæ per otium leges. Obiit verò ſub Lothario III. Imperatore quarto nonas Martij anno 1135. vt ex epitaphio ſaxo monumenti eius inſiſo conſtat. De eo Honorius Auguſtodunenſis cap. 16. libelli quarti de Luminariis Eccleſiæ, vbi ait eum à Spiritu ſancto per viſionem illuminatum totam pene ſcripturam egregio ſtylo expoſuiſſe, Auctõr Appendicis ad Henricum Gandauenſem cap. 5. Thomas Waldenſis qui sæpe meminit libri de Diuinis Officiis cuius auctorem ignorabat, Ioannes Trithemius tum in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, tum in oratione in laudem eius habita

hortatu Gerlacii de Breitbach Abbatis Thrientensis quæ inter eius orationes excusa etiam fuit numero octava, Matthias Agritius Wittlichius in Declamatione ex ipsi Rupertii libris conscripta, Sixtus Senensis, Maldonatus, Possevinus, Bell. Vossius, Valerius Andreas, alijque, quorum aliqui minus peritè mortuum fuisse anno 1124. scripserunt.

Coloniæ non semel edita sunt eius opera, Lovanii quoque, Parisiis, & alibi. Ego Parisiensem anni 1638. editionem hoc loco repræsentabo, ut cum ieiunione Bellarmini elencho conferre possis.

Tomo I. continentur

Commentariorum de sanctissima Trinitate & operibus eius libri 42 in utrumque Testamentum, ad Cunonem Abbatem Sigeburgensem, postea Ratisbonensem Episcopum, quem minus accuratè Sixtus Senensis vocavit Archiepiscopum. Opus illud in tres Partes distributum est. I. pars propria Æterni Patris opera in tribus libris continet à primâ scilicet Mundi creatione vsque ad eiectionem Adæ de Paradiso. II. Pars libris 30. complectitur propria Filij opera, quæ ab eiectione Adæ vsque ad Incarnationem & Passionem eiusdem Filij Dei in figuris, vaticiniis, visionibus & scripturis propter venturum Christum dicta sunt vel facta. III. denique Pars libris novem habet opera Spiritus sancti propria ab Incarnatione

IE SV Christi D. N. vsque ad finem sæculi in Scripturis sacris recitata.

Commentariorum in XII. Prophetas Minores libri 31. ad Fridericum Archiepiscopum Coloniensem: scilicet in Oseam libri 5. in Joel. I. &c.

Commentariorum in Cantica Canticorum de Incarnatione Christi & laudibus Deiparæ Virginis libri septem iuxta sensum mysticum eruditissimi.

In Iob liber vnus Commentarius.

In Ecclesiastem ad Gregorium libri quinque.

Tomo II. continentur

De Gloria & honore Filij Hominis super Mattheum libri tredecim, ad Philochristum Cunonem ex Abbate Sigeburgensi Præsulem Ratisbonensem.

De Glorificatione Trinitatis & Processione Spiritus sancti libri novem quibus præmittuntur I. Hymnus siue Oratio Rupertii ad S. Spiritum in morem versuum Iambicorum dimeterorum II. epistola ad Sedis Apostolicæ Præsulem Romanum Pontificem. III. Prologus eiusdem ad Cunonem Ratisbonensem Ecclesiæ venerabilem Episcopum.

Commentariorum in Euangelium S. Ioannis libri quatuordecim.

Commentariorum in Apocalypsim libri 12. ad Fridericum, Coloniensem Archiepiscopum.

De Victoria Verbi Dei libri tredecim, ad eundem qui supra Cunonem.

De Divinis Officiis per anni circulum libri XII. cum epistola ad eundem Cunonem, in qua operum suorum catalogum ipse contexuit: ex qua aliisque indiciis patet allucinatos qui Waleramo cuidam S. Anselmi amico tribuerunt.

De incendio Tuitiensis oppidi sua aetate viso in quo Corpus Domini nostri IESU CHRISTI a flamma circumfusa intactum remansit, liber capitibus 23. distinctus.

De Meditatione mortis libri duo.

Vita S. Heriberti Colonienfis Archiepiscopi qui obiit 17. Kal. Aprilis 1021. ad Marwardum, non tam de nouo scripta, quàm cultior atque illustrior reddita.

De passione S. Eliphij Martyris ad Albanum Abbatem S. Martini.

De voluntate Dei liber vnus.

De omnipotentia Dei liber vnus.

In quadam capitula Regule S. Benedicti libri quatuor ad Cunonem Abbatem.

Altercatio Monachi & Clerici, quod licet Monacho predicare.

De eadem re, ex Historia Venerabilium Dominorum Abbatum Monasterij S. Nicolai Brunwilerensis, epistola eiusdem Rupertii.

De lasione virginitatis, & an possit conservari corrupta, liber.

Ruricius Lemouicensis. Bell. p. 218.

RURICIUS Senior, Lemouicensis Episcopus, nobilitate generis, pietate atque eruditione præclarus, sedit ab anno minimum 470. cum ad eum scripserit Sidonius Apollinaris Auernorum Episcopus tres epistolas quæ extant lib. IV. 16. V. 15. VIII. 10. cum in eius & Iberiæ Ommatij nobilis viri filiae nuptias antea Epithalamium cecinisset, vsque ad annum saltem 506. quo labente apud S. Cæsarium Arelatensem Archiepiscopum se ob infirmam valetudinem excusauit de professione ad Concilium Agathense. Quo verò anno obierit non constat. Ad eum extant quoque Fausti Reienfis Episcopi, S. Cæsarij Arelatensis, Euphrasij, Græci, Sedati, Taurentij, Victorini, & aliorum Epistolæ. De eodem eiusque nepote Ruricio iuniore Lemouicensi itidem Antistite plura Venantius Fortunatus, quique eius Carmina Commentariis illustrauit noster Christophorus Browerus, necnon Sirmendus in notis ad Sidonium Apollinarem, ex quo sua delibauit pro more Miræus. Tacere verò hic non possum hallucinationem eorum qui nuper scripserunt seniore Ruricium subscripsisse Synodis Aurelianensi IV. anno 541. & V. anno 549. cum, quem duces sequuti sunt, Claudius Robertus rectè in Gallia Christiana Ruricio iuniori id tribuisset, atque id exigant tria illa lustra quæ Pontificatui illius successoris Exotij siue Euso-

tij tribuit Fortunatus. De iisdem quoque auo & nepote plura Bernardus Guidonis in variis Tractatibus quos in lucem emisimus Tomo I. & II. Nouæ Bibliothecæ MSS. Librorum.

Epistolarum Ruricij Senioris libros duos ex MS. codice Abbatix S. Galli in Heluetiis vulgavit Henricus Canisius Tomo V. Antiquæ Læctionis præmissis Epistolis Fausti & aliorum, subiectisque Desiderij Ep. Cadurensis ad varios & variorum ad eum Epistolis. Verum cum ex codice admodum corrupto plurima menda in eos irrepserint, operæ pretium est in lucem iterum dare correctiores.

Rusticus S. R. E. Diaconus. Bell. p. 228.

RVSTICVS Ecclesiæ Romanæ Diaconus viuebat anno 548. & sequentibus tempore Iustiniani Imp. & Vigilij Papæ, à quo propter schisma gradu motus est cum Sebastiano, vt ex Epistolis Vigilij aliisque vetustatis monumentis narrat Baronius & ex eo Ioannes Maria Brasichellanus, & alij recentiores.

Dialogus aduersus Acephalos sine mutilis, in quo fidei definitio in Concilio Chalcedonensi facta defenditur & Hæretici ab ea deficientes refutantur, (quæ enim de Theodoro Mopsuesteno de epistola Idæ & Theodoreto addiderat modo desiderantur) extat in Hæreseologia an. 1550. Basileæ edita, inter Orthodoxographa ibidem annis 1556, 1569. in Collectione Ti-

gurina Patrum aduersus Nestorium & Eutychem, necnon in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Colonienſi. Quod verò addunt è Græco versum fuisse incerto interprete, id mihi parum probabile apparet, cum Rusticus ille Vigilio affinitate iunctus Latinus ipse Latine scripsisse videatur. In Annalibus Ecclesiasticis de hoc opere illud profertur iudicium: Demptis ex illo spinis, quibus ager fertilis abundabat, & vepribus, quibus in angulo fluescebat, excisis, quæ remanserunt viro docto digna videri. An verò, quæ ibidem subiicitur coniectura de scripto hoc opere ad Sebastianum Romanæ Ecclesiæ Diaconum Cardinalem, cuius nomen postea erasum fuerit, firmis argumentis subsistat, viderint alij.

S.

Salomon Rex.

Bell. p. 7.

SALOMON Dauidis & Bersabæ filius Anno Mundi 3000. natus, viuente adhuc patre in Regem Israëlitarum vnctus est, regnumque illud tenuit annis omnino 40. ab anno 3020. vsque ad annum 3059. quo penitens, vt creditur, obiit annos natus 60. De eo eiusque scriptis, tum Authenticis, tum supposititiis, de Magia, aliisque malis aut vanis artibus, consule S. Hieronymum, Sixtum

Senensem, Bellarminum, Pinedam, Delrium, Salianum, aliisque sacrae Scripturae Interpretes ac rerum Ecclesiasticarum Veteris Testamenti tractatores, necnon Nicolaum Eymericum Parte II. Directorij Inquisitorum Questione 28. ac Iacobum Gretserum, capite 10. libri primi de iure & more prohibendi libros malos. Videndus quoque Theophilus Raynaudus libro de Calumnia sectione 2. cap. 13. ubi Salomonem à crimine Magiae diabolicæ immunem fuisse ac profus alienum demonstrat aduersus Iosephum qui lib. 8. Antiquitatum curatos à Salomone morbos per incantationes testatur, & quosdam recentiores, ac præcipuè citatum Pinedam libro 7. de rebus Salomonis capite 12.

Salonius Episcopus. Bell. p. 210.

SALONIUS, Verani frater, & S. Eucherij ante Monachatum Lerinensem ac Lugdunensem Archiepiscopatum filius, à patre ductus adhuc puer in Lerinensem insulam, ibi cum Monachis aliquandiu sub cura SS. Honorati atque Hilarij vixit, ac sub disciplina Vincentij, Saluiani, & aliorum doctorum virorum eruditus, tandem ad Episcopatum promotus (sunt qui Genabensem in Allobrogibus ad Lemanium lacum, aut Genuensem in Liguria adsignent, aliis meritò reclamantibus) Floruit maximè anno 450. & sequentibus. Certè inter epistolas S. Leonis & Tomo I. Conciliorum Galliae extat epistola à

Ceretio, Salonio & Verano Episcopis scripta ad S. Leonem I. Papam anno 452. Quo verò anno obierit, non liquet. De eo, eiusque fratre Verano, Saluianus Presbyter Mafsilienis in Epistola ad S. Eucherium, in qua asserit vtrumque superstitè adhuc patre Magistros Ecclesiarum & Episcopos esse cæpisse. Ipse quoque pater eius Eucherius in præfatione ad libros duos Iustractionum, quos ei inscripsit, virtutes illius celebrat, & primam apud Lerinenses doctrinæ morumque informationem, vt suo loco in Eucherio obseruauimus, Gennadius Salonij eiusdem meminit capp. 63. & 67. & recentiores Sixtus Senensis qui cum nonnullis temerè Viennensem in Gallia Episcopum appellat, Possuinus, alique.

Breuis expositio per Dialogum in Parabolas Salomonis interlocutoribus Verano fratre, ipsoque Salonio, necnon, Expositio mystica in eisdem Salomonis Ecclesiastem ad eundem Veranum fratrem suum, eademque inter vtrumque dialogismi forma, qua variæ de singulis capitibus quæstiunculæ per interrogationes & responsiones explicantur, extant tum in Bibliothecis Veterum Patrum Parisiensibus & Coloniensibus, tum Basileæ iam ab annò 1550. excusæ ab Henrico Petri cum aliis veterum Theologorum opusculis.

Saluianus.

Bell. p. 203.

SALVIANVS Treuiris oriundus, numquam fuit Episcopus, vt quidam iuniores scripserunt, sed tantum, vt loquitur Gennadius cap. 67. cuiusque Breuiator Honorius Augustodunensis libello secundo, Massiliensis Ecclesie, siue vt in MSS. legitur apud Massiliam Presbyter, humana & diuina litteratura instructus, florebat iam & Episcoporum sanctorum saltem Salonij & Verani magister, (iisdem MSS. codices hæc tantum habent: & vt absque inuidia loquar, Episcop. magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa, &c.) florebat inquam ab anno 440. quem designat, dum ait bellum à Littorie Comite aduersus Wisigothos gestum fuisse proximum, meminitque Carthaginis à Vandalorum Rege Genserico captam anno 439. De eo præter Gennadium citatum, qui eum vsque ad sua vixisse tempora in senectute bona testatur, hoc est vsque ad annum saltem 495. quo Catalogum scripsisse videtur, & Honorium; videnti S. Hilarius Ep. Arelatensis in Encomio S. Honorati prædecessoris sui, S. Eucherius in epistola præfixa libris duobus Instructionum ad Salonium filium, Ado in Chronicis, Trithemius, qui eum claruisse sub Zenone asserit circa annum 480. Sixtus Senensis qui ei Latinum candidum & succinctum sermonem tribuit, Possleuinus, &c.

Libri octo de prouidentia & gubernatione Dei, deque

deque iusto ac presenti Dei iudicio, ad Salonium Episcopum, cura Ioannis Alexandri Brassicani primum Basileæ anno 1530. apud Frobenium editi, tum Romæ anno 1564. apud Paulum Manutium, in ædibus Populi Romani in folio cum Maximi Taurinensis Homiliis, Paciani Barcionensis de pœnitentia & confessione, Seueri Sulpicii sacre Historie libris duobus, Dorothei Tyrij de Prophetis & Discipulis Domini, ac Haymonis Halberstatensis Epitome, adiunctis in tres posteriores Petri Galefimi notationibus, deinde Parisiis, & alibi sæpius ex recensione Petri Pithœi, & aliorum deinceps.

Sub Timothei nomine *libri quatuor ad Ecclesiam Catholicam toto orbe diffusam aduersus auaritiam presertim Clericorum & Sacerdotum* eum præfatione ad Salonium Episcopum, cur Timothei nomen suppresso proprio confinxerit, curæ ad totam Ecclesiam scripserit, nimirum vt neglecta humana gloriæ vanitate soli Deo eius laboris honorem deferret. Extant *cum nonnullis etiam Epistolis*, tum seorsim excusi post libros de Prouidentia, tum in Bibliothecis Patrum, similibusque Theologorum veterum collectionibus

Possleuinus addit ex Sixto Senensi Saluianum composuisse tres libros *de auaritia*, in in quibus continentur Quæstiones Veteris ac Noui Testamenti de locis in speciem pugnantibus per interrogationem & responsonem. Verùm illi post Saluianum editi anno 1530. Basileæ apud Frobenium & alibetiam incerte

primum auctore, nunc tribui solent à viris doctis S. Iuliano Toletano Antistiti. Idem Sixtus omiſſis quæ modo commemorauimus opusculis duo non edita protulit ex Gennadio; A principio Genēsis vsque ad conditionem hominis in morem Græcorum compositum versu quasi Hexæmeron librum vnum, & Expositionis extremæ partis libri Ecclesiastici librum vnum ad Claudianum Episcopum, (corrige ex selectioribus MSS. Presbyterum) Viennensem. Cur cætera quæ Gennadius refert præsertim de Virginitatis bono ad Marcellum Presbyterum libros tres & Homilias Episcopis factas multas, Sacramentorum verò quamplurimas prætermiserit, nescio, cum perinde omnia desiderentur hoc tempore. Trithemius certè hæc & alia congeſſerat in quibusdam castigandus. Philippus quoque Elſſius multa peccat, & immeritò Eremitis Lirinensibus, suisque aded Augustinianis accenset, non secus ac S. S. Honoratum, Hilarium, Eucherium, Salonium, Veranum, Lupum, similesque, vt iam alibiſtisque sumus.

Samuel Propheta.

Bell. p. 9.

SAMVEL, Helcanæ atque Annæ filius, verè *Salmos*, summo Hebræorum Pontifici Heli in regenda Republica successit vltimus populi sui Iudex per annos 22. ab anno Mundi 2940 ad 2962. quo Saul filius Iemini in Regem flagitantibus Hebræis electus est atque *vnctus*. Obiit verò anno Mundi 2977, bien-

nio ante Saulem. De eo ad Bellarmini obseruationem adiunge quæ sacræ Scripturæ Interpretes ac Chronologi, præsertim Salius, annotarunt. Periit Liber eius de institutione Regis & Populi *βιβλίον τῆς διατάξεως τῆς βασιλείας* vt LXX. verterunt cap. 10. libri I. Regum.

Samuel Marochianus.

Bell. p. 295.

RABBI Samuel, natione Afer, ab vrbe natali Marochianus dici solitus, ex Iudæo factus Christianus, scripsisse se profetur aduersus populares suos in erroribus autis obstinatè perseuerantes libellum, siue Epistolam, post elapsos mille annos ab vltima Hierosolymorum euerſione, idèoque anno Christi 1070. non verò 1072. cum certum sit à Tito captam sanctam ciuitatem Templumque incensum anno salutis 70. vt ipsemet in Chronico suo putauit Miræus. Grauius verò errant qui illos mille annos numerant ab ipso Christi Domini natali cum Simlero, Posselino, &c.

Epistola illa ad Rabbi Isaac Synagoga Magistrum quæ erat in Subiulmeta oppido eiusdem regni Marochiani, siue, Liber de Aduentu Messie, quem Iudæi frustra adhuc expectant, & de iis quæ increduli ac contumaces Iudæi negant, & ob quæ in Iudaismo perseuerant, prodiit Argentorati, Colonia, Basileæ, Heidelbergæ, Parisiis, tum seorsim, tum in variis Collectionibus Veterum Patrum ac Theologorum, necnon in calce secundæ Partis summæ Historiæ siue Chronicorum S. Antonini Ar-

chiepiscopi Fiorentini, ac Burgis anno 1591. cum Scrutinio sacrarum scripturarum Pauli de sancta Maria Burgenfis Episcopi, operâ Christophori Sanctotilij Augustiniani. Ex Arabico verò Latinam factam fuisse volunt anno 1339. ab Alfonso Bonihominis, Ordinis Prædicatorum, natione Hispano, de quo legendus Antonius Senensis in Bibliotheca, aliique Dominicani. Huius autem Epistola præcæmialis ad Hugonem Magistrum Ordinis Prædicatorum dignissimum missa præmitti solet.

Sedulius.

Bell. p. 190.

SEDULIUS, quem recentiores passim Cælium aut Cæcilium Sedulium vocitant, professione Presbyter, auctor *librorum quinque Paschalis Carminis*, quod cum præfixa ad Macedonium Presbyterum Epistola sæpius editum est, postea eodem hortante Macedonio libros quinque de eodem argumento soluta oratione composuit & *Paschale opus* inscripsit, quos cum altera ad prædictum Macedonium epist. primus in lucem protulit ex codice MS. Petri Pithæi Franciscus Iuretus. Quantas vnus hic Sedulius lites pepererit inter eruditos recentiores, tum ex me discas, cum tibi Lector exhibuero, quæ de illo Poëta apud antiquiores reperi.

I. Turcius Rufus Asterius Epigramma hoc in honorem Seduliani operis ad Macedonium, siue eundem cum præcedente, siue alterum, conscripsit.

*Sume sacer meritis veracis dicta Poëta,
Quæ sine figmenti condita sunt vitio.
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,*

*Per quam iustus ait talia Sedulius.
Asterisque tuis semper meminisse iubeto:
Cuius ope & curâ edita sunt populis.
Quem quamuis summi celebrent per sæcula fasti,*

Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

His versibus præmittitur hæc adnotatio. Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit. Quod recollectum, adornatum, atque ad omnem elegantiam diuulgatum est à Turcio Rufio Asterio V. C. Consule ordinario atque Patricio. In codice Rhemenfi teste Sirmundo tam epigramma, quam adnotatio inter epistolam ad Macedonium & Præfationem Carminis Paschalis inserta leguntur, at in codice MS. sancti Albini, in quo fastus pro fasti, & Exconsule pro Consule reperias, subiiciuntur Carmini Paschali.

II. Gelasius Papa I. in Decreto L X X. Episcoporum, quod ante annum 496. quo obiit, factum oportuit, can. sancta Romana Dist. XV. apud Gratianum: Item Venerabilis viri Sedulij Paschale opus, quod Heroicis scripsit versibus, insigni laude proferimus.

III. Arator S. R. E. Subdiaconus contulisse se ad scribendos Actus Apostolorum idcirco versibus dicitur, quod fecisset idem in Euange-

lio Iuuenicum ac Sedulium vidisset, ex Aldo Manutio in editione anni 1502. Poëtarum aliquot Christianorum.

IV. Cassiodorus extremo capite 27. de Divinis Lectionibus: vbi Sedulij versus illi dicendi sunt:

Grandia posco quidem, sed tu dare grandia nosti,

Quem magis offendis, quisquis sperando tepest.

V. Venantius Fortunatus Presbyter ac tandem Pictauiensis Episcopus, epigr. I. libri VIII.

Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque cornescat,

Sine Augustinus fonte fluente rigat.

Sedulius dulcis, quod Orosius editi acutus,

Regula Casarij linea nata sibi est.

Idem initio libri primi de Vita S. Martini Tur. Episcopi:

Majestatis opus metricam arte Iuuenicus,

Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli,

Paucaque perstrinxit florente Orientius ore,
&c. Huic iunge Gregorium Turonensem libro 5. Hist. cap. 45. vbi de Chilperico Francorum Rege hæc inter cætera memorat: Consecit duos libros quasi Sedulium imitatus, quorum versiculi debiles nullis pedibus subsistere possunt, in quibus dum non intelligebat pro longis syllabas breues posuit, & pro breuibz longas, &c.

VI. S. Isidorus Hispalensis cap. 7. Cata-

logi: Sedulius Presbyter edidit tres libros Da- & ylico Heroico metro compositos, quorum primus signa & virtutes veteris Testamenti potentissimè resonat, reliqui verò gestorum Christi Sacramenta & miracula intonant. Idem libro 20. Originum cap. 4. Aretina vasa ex Aretio municipio Italiæ dicuntur, vbi fiunt: sunt enim rubra: De quibus Sedulius:

Rubra quod appositum testa ministrat olus.

Porro Honorium Augustodunensem libello tertio eadem cum Isidoro dicentem libens prætereo. Ildefonsum verò ab Isidoro non feiungo, Toletanum ab Hispalensi Archiepiscopo, qui Sedulium nostrum Poëtam Evangelicum, oratorem facundum & scriptorem Catholicum nominavit. Vide sermonem quintum de Assumptione Deiparæ Virginis, si tamen est genuinus huius Archiepiscopi fœtus, quâ de re pluribus aliâs.

VII. Placidus Laetantius siue Lutatius in scholiis ad librum 8. Thebaidis Papinij Statij: Achæmenia ipsa est Chaldæa, vocata ita à quodam crudelissimo Rege, de quo in Sedulio legitur:

*Cuius Achæmeniam rabiemque accenderas ira
Plus fornacis sua, &c.* non enim poterat eius ira placari nisi humano sanguine.

VII. Ven. Beda lib. V. Historiæ Ecclesiasticæ Anglorum cap. 19. Scripsit Adhelmus & de Virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulij geminato opere & versibus hexametris & prola composuit. Idem quoque Beda refert se vitam S. Cuthberti exemplo Se-

dulij prius Heroico metro & postmodum plano sermone descripsisse. Sæpius verò in Arte metrica eius versus allegat idem Venerabilis Beda, atque hos in primis de quibus quidam ambigunt.

*Cantemus socij Domino, cantemus honorem,
Dulcis amor Christi personet ore pio.*

IX. Sedulius quidam Britanniaë Episcopus Romanæ Synodo interfuisse dicitur nonis Aprilis Indictione quarta, anno Christi 721. sub Gregorio II. cum Fergusto Scoto Episcopo: sunt quoque qui alteram Synodum adducunt in medium celebratam anno 736. sub Gregorio III. sed de ea nulla apud Seuerinum Binium mentio: nec in Romanis Conciliis sub Gregorio hoc tertio Papa occurrit nomen nostri Sedulij, quem Baleus, Simlerus, & alij vocant Australium Scotorum Episcopum & scripsisse sancita Romani Concilij apud S. Petrum habiti. Subscriptiones in editis sic habent: Sedulius Episcopus Britanniaë de genere Scotorum & Fergustus Episcopus Scotiaë Pictus huic constituto à nobis promulgato subscripsimus.

X. Hepidamus Monachus S. Galli in Annalibus breuib; à Duchesnio editis Tomo III. Historicorum Franciaë hæc habet pag. 473. Anno DCCCXVII. Sedulius Scotus clarus habetur.

XI. Sigebertus cap. 6. Catalogi: Sedulius Episcopus ad Macedonium Presbyterum scripsit libros de miraculis Veteris & noui Testamenti, quos postea sub metricâ lege re daëtos

prætitulauit Paschale carmen. Errat Sigebertus: prius enim stricta seu metrica oratione scripsit Paschale Carmen, quàm Paschale opus soluta, vt supra monuimus. Pergit: Reparauit etiam carmine dactylico omnia Domini opera. Claruit tempore Constantis & Constantij filiorum primi Constantini Imperatoris: & cap. 66. Scripsit & librum de Virginitate Adhelmus, quem exemplo Sedulij geminato, id est prosa & metro composuit.

XII. In veteri codice Pitheci hæc erant adscripta: Incipit ars Sedulij Poëtæ, qui primò Laicus in Italia Philosophiam didicit: postea cum aliis metrorum generibus Heroicum metrum Macedonio consulente docuit. In Achaia libros suos scripsit tempore Imp. minoris Theodosij filij Arcadij & Valentiniani filij Constantij. iis consona exhibet Vsserius ex Thorneyana Bibliotheca: Sedulius versificus primò Laicus in Italia Philosophiam didicit: postea cum aliis consociis Heroicam metrum Macedonio consulente didicit. In Achaia libros conscripsit tempore Theodosij ac Valentiniani.

XIII. Trithemius denique (vt omittam Aldum Manutium, Lilium Gyraldum, Sixtum Senensem, Georgium Fabricium, Franciscum Iuretum, Iacobum Sirmondum, & ex eo Miræum, atque omnium vberimè effluentem ac pro merito Thomæ Dempsteri errores castigantem Vsserium) hæc suggerit: Sedulius Presbyter, natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiscopi ab ineunte ætate disci-

pulus, vir in diuinis scripturis exercitatus & in sæcularibus literis eruditissimus, carmine excellens & profla, amore discendi Scotiam relinquens, venit in Franciam, deinde Italiam perlustrauit & Asiam, postremò Achaiae finibus excedens, in vrbe Roma mirabili doctrinâ clarus effulsit. Scripsit autè & metro & soluta oratione plura opuscula. Hic tandem, vt Sigebertus scribit, Episcopus ordinatus fuit: sed Ecclesiam, vel urbem, vbi, non exprimit. Claruit sub Theodosio anno 430. Ex his verò licebit Quæstiones aliquot proponere, ac quanta fieri poterit breuitate dissoluere.

I. An Sedulius Poëta fuerit Scotus? Nul-
lus id veterum dixit. Recentiores *ομνυμια* delusi tres in vnum Sedulios confuderunt ac Poëtam sæculo quinto florentem cum Episcopo qui anno 721. & cum sacrae Scripturae interprete seu Collectaneorum Auctore, qui centum pòst annis viuerebat, Scotis temerè accensuerunt: nec ad rem faciunt, quæ Vsserius partim ex Trithemio quò Epistolarum librum memorat, cuius initium, Sedulius Scotigena, vnde enim probabit amabo, Poëtam earum esse auctorem? partim ex inscriptione Fuldensis adorandæ vetustatis exemplaris, quæ sic habet: Sedulij Scoti Hybernienensis in omnes epistolas Pauli Collectaneum. Illa quippe Scripturas sacras interpretandi ratio sæculum nonum redolet, vt suo postea loco monebimus, & in Collectaneis in Matthæum, tum alij recentiores Theodosianis temporibus Scriptores,

tum & ipse citatur Sedulius Poëta, de cuius patria controuersiam mouemus.

II. An Sedulius Poëta fuerit Episcopus? Nemo veterum id dixit: & argumenta, quibus commentum illud fulcite aggreditur Vsserius valdè imbecilla. I. Sigebertus, tanto posterior id obiter & aliud fortè agens, aut deceptus allusione nominum, eiusue aliquis amanuensis, Presbyterum mutauit in Episcopum, quod in Gennadio & Saluiano Massiliensibus, Prospero Aquitano aliisque factitatum non ignoramus. 2. Liberius seu Liberatus scholasticus & Belisarius Poëta ætatis prorsus incompete Sedulium acrostichicis carminibus exornarunt, in quorum initio ac fine leguntur ista verba *SEDVLIVS ANTISTES*: at Antistites ordine in secundo, hoc est Presbyteros Sidonius in Claudiano Mamerto & alij veteres agnouerunt. Nec aliud innuit *ἁγιῶν* operis Paschalis in vetusto Pithæi codice: Incipit Præfatio Sedulij Antistitis in soluta oratione Paschalis carminis. Adde quod in duobus illis Acrostichicis Epigrammatibus ne tenue quidem vestigium appareat aut Episcopatus aut Hispaniæ. 3. Præni siue Hymno Alphabetico in Christi laudem cani in Ecclesia solito sub finem Officiorum Alcuini per Ferias col. 303, editionis Parisiensis præfixus cernitur hic titulus: Hymnus beati Episcopi Sedulij. Sed hæc à recentiore sunt manu. 4. Pseudodexter in Chronico anno 418, meminit Sedulij Oretani Episcopi his verbis: Fatidio Pontifici Toletano succedit Iscius seu Ischius

Monachus Palæstinus, qui Sedulium amicum suum & Oretanum Episcopum prædicationis gratia Toleti detinet. Qui dono Dei in Poëtica Oratoriâque præclarus multos libros componit: sed nec ipse, nec eius hyperaspistes Franciscus Biuarius Scotum fuisse potius quàm Hispanum edixerunt. Deinde an vnus tantum hætenus Sedulius fuit? Quis verò sanus eredit Dextrum qui ante annum 392. omnigenam ad S. Hieronymum scripserat Historiam, ea quæ anno 428. contigerunt post S. Hieronymi adeoque & ipsius Dextrî obitum, in eodem Chronico annotasse? An non hæc & similia impostoris infrunitam sapiunt audaciam? Certè quî fieri potuit vt S. Isidorus Hispalensis Ep. Dextrî illius *ἱεροβελιμοῦ* contempto Chronico eiusve Appendice Presbyterum dumtaxat vocauerit, & Oretanis suæque Hispaniæ tantum Episcopum inuiderit?

III. Quo tempore vixerit Poëta Sedulius? Aberrauit omnium maximè Sigebertus, qui claruisse voluit tempore Constantis & Constantij filiorum primi Constantini Imp. hoc est ab an. 340. ad 350. Alij cum Alberto Stadenſi ad annum circiter 378. aut quod idem pæne est, ad Theodosij Senioris & Valentinianni iunioris imperium referre volunt, eoque maxime trahit, quod in antiquis editionibus Carminis Paschalis præmittitur ad Theodosium Carmen dedicatorium

*Romulidum ductor, clari lux altera solis,
Eoſm quia regnantes moderamine iusto:*

Spes orbis, fratrisque decus.

Nam vt rectè Vſſerius, Valentinianni II. sororem Gallam connubij participem habuit Orientis Imperator Theodosius: non ille iunior Arcadij filius, sed senior Arcadij eiusdem patris, quem à Poëta hic intellectum sequentia illa extra omnem ponunt controuersiam:

Hæc relegas, seruesque diu; tradisque minori

Arcadio.

Idem quoque censuit, Carmen illud dedicatorium ad Poëma aliquod vetustius, quoddà Mundi creatione & formatione hominis capiebat exordium, pertinere; atque eo deperdito fuisse ab antiquario aliquo negligenti præfixum Seduliano Paschali propter quampiam argumenti similitudinem. Adde quod ab antiquissimis exemplaribus MSS. illud abest, neque in ipsius Sedulij metaphrasi profaicâ vllum eius vestigium, aut in gemina ad Macedonium epistola. Plures Sedulium anno circiter 430. imperantibus Theodosio II. & Valentinianno III. affigunt, quibus ego maliam interim subscribere, quàm Vſſerio, qui eum ad annum vsque 494. saltem post annum 470. deicit, quo Gennadius CP. Ecclesiæ erat Episcopus. Turcium verò Rufum Astesium, siue Asturium illum esse cenſeo cum Sirmondo qui cum Protogene Consulatum gessit anno 449. siue cum Vſſerio illum Astesium qui anno 494. collegam habuit Præſidium, perinde mihi est: cum sincera atque integra Gennadij exemplaria Sirmondum do-

cuerint, vt ipse proficitur, Sedulium regnantibus Theodosio iuniore & Valentiniano vita functum fuisse. Nihil enim est quod me in eas compellat angustias vt credam statim ab obitu Sedulij versus in scriniis eius repertos ab Asterio fuisse recensitos, aut ad Macedonium, aut certè ad eundem, cui à Sedulio inscripti fuerant, Presbyterum Macedonium fuisse missos, quod Vetus illa adnotatio non sat manifestè exprimit. De eburneo Euangeliorum apud Leodienses opusculo, quod ex diptychis Consularibus in rem piam translatum est, nihil modò pronuntio, donec venerit in manus meas egregia Dissertatio R. P. Alexandri Wilhelmij Collegij Luceliburgensis Societatis theinij Collegij Biturigum Ecclesia S. Stephani Protomartyris asseruatur, depictum exemplar mittendum curauì, vt ex vtriusque collatione, quæ in iis latent antiquitatis monumenta facilius eruantur. Verùm video me longius opinione mea abripi. Quare præcisè cæteris quas institueram agitare quæstionibus,

IV. tantùm loco proponam, Idèrne sit Poëta & sacre Scripturæ Interpres? Eundem fuisse censuit Vsserius, eodèmq; calamo exaratum esse Paschale carmen & Collectaneum in epistolas omnes S. Pauli. Ego verò contra sentio Sedulium illum collectorem ex sanctis Patribus fragmentorum consarcinatorem sub Carolo Magno, eiusque filio Ludouico Pio, floruisse; tum quod ratio ista explanandi co-

dices sacros sapiat omnino genium sæculi noni ad quod ab Hepidanno, vt supra obseruatum est, refertur Sedulius Scottus: tum quod idem videatur auctor Catenæ illius seu centonis in Paulum, cuius Collectaneum in Euangelium S. Matthæi ex diuersis Patribus excerptum possidet Bibliotheca Collegij nostri Parisiensis in nitidissimis membranis elegantissima manu & quæ 700. aut 800. annos superet descriptum: at in eo citantur non modò S. Eucherius, S. Leo, Arnobius iunior, Faustus Reiensis, S. Gregorius, S. Isidorus, Arculfus, vbi de locustis quibus vescabatur S. Ioannes Baptista, ac Ven. Beda, sed & ipse Poëta noster ad illa verba: Et ne nos inducas in tentationem: Hinc Sedulius egregiè versibus describit dicens:

*Non quia nos Dominus lucis vitæque reperi-
tor*

In laqueos tentantis agat, &c. Iis itaque de-
cursis:

Nunc tandem ad Seduliorum, quæ typis impressa sunt, opera veniamus. Sedulij Poëmata sæpius excusa fuerunt primò anno 1502. ab Aldo Manutio cum quibusdam alijs Poëtis sacris, tum anno 1541. Basileæ cum enarrationibus seu notis Antonij Nebrissenis, deinde in Sylloge Poëtarum Christianorum Georgij Fabricij Chemnicensis Basileæ apud Ioannem Oporinum 1564. in 4. tandem in Bibliothecis Veterum Patrum & in Choro & Corpore Poëtarum Latinorum. Verùm perfectissima editio habetur Tomo VIII. Bibliothecæ Pa-

rificiensis anni 1624. vnde Morelliana profluxit, in quo Poëtæ sacri Græcè ac Latine fuerunt excusi. Huius pag. 658. extat,

Paschale Carmen id est de Christi miraculis libri quinque, licet Isidorus tantum tres, Trithemius, & alij, quatuor dumtaxat numerarint. Sed miror detractam fuisse Epistolam ad Macedonium Presbyterum, quæ in quodam MS. dicitur Apologeticus Prologus Sedulij Rhetoris, in qua fit mentio Syncreticæ illius Diaconissæ, ad quam Eustathius conuersum à se S. Basilij Cæsariensis Hexameron misit. Non deest tamen Præfatio metrica quæ incipit *Paschales*, &c. Desunt quoque, sed non immeritò, versus ad Theodosium Seniores, quos supra diximus ex alio opere fuisse assumptos.

Veteris & noui Testamenti Collatio, in qua carmine reciproco dimidium versus primi finem complectitur versus secundi, cuius elegiæ initium est *Canemus socij, &c.* Omissum quoque est in fine Sedulij epigramma *Tetrastichon* quod in Aldina editione reperitur. Eadem porro *Collatio* paullò post reperitur edita sub nomine Turcij Rusti Asterij Viri Consularis, sed falsò, cum eius verus fuerit auctor Sedulius, editor verò Asterius.

Hymnus Iambiucus Dimeter de Christo Domino, succinctè eius opera ab Incarnatione vsque ad Ascensionem complectens, qui incipit. *A Solis ortus cardine, &c.* Ex quo Præne Alphabetico Ecclesiastici Tractatores mutuati sunt duos Hymnos, qui in solemnibus

Christi

Christi natalis & Epiphaniæ festis decantantur.

Liberij & Belisarij Poëtarum incertæ ætatis de *Sedulio duæ Acrostichides*.

In eodem octauo Tomo Bibliothecæ Veterum Patrum extant eiusdem Sedulij Presbyteri *Paschalis Operis libri quinque soluta oratione descripti*, cum epistola altera ad eundem Macedonium Presbyterum, qui auctor fuerat, vt Paschalis Carminis textum in Rhetoricum sermonem transferret. Quod verò ad titulos geminati illius operis spectat notanda eiusdem Epistolæ verba: *Priores libri*, quia versus digesti sunt, nomen Paschalis Carminis acceperunt: sequentes autem in prosa nulla cursus varietate conuersi, Paschalis designantur operis vocabulo nuncupati. Primus Franciscus Iureus I. C. ex MS. codice Petri Pithœi cum notis edidit.

Collectaneum, siue, *Explanatio in omnes epistolas S. Pauli* ex Origene, Eusebio, Hilario Diacono, Ambrosio, Rufino, Ioanne Chrysostomo, Hier. Aug. Pelagio, Gennadio CP. aliisque Patribus excerpta ipso etiam S. Gregorio I. Papa cuius verba transcripsit tacito eius nomine ex libro 19. *Moralium in Iob. cap. 21.* vs rectè obseruauit Benedictus Iustinianus Societatis nostræ Theol. in 1. ad Corinthios c. 6. versus 5. Eadem, inquit, planè verba leguntur in Commentariis quæ nomine Sedulij circumferuntur; vt vehementer suspicer, eos esse pseudographos, & falsò Sedulio inscribi, cum sit ille Gregorio longè anti-

quior; nec verisimile videatur Gregorium ea à Sedulio mutuatum esse, cum planè Gregoriani styli simplicitatem redoleant, qui more suo hæc Apostoli verba, non tam ad scribentis mentem, quàm aptè ad mores informandos, explicat. Hæc ille: Verùm in nostra Chronologia quæ plures Sedulios admittit, sublati hisce salebris omnia plana sunt atque expedita. Primò prodiit Basileæ apud Henricum Petri annis 1528. & 1534. tum in Collectionibus & Bibliothecis Veterum Patrum.

Huius Auctorem non secus ac *Colletianei in Mattheum* eodem filo contexti & in capita seu lectiones 355. diuisi, arbitròr fuisse Sedulium illum Scotum Presbyterum qui anno 818. florebat, teste Hepidano, eidemque tribuenda censeo, quæ Trithemius Sedulio Poëtæ adiudicabat opuscula: nimirum *In maius volumen Prisciani, in secundam editionem Donati, Epistolarum ad diuersos librum vnum*, qui incipit: Sedulius Scotigena. Eidem quoque assignare licebit *Commentariolum in artem Eutychij*, qui M. S. reperitur in Thuana Bibliotheca, quæque possidebat Goldastus anno 1610. *De Regimine Principum & Expositionem in artem Prisciani*. At de his apud alios recentiores Philologos non satis enucleata hæcenus digestis, plus iam satis pro instituta operis huiusce breuitate, si prius monuero Auberinum pag. 911. Præstigiæ suarum de Sacramento Eucharistiæ quæ nuper in manus meas venerunt, credidisse auctorem *Commentariorum in Paulum Sedulium Scotum* suæ

Hybernientem fuisse eum, qui Synodo Romanæ sub Gregorio II. aut III. celebratæ (Characteres enim vt ait numerales corruptissimi sunt) cum Fergusto Scoto Episcopo legitur interfuisse & subicripisse, & ibidem Episcopus Britannicæ nominatur.

Septuaginta Interpretes. Bell. p. 30.

NOLIM ego prolixius disputare de LXXII. Interpretibus eorumque versione, cum ad manum sint, qui fusè ista ex Iosepho, Aristeæ, Iustino, Ireneo, Clemente, Eusebio, Epiphano, Hieronymo, Augustino, aliisque veteribus, digesserunt Leo Castrius, Sixtus Senensis, Salmeron, Serarius, Galestinus, Salius, Tornellus, Petauus, Philippæus, Morinus, Vferius, &c. Hoc tantum obseruandum fuisse interpretationem illam sub Ptolemæo Philadelpho Lagidæ filio vel anno V. C. 469. vel 476. ante Christum 285. vel 278. Mundi ex nostris calculis 3769. vel 3776.

Serapion Thmuitanus Ep. Bell. p. 110.

SERAPION seu Sarapion vt habent MSS. Scodices & Suffridi editio, ex Anachoreta Episcopus Thmucei in Schetica Ægypti prouincia à S. Athanasio Patr. Alexandrino ordinatus anno circiter 340. Hunc S. Hieronymus cap. 99. testatur ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruisse, sancto Anto,

nio carum, ac sub Constantio Principe etiam in confessione inelytum fuisse. Martyrologium Romanum eius obitum refert die 21. Martij. Quo verò anno N. L. Baronius in notis & in Annalibus de eo non pauca ex S. Athanasio, & Hieronymi epistola 84. ad Magnum Oratorem Romanum & aliis.

Liber adversus Manichæos ei tribuitur, quem Latinitate donatum à R. P. Francisco Turriano Soc. Iesv Tomo V. Antiquæ Lectiois edidit Henricus Canisius, à quo illum mutuatii sunt editores Bibliothecæ Veterum Patrum. Sixtus Senensis asserit Monachum quondam fuisse & Abbatem circiter decem millia Monachorum proprio labore viventium sub se habuisse, quod Trithemius tacuit, qui anno dumtaxat 340. claruisse testatur. Corrigendus verò idem Sixtus quod ex Hieronymi textu idem intellecto aut mendosè expresso Constantinum Principem, sub quo Serapion in confessione inelytus memoratur, in Constantium Augustum eius patrem temere conuerterit. Cæterum Hier. præter librum adversus Manichæum, quem vocat egregium, meminit præterea libri alterius de Psalmorum titulis, & utiliū ad diuersos Epistolarum, quæ omnia petiisse dolemus. Neque sic accipienda arbitror verba Trithemij: Multa fertur scripsisse opuscula: de quibus extant subiecta, ut ea ad suam vsque ætatem seruata & in membranis descripta viderit legeritve: sed eo sensu dicta existimo quo paullo antè de Eusebio Emiseno Ep. Fertur multa & pene infinita scripsisse

opuscula, sed nos paucorum titulos & numeros potuimus inuenire, apud Hieronymum scilicet, aliisque antiquiores.

Seuerianus Gabalensis. Bell. p. 163.

SEVERIANVS Ecclesiæ Gabalorum in Syria Episcopus in homiliis declamandis eloquentissimus frequenter à S. Ioanne Chryostomo Episcopo CP. & Imperatore Arcadio ad faciendum sermonem euocatus CP. vt cum ex aliis tum ex cap. 21. Gennadij discimus, floruit maximè ineunte sæculo Christi quinto. An diu S. Chryostomo superstes fuerit, quove anno obierit N. L. Hoc verum ex eodem Gennadij capite mortuum fuisse Theodosio iuniore imperante. Quod verò in MS. codice additur post Theodosio, *filio suo*, id fortè quidam ad baptismum eius referent, ego verò respexisse arbitror ad Imperatorem Arcadium cuius paulò ante incidit mentio. Multæ eius sunt Homiliæ inter opera S. Ioannis Chryostomi & aliorum veterum delitefcentes, nam Expositio in epistolam ad Galatas & gratissimus de Baptismo & Epiphaniæ solemnitate libellus & forte alia opuscula desiderantur.

Homiliæ sex in Hexaemeron Mosis, ^{in cœli & terræ} Græcè ab Henrico Sauillio cum S. Ioannis Chryostomi operibus Græcis editæ sunt Etonæ prope Londinum anno 1612.

Inter decem Homilias editas Romæ anno 1581. studio Cardinalis Sirleti sub nomine S.

Ioannis Chryl. dicataq; Greg. Papæ XIII. quasque Latine vertit Florens Christianus.

Secunda εις τὸν τιμον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς κ' μουσικῆς ὀφείας, ὅτι εὐρασκεῖ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, ἢ περὶ τῆς ἀγίας ἢ ὁμοίου Τελείδος, ἢ ἀσάβησκειται ἢ τῇ κυριακῇ τῆς μεσσηστήμου, vt habent MSS. codices, est Seueriani, cui eam tribuunt S. Damascenus orationibus 1. 2. & 3. de Imaginibus, Hadrianus Papa I. c. 26. de Imaginibus, Conuentus Parisiensis anno 824. celebratus, &c.

Decima quoque ex illis est eiusdem Seueriani εις τὰς ἀρετὰς ἀποστολικὰς, ἢ ἐπιτομὴ τῶν ἀποστολικῶν βιβλίων, ἢ ὅπως θεωροῦμεν ἐν τῷ ἰδίῳ τῶν πατέρων, ἢ ὁ πατήρ τῶν υἱῶν, ἢ εἰς τὸν πατήρ ὁ καλούμενος. Certè illi tribuitur à Theodoro dialogo tertio, ab Hadriano Papa libro citato & aliis ἐν δόμῳ βασιλικῆς ἐὰν ὑβελίτης, ἢ τὸν ἀνδραγαθῶν ὑβελίτης;

Post Chrysofostomi librum de educandis liberis eiusdemque quinque alios tractatus Græcè & Latine edidit anno 1656. Parisiis apud Antonium Bertier F. Franciscus Combefis Ord. Præd. Homilias Seuerianij Gabalorum Episcopi *de Cruce*, cuius fragmentum vulgatum fuerat à Iacobo Gretsero Tomo II. de Cruce.

Sunt & aliæ quæ eidem tribuuntur in MSS. codicibus, de quibus non est proprius dicendi locus. Hic inter cætera ingenij sui monumenta, inquit Sixtus Senensis, reliquit in Genesim Homilias plures, ex quibus quatuordecim nondum ex Græco translatae seruantur Viennæ in Bibliotheca Brassicana: reliquit etiam in epistolam ad Galatas Commentarios, *Oecu-*

menius in Commentariis epistolæ primæ ad Corinthios octo & quinquaginta sermonū ipsius refert volumina. De discidio inter S. Chrylostomum & Seuerianum opera Serapionis Diaconi exorto & per Eudoxiam Augustam reparato plura dabunt otiosis Lectoribus Socrates, Sozomenus, Nicephorus, & alij.

Seuerus Sulpitius.

Bell. p. 188.

SEVERVS, cognomento Sulpitius, generus, diuitiis, ac literis in Aquitanica Provincia nobilis, ac deinde Primuliacensis Presbyter (libro secundo Historiæ sacre Seruationem Tungrorum, Phœbadium verò vocat Episcopum suum & ex epistolis habitasse in Nitiobrigibus, vel in Volscis, Tolosæ atque Elufone colligitur) claruit sub finem quarti sæculi SS. Martino, Augustino, Paullino, aliisque valdè familiaris. Vixit quoque sæculo quinto vsque ad annum circiter 420. & disseminatas à Pelagianis aduersus Christi gratiam & Originale peccatum hæreses, quibus adhæsisse videtur ex Gennadio, qui sic ait cap. 19. Hic in senectute sua à Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit, vt peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. De eodem S. Paulinus Nolanus Ep. in epistolis quas ad eum scripsit numero quatuordecim ex iis, quæ super sunt, & primo loco sunt à Roswico nostro collocatæ. S. Hier. in Ezechielis caput 36. S. Augustinus

ep. 25. (neque enim in medium hic proferendas reor ab impostore quodam confictas Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanum Ep. & Cyrilli ad Augustinum de laudibus & Miraculis S. Hieronymi epistolas quas Louanienfes in Appendicem rejecere) Paulinus Petracorius libro 5. Carminum de vita S. Martini, vbi dicitur, insignis mundi titulis, & nobilitate potens, Idatius in Chronico, Gelafius Papa in Decreto, vbi Postumiani & Galli opuscula refert inter apocrypha, Gregorius Turonensis libro 1. de miraculis S. Martini, & in Historia Francorum, Honorius Aug. libelli II. cap. 19. qui falsò tradit Severum non Martini tantum, sed etiam Paulini scripsisse vitam, atque ex recentioribus Trithemius, Sigonius, Galefinius, Gifelinus, Bar. Bell. Poff. Ioannes Maria Brasichellanus, Iosephus Scaliger, Nicolaus Faber, Gaspar Barthius, Gerardus Ioannes Vossius, Miræus, &c. Quo anno quòve die obierit N. L. nec parum hallucinati sunt, qui Sulpitium Seuerum ad distinctionem Pij sic cognominatum cum Seuero Sulpitio confuderunt. atque hunc Bituricensibus Archiepiscopis annumerarunt, vide Tomum II. Nouæ Bibliothecæ MSS. librorum pag. 32.

Extant eius opuscula, & seorsim edita, & in Orthographis & Bibliothecis Veterum Patrum, nec defuere viri pereruditi, qui ea Commentariis illustrarunt Victor Gifelinus, Petrus Galefinius, Carolus Sigonius, Ioannes Druis, necnon Ioannes Fillæus IC. qui Gal-

lice vertit eius Historiam, vt nuperos quoddam, tum editores, tum Interpretes præmittam. Editionem Lugduno Batauam anno 1647. in 8. procurante, Georgio Hornio, hictibi, Lector, præsentabo.

Historia Sacra libri duo à mundi exordio ad suam memoriam, hoc est ad annum vsque æræ Christianæ 400. Consulibus Stilicone & Aureliano, peiducti, videntur illo ipso anno ad finem vergente sub Autumnum finiti, paullo ante quàm S. Martinus Turonensis, summus eius amicus atque optimus pater, ad superos euolaret die 11. Nouembris eiusdem anni 400. Quod si prius, vt quidam volunt, annis nimirum aut 395. aut 397. vita decessisset, illud non videtur fuisse silentio prætermisurus Seuerus.

De Beati Martini vita liber, cum Præfatione ad Desiderium.

Epistola prima ad Eusebium Presbyterum contra, emulos virtutum B. Martini.

Epistola altera ad Aurelium Diaconum, de obitu & apparitione B. Martini.

Epistola tertia ad Bassulam socrum suam, quomodo B. Martinus ex hac vita ad immortalem transferit. Videntur autem iam excidisse epistolæ illæ, quas ad amorem Dei & contemptum mundi hortatorias sorori suæ scripserat, necnon ad Paulinum, & alios.

Dialogi tres interlocutoribus Gallo & Postumiano se mediantes & indice I. De conuersa-

tione & virtutibus Monachorum Orientalium. II. De virtutibus Beati Martini, III. De eadem re. Tres incisiones collationis illius vocat Gennadius, docetque in earum priore Seuerum referre suo tempore apud Alexandriam in Synodo Episcoporum decretum fuisse Origenem cautius à sapientibus pro bonis legendum, & à minùs capacibus, pro malis refutandum. Cap. IV. Dialogi primi hæc de sancto Hieronymo Postumianus plurimùm obseruanda: Ego apud Hieronymum sex mensibus fui: cui iugis aduersus malos pugna perpetuùmque certamen conciuit (sic enim legendum ac interpungendum moneo) odia perditorum. Oderunt eum Hæretici, quia eos impugnare non desinit; oderunt Clerici, quia vitam eorum insectatur & crimina. Sed planè eum boni omnes admirantur & diligunt; nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insanunt. Verè dixerim Catholica hominis scientia sacra doctrina est. Totus semper in Lectione, totus in libris est, non die non nocte requiescit: aut legit semper aliquid, aut scribit. Hæc ille, quæ omnibus Imperatorum trophæis & Rhetorum elogiis anteferenda arbitror.

Sidonius

Bell. p. 199.

CAIVS Sollius Apollinaris Sidonius, patre Apollinare Præfetto Prætorio Galliarum natus Lugduni ad Rhodanum, excul-

tus Rhetorica ac Poëtica præsertim facultate, Auitum Imperatorem Socerum suum (Pappianillam eius filiam Ecdicij sororem duxerat ex qua Apollinarem filium duâsque filias ante Episcopatum suscepit) Maiorianum & Anthemium Augustus carminibus panegyricis celebravit, ab hoc Præfectus Vrbi ac Patri-cius creatus, dein post Eparchium Præsul Aruernorum, seu quod idem est, Claromontanus Episcopus suffectus anno circiter 472. Christiano vigore pollens, Ecclesiam sibi commissam etiam inter barbaræ ferocitatis duriciem per plures annos difficillimis temporibus administravit, Biturigibus concionem habuit in electione Simplicij Archiepiscopi, quam ad Perpetuum Turonensem Antistitem misit, in exilium postea actus, tum reuocatus Aruernos, ibidem sanctissimè obiit Zenone imperante, anno, vt videtur, 481. die Sabbati 23. Augusti, cum successorem suum designasset Aprunculum Lingonis pulsum, sepultusque est in S. Saturnini ædícula, vnde in Genesiana basilicam deinde translatus est. Gennadius cap. 92. docet scripsisse varia & grata volumina & sanæ doctrinæ. Claudianus Mæmertus vocat eum eruditorum sui æui peritissimum ac disertissimum, eique libros tres de Anima aduersus Faustum dedicauit. De eodem Ruricius Senior Lemouicensis Antistes in Epistolis, Auitus Viennensis ep. 38. Gregorius Turonensis libro 2. Historiæ capp. 22. 23. 24. aliisque locis, Flodoardus libro 1. Historiæ Rhemenfis cap. 12. Aimoinus, Sigebertus,

Honorius Augutodunensis, Trithemius, Baronius, & Sirmondus qui vitam eius cultissimo stylo conscripsit, ac vetus Epitaphium addidit, in quo verè Sidonius dictus reperitur, Nulli incognitus & legendus orbi.

Eius opera, hoc est *Epistolarum libros nouem & Carmina numerà XX.* ediderunt ac scholiis Commentariisque vberibus illustrarunt Ioannes Colutius & Ioannes Sauaro: sed in eo auctore explicando præcipua effulsit industria R. P. Iacobi Sirmondi, Ricomagenensis, Aruerni, Societatis IESV anno 1614. in 8. apud Sebastianum Cramosium, qui anno 1652. post Sirmondi obitum eadem Commentaria in quibusdam auctiora & castigatiora typis iterum emisit in 4. nobis vt quàm emendatissima prodirent adlaborantibus. Vt verò videas Lector, quid sperate debeas emolumentum ex Lectioe Heterodoxorum Criticorum, placet pauca subtexere ex Patrologo Ienensi Lutherano. Fuit, inquit, Episcopus Auernensis (Baron. Aruernensis legit) Alij Claromontanum Episcopum fuisse referunt. Floruit circa annum 440. O miseram Segregum sortem, qui tales magistros ad cælum euehant, & Catholicis Doctoribus obicere non verentur.

Siffridus Presbyter.

Bell, p. 363.

SIFFRIDVS, Misnensis Ecclesie in Saxonia Presbyter, vixit sæculo Christi XIV. circa annum 1308. & tempora Alberti primi Austriaci Imperatoris, qui illo anno Kalendis Maij interfectus est. Possseuinus Ordinis Prædicatorum fuisse asserit, sed hallucinatus est duos in vnum confundens: longè enim à Chronographo diuersus fuit Sifridus, Episcopus Cyrenensis titulus, Archiepiscopi Moguntini Theoderici in Pontificalibus Vicarius, cuius opera recensuit Trithemius, eumque ostendit claruisse sub Friderico III. Imperatore & Romanis Pontificibus Pio II. & Paulo II. anno 1470. De Misnensi videbis Vossius ac Bellarminum quem dumtaxat excipisere Miræus & Patrologus. Alfonso verò Fernandes in eundem cum Possseuino lapsus est errorem, cum auctorem Compendij Historiarum suo Predicatorio Ordini adscribit, distinguítque à Sifrido Teutone egregio Concionatore, quem Cirenensis Ecclesie Præsulem obiisse asserit 17. Kal Iunij 1473.

Chronica eius, siue, Epitome Historiarum ab orbe condito pro more temporum illorum inchoata, in MSS. codicibus descripta habetur. Relectis porrò prioribus periochis, vt pote nullius frugi ac planè inutilibus, Georgius Fabricius Chemonnicensis, quæ supersunt ab anno Christi 458. vsque ad annum 1307. subiecit Historiæ suæ Saxonice siue Annalibus

Missa anno 1569. Lipsiæ excusis : vnde Ioannes Pistorius Niddanus transtulit in Tomum I. Rerum Germanicarum anno 1583. Francofurti editum.

Sigebertus.

Bell. p. 296.

SIGEBERTVS, Gemblacensis in Brabantia Gallicana cœnobij Monachus, (erat enim Melchior Goldastus qui Gemblacensem Abbatem eundemque Sanctum appellare non est veritus) cùm ætate florens pueros in Metensi S. Vincentij Monasterio diu docuisset, Gemblacum reuersus, reliquum vitæ tempus ibidem egit, Henricianis partibus aduersus Romanos Pontifices Gregorium VII. Vrbanum II. & Paschalem II. ad procacissimam vsque infrunitæ mentis audaciam, atque vt Catholici quidam scripserunt, insaniam deliriumque addictus. Obiit die 5. Octobris non anni 1112. vt Miræus aliique plurimi scripsere, sed anni 1113. proximè consequentis. Suum ipse sibi texuit elogium cap. 171. *libri de Viris Illustribus* post alia omnia opera compositi; quem cum aliis sex, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis ex professo tractarunt, recudendum curauit Aubertus Miræus Antuerpiæ anno 1639. in Bibliotheca Ecclesiastica. De eodem Sigeberto videndi S. Anselmus epistola 8. ad Guillelmum Abbatem, Trithemius; Poss. Bar. Bell. Miræus & Ioannes Maria Brasichellanus, qui & de Ioanna Papissa nonnulla obseruat & ad alios controuersiam illam

aduersus Nouatores Hæreticos fusius pertractantes remittit. Iacobus Gaddius, Sciolus Florentinus pag. 348. Tomi II. Sigebertum transformat in Sigonium, atque scripsisse vtroque stylo multa volumina teste Trithemio, qui cum magis laudat & modestius reprehendit quàm Bellarminus. Scilicet in schismaticorum gratiam excusandus fuerat Sigebertus & Catholicæ fidei vindex Bellarminus quacunque occasione oblata ac etiam contra ius falsq; omne culpandus. Consule amabo, obseruationes eruditissimi Card. ac mecû non sine stomacho damnabis profanorû huiusmodi scriptorum qui de rebus sibi parum cognitis iudicare satagunt, infulsatem non ferendam. Verùm Gaddianas aberrationes seorsim Deo dante colligemus, in quibus non postrema erit, quæ mox sequitur hiis verbis: Symmachus Patricius, Senator & Consul Rom. & Socer Boëtij scripsit epistolarum ad diuersos volumina, quod & Argentorati 1510. lucem hausit & Venetiis. Dein citato Macrobio qui circa annum 401. obiit, addit: De Sym. Sigebertus scribit sub an. 517. &c. quæ produnt Gaddij in Chronologicis infantiam.

Chronicon ab eo tempore, quo desinit sancti Hieronymi ad Eusebianum Chronicon appendix, hoc est, *ab anno Christiana ære 379.* (aliis 381.) quo cremato à Gothis Valente Theodosius Senior cum Gratiano & Valentiniano minore fratribus Augustis imperare cepit, *inchoatum* vsque ad annum 1112. perduxit. Illud ad fidem autographi codicis Gem-

blacensis comparatum, atque à quifquiliis Galfridi Monumetensis siue Afaphensis, quæ in omnibus præcedentibus editionibus intersæ legebantur, liberatum, Verdussianis typis Antuerpiæ anno 1608, in 4. edidit idem Miræus. Verùm vt ipse cum aliis Eusebianum Hieronymianumque Chronicon excepit, ita quamplurimi Chronicon eius continuerunt: atque in iis præcipui tres: Anselmus Gemblacensis Abbas ab anno 1113. ad annum 1133. Secundus Anonymus, quidam falsò hæctenus creditus Robertus Abbas de Monte sancti Michaëlis, cum potius, si quid coniectura assequi possim, fuerit Religiosus aliquis Ordinis Præmonstratensis in Diocesi Laudunensi aut non procul ab illa commoratus. Tertius est Robertus de Thorigneo Abbas S. Michaëlis de Tumba siue in Periculo maris, cuius Chronicon extat post Guiberti Nouigentini Abbatis opera studio D. Lucæ Dacherij O. B. anno 1651. in folio edita cum pluribus aliis.

Vita S. Sigeberti Francorum in Austrasia Regis, Ecclesiæ & Abbatix S. Martini extra Metensem ciuitatem sitæ conditoris, apud Surium & Bollandum Kal. Februarij.

Vita S. Guiberti Abbatis & Gemblacensis Monasterij fundatoris, apud Surium die 23. Maij.

Vita S. Maclouij, seu Machutis Episcopi Alexiensis in Minore Britannia. apud eundem Surium die 15. Nouembris.

Notandum porrò est deceptum fuisse Volsium, dum Sigeberti verba referens; scripti vitam

vitam Theoderici Episcopi conditoris ipsius Ecclesiæ & Abbatix inseruit (Gemblacensis) neque enim Dietericus siue Theodericus Metensis Episcopus fundauit Gemblacensem Ecclesiam, cuius S. Guibertus auctor fuit, sed S. Vincentij Monasterium, in quo tum pueros erudiendo versabatur, vt paullo ante monuerat. Quod si quis Schismatica Sigeberti opuscula querat, Schardianas & Goldastinas adeat similibus libris prægnantes farragines.

Sixtus Senensis natione Gallum fuisse asserit, Poëtam sui temporis celebratissimum & in diuinis Scripturis à iuuentute detritum, qui scripserit in librum Ecclesiasticis Salomonis hexametro carmine librum vnum.

Siluester.

Vide Syluester.

Simeon de Cassia.

Bell. 374.

SIMEON, seu Simon Fidatus, à Cassia natali in Hernicis vico cognominari Solitus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Concionator egregius, Florentiæ multos vitæ annos consumpsit, ædificatumque anno 1330. cœnobium nobilissimis matronis virginibusque repletum, rexit vsque ad obitum, qui contigit die 2. Februarij anni 1348. De eo præter Trithemium qui spiritu Prophetiæ illustratum perhibet, Sabellicus, Volaterranus, Pamphilus, Sixtus Senensis, Simlerus, Possuinus, Elsius, &c.

I. De Beata Virgine, Basilæ apud Adamum Petrum 1517.

II. Libri quindecim de gestis Domini Salvatoris, Colonia 1540. apud Ceruicorum.

Laudatus antè Sixtus Senensis libro 4. Bibliotheca sanctæ vocat opus insigne, in quo vniuersam quatuor Euangelistarum Historiam sub vnius narrationis ordine dispositam iuxta historicam & mysticam intelligentiam luculenter exposuit. Eius initium est, A bono & super bono. Claruit anno Domini 1340. Hæc ille. Plura verò Posseuinus de libris ab eodem Italico idiomate conscriptis, quæ tu per ocium consules.

Simeon Metaphrastes. Bell. p. 266.

DE Simeone, qui dictus est Metaphrastes, Vitæque Sanctorum Græcè scripsit, multi hæctenus multa, eaque inter se omnino pugnancia: Verum nullus eius ætatem felicius mihi videtur affectus Bollandi nostro, qui §. tertio Capitis primi Præfationis Generalis in Vitas Sanctorum ad Abbatem Lætiensensem fulissimè docet, non floruisse sæculo Christi nono ab anno 800. ad 900. vt Baronius, Bellarminus, Posseuinus, alique viri eruditi docuerant, neque ad an. vsq; 1060. æ Michaelis Pselli tempora eum fuisse differendum, vt pleriq; præsertim ex Heterodoxis præstiterunt: sed media inter vtramque sententiam incedendum via & sæculo decimo aligandum Leonis Sapientis extremis tempori-

ribus, eiusque filio Constantino, vel cum matre, vel cum Romano Lecapeno Orientalis imperij habenas moderante. Præcipua Bollandi ratio ex vita S. Theodisti Lesbiæ, quæ in insula Paro die 10. Nouembris defuncta est, eruitur, quam Michaël Psellus asserit primam fuisse Simeonis nostri commentationem; atqui illa Leone iam mortuo quem ideo *μικραέρτω* siue felicit memorizæ appellat, elucubrata fuit. Cæteræ ergo Sanctorum vitæ ac gloriosa Martyrum certamina ab anno circiter 920. vsque ad 950. aut 960. fuerunt ab eo grandibus expensis magnèque studio atque assiduitate pene incredibili hinc inde collectæ, & memorizæ posterorum commendata.

Quis verò fuerit, quantusve vir, non ab vno Bollando, sed ab omnibus fermè Catholicis Scriptoribus discas ac nominatim nostris Gretsero atque Theophilo, aliisque supra laudatis, qui Heterodoxorum oblatrantium ora contuderunt quoddam uirum illustri ortum familia, Principem Secretariorum, & Patricium, ac deinde Logothetam creatum, & in aula Imperatoria cum summo honore versatum, in Ludimagistrum triobolarem transformarint, nec quicquam repugnante Michaelè Psello doctorum hominum suæ ætatis Phœnice, qui Encomium Simeonis soluta strictaque oratione magnificè celebravit. Vide Surium die 27. Nouembris & Leonem Allatum in Dissertatione de Pselli, aliisque eruditissimis lucubrationibus. Sed hæc aliæque prætereo, vt moneam.

Vitas Sanctorum in duodecim anni menses, siue ab ipso Simeone, siue ab aliquo alio distribuitas. Græcè nondum à quoquam fuisse editas, sed Latine dumtaxat in Tomis Aloysij Lipomani Veronensis Episcopi, eius studio ac rogatu è Græco conuersas à Guillelmo Sireto postea S. R. E. Cardinale, Petro Francisco Zino Veronensi, & Gentiano Herueto Aurelianiensi eruditissimis interpretibus. Eandem postea Laurentius Surius Cartusianus per sex Tomos suis quasque locis distribuit, Bollandus quoque noster nonnullas nunquam hætenus à quoquam vulgatas Latine exhibuit in Ianuario & Februario mensibus, pergetque, Deo fauente in posterum, aut eius adiutor Goddefridus Henschenius, Historiam Ecclesiasticam tantis locupletare thesauris.

Greferus cap. 19. libri de Imaginibus non manufactis adscribit Metaphrasti *Orationes triginta tres de Fide & Moribus Christianis atque Monasticis* à Iacobo Pontano eiusdem Societatis cum multis aliis Asceticis opusculis Latine factas censetque eundem esse Metaphrastem cum Simeone, cognomento Theologo iuniore, ad differentiam antiqui inter Græcos Theologi, nimirum Nazianzeni. Sed cum hic Simeon iunior esset Abbas sancti Mamantis ad Xylocercum; Metaphrastis autem Monachismus non Pfellum modo, sed & omnes antiquos latuerit, verisimilius est supponi Metaphrasti nostro eas lucubrations absque idonea causa. Hæc Theophilus in Erotematis, Nos verò in altera Dissertatione

de Scriptoribus Ecclesiasticis in ætatem iunioris huius Theologi diligenter inquiremus, agemusque præterea de Simeone altero Magistro ac Logothera, qui collegit *Orationes 24. Ethicas ex libris S. Basilij Casariensis Archiepiscopi delibatas*, quas Latine reddiderunt Simon à Maille, Archiepiscopus Turonensis, excusas Parisiis seorsim anno 1556. & in editione GL. operum eiusdem S. Basilij, & Stanislai Llouius cum operibus eiusdem sancti Antuerpiæ anno 1568. Suius erit quoque Simeoni Thessalonicensi Archiepiscopo locus, aliisque, de quibus eruditam Diatribam scripsisse dicitur V. C. Leo Allatus.

S. Simeon Stylites.

Bell. p. 204.

SIMEON GRÆCIS ΣΥΜΕΩΝ ἢ ΣΥΜΕΩΝΗΣ natione Cilix, à columnis, quib. annos 48. insedit Stylita nomine Græco dictus ΣΥΜΕΩΝ ὁ τῷ τῷ ΣΥΛΩ, ἢ ΣΥΜΕΩΝ ὁ τῷ ΘΕΩ ΣΥΛΩΣ Latino verò Columnator seu Columnarius, obiit die 5. Ianuarij anno circiter 460 ætatis 109. de quo Theodoretus cap. 26. Philothei, A&ta S. Daniëlis Stylitæ 12. Decembris, Euagrius, Eulogius pud Photium cod. 230 mihi pag. 879. ὁ μὲν τὰς ΣΥΛΩΝ, &c. Cedrenus, Glycas, Nicephorus Metaphrastes, & ex recentioribus Baronius tum in Annalibus tum ad diem V. Ianuarij Martyrologij Romani, Rosweidas, Raderus, Greferus, & Bollandus. Sunt & alij duo iuniores Simeones Stylitæ in Fasti. Ecclesiasticis veterumque monumentis notissimi

sed non iis, verum seniori tribui solet fermè ab omnibus, quos vidi.

Sermo brevissimus de mente complectendo suum decessum, siue Epistola de morte assidue cogitanda, in Bibliothecis Veterum Patrum.

Extat quoque apud Euagrium Scholasticum libro 2. Ecclesiasticæ Historiæ cap. 10. eius epistola ad Imperatorem Leonem mentio cum epistola quam ad Basilium Antiochiæ Archiepiscopum scripsit de Concilio à DCXXX. sanctis Patribus celebrato, in qua se vocat præ summa animi modestiâ: *ταπεινὸς & ὑπαλῆ, ἡ κερταίμα τῆς μάκαρος*.

Junioris verò Simeonis Stylitæ, cuius natalis dies designatur in Martyrologio Romano die 3. Septembris, quemque ex Euagrii libri 6. cap. 22. constat sub Iustiniano Imp. vixisse, epistola ad Iustinum Imp. recitatur Actione quinta II. Concilij Nicæni Omitto eum de quo Io. Moschus cap. 57. Prati spiritalis.

Sixtus II. Papa.

Bell. p. 81.

SIXTUS Papa II. per menses vndecim & dies tredecim ab anno 157. ad diem vsque 6. Augusti anni sequentis, quo sanguinem pro Christo effudit, Errat Miræus quoddam 12. illi menses assignet, eiusque mortem in annum 159. differat cum quibusdam aliis.

Eius nominæ Rufinus Aquileiensis Presbyter Sexti cuiusdam Pythagorici Philosophi hominis absque Christo Gnomas, siue sen-

tentias vulgavit à se Latinitate donatas, quæ extant in Bibliothecis Veterum Patrum & seorsum editæ cum præfatione eiusdem Rufini ad Apronianum. De iis diximus supra V. Rufinus ex scriptis SS. Augustini & Hieronymi qui librum hunc ait Annulum nominatum fuisse, &c. nunc autem præstat obiter advertere Auctorem illum Anonymum, qui ad SS. Isidorum & Ildesofum Appendicem XII. Scriptorum Ecclesiasticorum attexit, non legisse Augustini caput 41. libri secundi Retractationum, aut S. Hieronymi opera, dum pristina caligine iam depulsa & reiectis Rufini technis ita caput primum inchoavit: Sixtus, Episcopus Romanæ vrbis & Martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum tam brevi cloquio, vt in singulis singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ. Cui quidem opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam fidem inferuerunt, quò facilius sub nomine tanti Martyris peruersorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is, qui Catholicum sese meminit, probando legat, & ea, quæ veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem putant eundem librum ab Hæreticis, non à Sixto, fuisse dictatum. Refellit autem hanc opinionem beatissimus Augustinus, qui in quodam opere suo (libri nimirum de Natura & gratia capite 64.) ab eodem Martyre hoc opus compositum fuisse fatetur. Hæc ille minus ad rem appositè, cùm etiam Gelasius Papa sententiâ illas inter apocryphas reiecerit Can. sancta Romana dist.

XV. his verbis : Liber Prouerbiorum, qui ab Hæreticis conscriptus, & sancti Xysti nomine prænotatus est, apocryphus. Neque uerò castigatione non indiget Gesnerus, eiusue Epitomator Simlerus, qui Enchiridion Xysti huius siue Sexti Philosophi Pythagorici à sanctis Patribus Romanisque Pontificibus proscriptum, & inter apocrypha relatum, sententias pias ac Christianas vocat, impressas Basilæ, à Beato Rhenano recognitas ad antiquum exemplar, quod apud diuam Fidem Selestadij habetur.

Sixtus III. Papa

SIXTUS III. Romanus Pontifex per annos 7. & menses undecim, ab anno 432. ad diem 28. Martij anni 440. quò obiit, sepultus in Basilica S. Laurentij extra muros via Tiburtina.

Huic, quem malè Sixtum II. huius nominis Papam uocauit Possuinus, falsò tribuuntur tum seorsim Romæ anno 1573. in 8. editi, tum Bibliothecis Veterum Patrum inserti, libelli tres,

I. *De Diuinitis.*

II. *De malis Doctoribus, operibus fidei, & iudicio futuro.*

III. *De castitate, ad quemdam uerè Christianum adolescentem.*

Quos ab anonymo quopiam Pelagiana fuligine asperfos docuerunt Lindanus, Baronius, Possuinus, Bell. & ex eo Miræus, qui & non

nulla additæ Bibliotheca MS. Ioannis Molani. Videndus quoque Romanus Index Expurgatorius Ioannis Mariæ Brasichellani mihi pag. 167. & sequentibus. Neque enim in iis ac tumilibus diutiùs hærendum censeo.

Smaragdus. Bell. p. 258.

SMARAGDOS duos in vnum confundunt Trithemius, Sixtus Senensis, Possuinus, Bellarminus, Miræus, alique passim, & Smaragdo Abbati S. Michaelis ad Mosam in Lotharingia vt Bellarminus Gallicè *saint Miel*, in Saxonia vt Miræus, in Germania vt Possuinus, Ordinis Benedictini, quem Trithemius sæculo decimo, Miræus anno 980. collocat, Bellarminus anno 820. Sixtus uerò nisi sit Typographicum mendum in editione Lugdunensi anni 1591. quæ uxor anno 680. quod etiam sequutus est Possuinus, tribuunt opera Smaragdi alterius eiusdem Ordinis Monachi, cuius hoc celebratur emortuale elogium: Nonas Martij in Monasterio Aniano transitus Beati Ardonis Presbyteri atque Monachi, qui alio nomine Smaragdus uocatus est, præclari in sanctitate & doctrina uiri. Hic claruit temporibus Caroli gloriosi & piissimi Imperatoris, obiit autem sexagenarius anno ab Incarnatione Domini 843. Indictione sexta anno quarto post obitum Ludouici piissimi Imp. migravit ad Christum. Est autem Anlana celeberrimum Benedictinorum cænobium in Diocesi Montipessulani.

Commentarius in regulam S. Benedicti, Coloniae apud Geruinum Calenium anno 1575. cum Io. Turrecrematæ in eandem expositione.

Vita B. Benedicti Aniane ac plurimum aliorum Monasteriorum Abbatis, eodem Ardone auctore, edita fuit à D. Hugone Menardo O. B. libro 2. obseruationum ad Martyrologium Benedictinum, cum eam à D. Anselmo Rolle eiusdem Congregationis Monacho accepisset.

Diadema Monachorum, de vitiis fugiendis & virtutibus tenendis, Antuerpiæ anno 1540. excusum, Smaragdo Abbati tribuunt Trithemius, aliique, non secus ac

Commentarius in Evangelia & Epistolas per totum annum ex sanctis Patribus collectos, vulgò Postillæ titulo celebratos, Argentinae in folio anno 1536. impressos, & à Gaspare quodam Hédione Hæretico Lutherano in Germanicam linguam translatos: *Commentarius* quoque in *Psalterium totum*, sermones plures, atque Expositionem in Donatum maiorem, plurimosque sæcularium literarum Auctores, Verum ego, donec quid certius acciderit, in præfatione; & cap. 6. libelli IV. Honorij Augustodunensis de Luminaribus Ecclesie describo: Smaragdus Abbas Monasterij S. Michaelis Lectiones & Evangelia in Diuinis Officiis legenda per circulum anni exposuit, & librum Monasticæ professioni congruum composuit, quem Diadema Monachorum vocauit, & Grammaticam Maiorem Donatum

exponendo explicuit. Hæc ille Sigebertus nulla facta Abbatis mentione, Smaragdom testatur scripsisse de vitandis vitiis & tenendis virtutibus librum, quem attritulauit Diadema Monachorum, sæper Regulam S. Benedicti, & alia nonnulla. Hæc capite 118.

Socrates.

Bell. p. 201.

SOCRATES, Scholasticus, Ammonij & Helladii Alexandrinorum CP. degentium in Grammaticis discipulus, secta Nouatianus, ὁ τῆς ἀποστολῆς, ἐν μὲν δὲ γὰρ τῆς ἀποστολῆς κατὰ τὸν ἑρμηνεύοντα, vt cum Nicephoro Callistide in Prologo Historiæ loquar, inchoatam à Constantino Magno Historiam Ecclesiasticam atque in libros 7. tributam perduxit spatio 140. annorum vsque ad Theodosium iuniorem eiusque XVII. Consulatum anno 439. cum Festo initum. De 10. Liberatus cap. 1. Breuiarij; Cassiodorus c. 17. de Diuinis Lectionibus, Euagrius libro 5. cap. 24. aliisque locis, Photius edicibus 28. & 30. Sigebertus cap. 10. Catalogi Virorum Illustrium, Anastasius Bibliothecarius in Præfatione ad Historiam Ecclesiasticam Ioanni Diacono nuncupatam, Petrus Siculus in Historia de Manichæis & sua ad Armenios Lectione, Trithemius, Iacobus Billius Prunæus, Franciscus Turrianus, Card. Baronius & Bellarminus, Posselinus, Ger. Io. Vossius Tractatu de Græcis Historicis secundæ præ-

fertim editionis, quam non vidit qui primam exscripsit Miræus, alique, passim. De versionibus eius Latinis ab Epiphanio Scholastico, Wolphgango Musculo, & Ioanne Christophorono Anglo Episcopo Cicestrensi elaboratis, non est quod hic plura dicam, vt neque de Græcis aut Græco-Latinis editionibus, cum sint in omnium manibus. Cassiodori dumtaxat verba huc adducam è Præfatione in Tripartitam, quam vocant: Hanc Historiam Ecclesiasticam à tribus Græcis Auctoribus mirabiliter constat esse conscriptam: vno scilicet Theodoreto venerabili Episcopo, & duobus disertissimis viris Sozomeno & Socrate, quos nos per Epiphanium Scholasticum Latino condentes eloquio necessarium duximus eorum dicta deflorata in vnus Styli tractum perducere, & de tribus auctoribus vnam facere dictionem.

Sophonias Propheta.

Bell. p. 20.

SOPHONIAS, quem Hebraizantes Zephaniam vocitant, vnus è 12. Minoribus Prophetis, claruit sub Iosia Rege Iuda, circa annum V. C. 50. Mundi 3350. De eo vide Salianum & Scripturæ Interpretes.

Sophronius.

Bell. p. 235.

SOPHRONIUS, patria Damascenus, Sophista primùm, tum Hierosolymitanus Episcopus, ac defensor Fidei Catholicæ acerrimus aduersus nascentem Monothelitarum hæresim, Heraclij Imp. & Patriarcharum Constantinopolitani, Alexandrini, & Antiocheni auctoritate subnixam, obiit non anno 634. vt recentiores nonnulli scripserunt, sed 636. die 11. Martij an. quippe Heraclij 19. ad sedem illam euectus & anno eiusdem 26. mortuus fuisse perhibetur. Vide Romanum Martyrologium & Græcorum Menologium dictæ die. Phetius codice 231. narrat legisse se Sophronij huius *Synodicam epistolam ad Honorium Romanæ urbis*, non Imperatorem, vt vertit Andreas Schottus, sed *Pontificem*, ἡ ἀπιστία ἐν Ρώμῃ Ὀσιρίῳ τῷ ἁγίῳ ἐπιπέσειν. Certè quæ sequuntur interpretem eumque qui nuperæ editioni præfuit, ab iterata hallucinatione poterant auocare: Rogat autem hac epistola Honorium, vt siquid prætermisum sit eorum, quæ debuerant, impleat, & corrigat, ἵνα δὲ ἡ διόλεσθαι ἁγίως προσευχῆς ἔν τῃ διόλεσθαι ἔν τῃ ἀπιστίας. Rectè autem monuit Franciscus Turrianus lib. 1. de Ecclesia & eius Pastore aduersus Sadaëlem cap. 10. Sophronij huius ad Honorium epistolam falsè tributam fuisse Sergio Antistiti C. P. & in extrema pagina nomen Romani Pontificis fuisse in nomen Byzantini ab aliquo impostore conuersum

ad faciendum imperitis fucum. Plura quoque de eodem Sophronio Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ex Actione XIII. Sextæ Synodi Oecumenicæ, ex Concilio Romano sub S. Martino I. Papa Secretario 2. Tomo III. ex Theophane, Miscella, aliisque.

Scriptit idem Patriarcha Hierosolymitanus *Epistolam ad Sergium Patriarcham CP.* quæ legitur Actione vndecima Concilij Generalis Sexti sub Agathone Papa CP. celebrati.

Extant eiusdem titulo insignitæ aliquot orationes in Bibliothecis Veterum Patrum.

I. *In Christi natalitia*, quæ tunc in Dominicum diem inciderant, & de tyrannide dirisissima Saracenorum, qui per id tempus occupauerant Bethleemiticum oppidum.

II. *Sanctorum Archangelorum, Angelorum, cæterarumque Virtutum Encomium.*

III. *In Exaltatione veneranda Crucis & insensam Resurrectionem Achilles Statius Lusitanus* hanc primùm Latinitate donauit, sed Gretserus noster hanc & sequentem à se denuo conuersus cum Græco textu edidit Tomo II. de Cruce.

IV. *In adorationem veneranda & viuifica Crucis mediæ Ieiuniorum hebdomadæ*, interprete Godefrido Tilemanno Cartusiano.

Sophronio huic duo tribuit Possesinus noster, quæ ab eo aliena prorsus videntur: ac primo quidem loco auctorem tradit fuisse libri à Sophronio quodam scripti pro sancto Basilio aduersus Eunomium, cuius meminit cum laude Photius codice quinto Bibliothecæ, ac

Theodori Antiocheni Mopuestiæ, vt suspicatur, Episcopi libri 25. de eodem argumento longè anteponit. Deinde verò eidem adscribit fragmentum, quod à Margarino Biguzo Tomo VII. Bibliothecæ Patrum editionis secundæ pag. 153. excusum de laboribus, certaminibus, & peregrinationibus SS. Apost. Petri & Pauli, (vt quidem titulus præfert, quo in fraudem inducti sunt plurimi, in quibus Vossius; nam de S. Pauli dumtaxat agitur, nec plura de S. Petri laboribus quam de SS. Andrea & Barnaba) quod decerptum fuisse aliunde cruditi viri non improbabilius autumant.

Rectius iidem Possesimus, Vossius, aliique, scriptam ab eo volunt, *Vitam S. Mariæ Egyptiacæ Pœnitentis*, quod ex oratione tertia S. Ioannis Damasceni de Imaginibus, ex Actione 4. Septimæ Generalis Synodi, ex Nicephori Callisti libri 7. cap. 3. aliisque probari potest. *De Prato Spirituali* nihil hic modò adiungam iis, quæ dicta sunt in Ioanne Moscho.

Quod ad Sophronium antiquiorem à Bellarmino omisum attinet, hæc de eo S. Hieronymus capite penultimo libri de Scriptoribus Ecclesiasticis: Sophronius vir apprime eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper de subuersione Serapis insignem librum composuit. De Virginitate quoque ad Eustochium, & vitam Hilarionis Monachi, opuscula mea, in Græcum eleganti sermone transtulit: Psalterium quoque & Prophetas; quos nos de

Hebræo in Latinum vertimus. Hanc interpunctionem, si examulsum obseruassent editiones Miræi & quædam alia, post verba ista: *de Virginitate quoque ad Eustochium & vitam Hilarionis Monachi*; punctum appinxerunt, quasi ab his profus aliena forent quæ sequuntur: *Opuscula mea in Græcum elegantissimo sermone transtulit*, &c. non tam facile & temere in eam abiisset sententiam V. C. Gerardus Ioannes Vossius cap. 19. libri 2. de Historicis Græcis vt Euagrii Pontici temporibus crederet Sophronium vitam Hilarionis Monachi signasse. Quod enim addit eundem Sophronium B. Hieronymi librum de Illustribus Scriptoribus Græcè transtulisse, id verò pernegat eius filius Isaacius Vossius in notis ad Ignatii epistolâ qua de re postea. Quod verò subiungit ex Petri Seriucrij indicinâ, huius Sophronij nomen in veteribus codicibus corrupti in Sempronius, vt in initio Chronici Prosperij; vbi, Aufonio & Olybrio Consulibus dicitur Sempronius vir apprime eruditus, agnitus esse, id omne mihi valde suspectum atque omnino incertum videtur. Ipse quoque Hypereriticus Riuetus in nugis solers, in serijs focors, supra notatum interpunctionis vitium non deprehendit, dum totus est in describendis Baronij, quem Perkinus suo tanquam magistrum discipulo præmittere debuerat, aliorumque laciniis de impostore qui sub Hieronymi aut Sophronij nomine confinxit epistolam siue sermonem de Assumptione B. Virginis ad Paulam & Eustochium, de qua suo loco

loco diximus ex Annalibus Ecclesiasticis ad an. Christi 48.

Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ sanctæ: Sophronius, inquit, Græcis & Latinis literis nobiliter eruditus, D. Hieronymi familiarissimus conuertit in Græcum Latinam totius veteris Instrumenti editionem, quam Hieronymus ex Hebraica veritate transtulerat. Hanc Græcam translationem, vt ex Collectaneis Procopij Sophistæ in O&ateuchum apparet, multi Græci expositores citato etiam Hieronymi nomine Commentariis suis illustrarunt. Claruit sub Theodosio Augusto anno Domini 400. Verum illo labente anno nec Theodosius Senior supererat, anno 395. defunctus, necdum natus erat Theodosius iunior qui Arcadio patri anno demum 408. successit. Quod verò ad totius Hieronymianæ editionis Græcam versionem attinet, docuimus supra V. Isicius siue Hefychius aduersus Albertinum, hoc à veritate procul abesse, aut saltem in plerisque vacillare. Vide locum.

Isaacus Vossius Hieronymiani Catalogi translationem Græcam, quæ à Desiderio Erasmo est vulgata Basileæ apud Cratandum anno 1529. ac S. Hieronymi operibus inserta circumfertur, nomen Sophronij mentiri contendit, innumeris in locis non esse Græcam, innumeris quoque in locis malè Hieronymi mentem expressisse: quidquid in Hieronymo est corruptum eodem modo sese habere in Græco: quæcumque in illo catalogo desunt, deesse quoque in illo Pseudosophronio: mille id exem-

plis in tam exiguo scripto comprobari posse: paraphrasim illam vbiq̃ esse falsam, vbiq̃ ineptam, vbiq̃ imposturam sapere: in nulla Bibliotheca MS. fuisse visam, nec in Regia Parisiis extare, aut si vsquam extet, à recentissima exaratam manu, nec 150. annos excedente. Etsi Erasmus sanctè iuret se Sophronij exemplar vetustum & emendatum natum fuisse, suspicari tamen aliquem non immeritò posse ipsum nobis supposuisse hanc translationem, idque animi gratia vel vt ostenderet si sibi fuisset voluntas sua aliis affigendi ad hoc neque defuturum fuisse ingenium neque eruditionem. Credendum tamen potius à nebulone aliquo fuisse deceptum, qui corruptissimum Hieronymi Catalogum natum Græcè à se redditum huic Heroi pro antiqua Sophronij versione vendidit. Hæc & plura vir eruditus; quæ aliis expendenda relinquo: Vnum affirmo quidquid sit de auctore illius versionis, fueritne Sophronius Hieronymi familiaris Presbyter, cui à nullo veterum tributam eam video, an quiuis alius, saltem Erasmi fidem in tuto esse apud me, qui ex mutua collatione complurium locorum animaduerti versionem illam iam ante Suidæ tempora elucubratam fuisse vnde in suum ille Lexicum quosdam periochas deriuari Confer quæ in verbis *Ἰουήριος, Εὐσέβιος, Ρολύκαριος*, aliisque fortè tibi occurrent. Monuerat quoque Marianus Victorius citatus à Possuino versionem illam Catalogi vitiatam esse, parumque ei credendum esse absque Historiæ co-

gnitione & veterum exemplarium fide, quod ex Possuino non omisit describere Riuetus Catholicorum simia.

Sozomenus.

Bell. p. 201.

HERMÆAS, Sozomenus, patria Salaminus, in forensibus actionibus diu CP. versatus dictusque ob eam rem Scholasticus, & *ἱεραὶ λέγων* Historiam quoque scribere aggressus est libris nouem, à primi Constantini Imp. tempore, hoc est ab anno Christi 324. quò III. Consul cum fratre suo Constantino Cæsare fuit Crispus & ipse Cæsar vsque ad Theodosij iunioris Imperatoris, cui eam dedicauit, Consularum 17. siue annum 439. Multa deesse, hoc est Historiam vniuersam annorum ferè 20. ab anno 420. ad finem vsque discimus ex epistola nuncupatoria ad Theodosium iuniorem Augustum, in qua singulorum librorum argumenta exponit. De eo Cassiodorus cap. 17. de Diuinis Lectionibus, S. Gregorius ep. 95. libri 6. vbi docet ab Apostolica sede non recipi, quoniam multa mentitur, Anastasius Bibliothecarius initio Historiæ Ecclesiasticæ, Photius codice 30. Nicephorus Callisti in proemio Historiæ vbi interpretis eius Langus ineptè Hermæam reddit Mercurialem vt aliàs iam obseruatum, Sigebertus cap. 11. Tritemius, qui Zozenum scribit, Baronius, Possuinus, Vossius, ex quo & Bellarmino sua concinnauit Miræus. Eius verò interpretes atque editiones discas ex iis quæ in

Socrate eiusdem cum eo Nouatianorum sectæ, Scholastico pariter atque Historico docuimus.

Stephanus Eduensis. Bell. p. 276.

STEPHANVS, Augustodunensium Episcopus, hoc nomine primus, Merigaldo successit anno 1112. & obiit circa annum 1130. Alter verò eiusdem nominis post Henricum Episcopus fuit ab anno 1160. vsque ad 17. vel 29. Maij anni 1189. quo obiisse perhibetur.

Vter fuerit Auctor libri, siue *Tractatus de Sacramento Altaris* isqueque ad illud variòsque *Ecclesiæ Ministros* perinent, qui extat in Bibliothecis Veterum Patrum, nemo facile dixerit. Errasse tantum mihi compertissimum est qui cum Ioanne Garetio, Possuino, Bellarmino, Miræo ac Colonienfis aliisque ad annum 950. reuocarunt.

Strabus Fuldensis Monachus. Bell. p. 264.

AN distinguendus sit Strabus iste, natione Teutonicus, Rabani Mauri auditor & scriba siue Notarius, auctor Glossæ, quæ Magistralis dicitur atque Ordinaria; an, inquam, re ipsa distinguendus à Walafrido Strabone sancti Galli in Alemannia Monacho ac Decano, tum Augiæ diuitis siue Maioris ab anno 847. ad 849. eruditissimo Abbate, quod existimarunt Trithemius, Possuinus, Bellarminus, & alij: an verò vnus idemque

fuerit, quod alij censent, definiemus infra suo loco: aut certè argumenta in vtramque partem explicabimus. V. Walafridus Strabo. Mihi verò, vt id ex occasione obseruem, valdè suspectus est Sixti Senensis & Possuini Strabo Monachus natione Anglicus, patria Cantabrigientis V. Bedæ frater & studiorum eius collega doctus ac pius, qui anno 750. scripsit in totum librum Geneseos non ignobiles Commentarios ex dictis orthodoxorum Patrum ad imitationem fratris diligenti solertia collectos.

Sylvester Prieras. Bell. p. 418.

SYLVESTER Mozolinus vulgò cognominatus Prieras à vico feudi Astensis Prierio dicto in Subalpinis, idèoque rectè à Sixto Senensi, Poss. Bellar. Miræo, aliisque patria Pedemontanus vocatus, non verò Bononiensis, vt in Epitome Simleriana scriptum legi & in calce Additionum ad Trithemij Catalogum, Ordinis Prædicatorum, Magister sacri Palatij Apostolici, ac tandem totius Ordinis sui Prior Generalis. Antonius Senensis multa de eius laudibus scriptisque, atque ex eo Possuinus, alique, sed parum ordinatè, adèoque negligenter, vt nec diem mortis eius aut annum annotarint, monuisse contenti circa annum 1520. illum floruisse. Alij obiisse asserunt Rhedonibus in vrbe Minoris Britannia primaria die 20. Octobris illius anni 1520. sepultumque fuisse in conuento Dominicanorum. Quod ex

Onuphrij Chronico Ecclesiastico quidam volunt primùm aduersus Martini Lutheri hæreses scripsisse Siluestrum, & velut signum extulisse ad nouitia dogmata oppugnanda & debellanda, vereor vt id Louanienfes & quidam alij concedant. Liber eius hoc titulo: Errata & argumenta Lutheri detecta & repulsa, Leoni X supremo Pontifici dicatus editus fuisse Romæ dicitur anno 1520. Quidquid sit, de eius scriptis meliori quàm antea ordine digerendis cogitandum censeo. Sixtus hoc vnum docet collegisse ex Commentariis D. Thomæ scholasticam Postillam in Lectiones Euangelicæ totius anni, quam Auream Rosam prænotauit additis quæstionibus non contemnendis. Alfonso Fernandes Placentinus Hispanus in Catalogo scriptorum Prædicatoriæ Familiæ post Concertationem eiusdem pro Ecclesia Catholica contra Hæreticos, Gentiles, Iudæos, & Mahometanos, anno 1617. edito Salmanticæ, in iisdem quoque tenebris versatur, nec Lectoribus facit satis, quanquam Latina opera ab Italicis seiunxerit: nec de eius obitu quidquam exploratum refert, dum claruisse asserit circa annum 1520: cæteris omissis, quæ suscepti muneris ratio postulabat. Plura dabit noster Possesuius qui varias editiones annotauit.

Symeon.

Vide supra Simeon.

Synesius.

Bell. p. 185.

SYNESIUS, patriam nactus Cyrenen, Pentapoleos in Libya Ægypto proxima nominatissimam urbem, ab incunte ætate, vt ex epistola 57. aduersus Andronicum discimus, Philosophiæ operam dedit, Alexandriæ Magistra imprimis vsus Hypatia, Theonis præstantissimi Mathematici filia, quæ vt ex Socrate constat anno demum 415. à populo primùm testis obruta est, tum membratim discepta, fuitque inter Sophistas sui temporis nominatissimus, vxorem duxit, quatuorque ex ea filios suscepit, Legatione pro patria sua per triennium functus est CP. apud Arcadium Imp. circa annum 400. ad quem habuit Orationem de Regno: dein anno 410. Episcopatum Cyrenes siue Ptolemaidis patriæ suæ inuitus capessere coactus est, ordinatus à Theophilo Alexandrino Patriarcha sub Theodosio iuniore Arcadij filio. Quamdiu in sacra illa ministracione vixerit, quouero anno obierit, à nemine proditum est. Plura Petauius noster in primo notarum suarum limine, vbi de Vita ac scriptis Synesij eruditissimè disputat: strictim verò quedam perstrinxerunt Euaagrius libro 1. Historiæ cap. 15. Ioannes Moschus cap. 195. Prati spiritualis, Photius tme. mate 26. Bibliothecæ, Suidas, Nicephorus, atque ex recentioribus Baronius in Annalibus

Ecclesiasticis, Possevinus in Apparatu sacro, aliique.

Omnia illius opera ex officina Cramosiana Græcè & Latinè prodierunt interprete R. P. Dionysio Petauio Aureliancensi S. I. T. cuius studio ex veterum, præsertim Christianissimi Francorum Regis, codicum fide recensita, ac notis illustrata, altera editione anno 1633. (prior enim exierat è prælo anno 1612.) multò accuratiora & vberiora, seruato hoc ordine:

De Regno ad Arcadium Imperatorem.

Dio, vel, de vite ipsius instituto.

Caluicij encomium.

De Providentia libri duo.

De Insomniis.

Epistola numero 155.

Homilia in Psalmum 74. omnia hæc vno eodemque interprete laudato iam Dionysio Petauio.

Homilia in perniugio Natalis Domini, Federico Morello Professorum Regionum Lutetiz Parisiorum Decano interprete.

Catastasis in maximam Barbarorum excursiōnem Prefecto Gennadio & Duce Innocentio, Dionysio Petauio interprete.

Catastasis in laudem Anysij, Federico Morello interprete.

De dono Astrolabij sermo ad Pæonium, eodem interprete.

Hymni decem Francisco Porto Cretensi interprete.

Nicephori Gregoræ (qui perperam Patriarcha CP. vocatur) Commentarius, seu explicatio in librum Synesij de Insomniis, Græcè & Latinè ex versione Antonij Pichonij apud Turones Regij Professoris à Fed. Morello recognita. Idem quoque Morellus anno 1586. excuderat eiusdem Pichonij Latinam libri de Insomniis interpretationem.

Ad Synesij opera Notæ Dionysij Petauij, cum Diatriba in quatuor capita distributa de Pœnitentia & reconciliatione veteris Ecclesiæ moribus recepta, ac Velitatione aduersus Ioannis Croyi Biterrensis Caluinianorum Ministri, Restitutoris nominum Dæmorum, &c. Specimen coniecturarum & obseruationum totidem capitibus comprehensâ.

Ioannes Maria Brasichellanus in Romano Indice obseruat, Hymnos Synesij Græcè ab Henrico Stephano editos & Latinè translatos fuisse à Francisco Porto Cretensi: qui cum sint hæretici primæ Classis eorum editionibus aut versionib⁹ nullo pacto fidendū addit an. Domini 1603. Turnoni ad Rhodanum ex Offic. Guillel. Linocerij prodiisse eosdè Græcè & Latinè cum eruditiss Scholii, opera vt credebatur, Patrum Societatis Iesv. quos securius legi ac versari posse admonet. Subiungit ad hæc, Synesium, qui diutiùs antè Philosophus Ethnicus vixit, Platonica quædam seu Pythagorica nonnquam suis hymnis inseruisse, præsertim, cum de Trinitate loquitur, vix Poëticus numeri s potuisse retinere exactam illam loquendi rationem, quam Theologia in Myserio sacræ Triadis seruandam præscribit.

T.

Tatianus.

Bell. p. 66.

TA T I A N V S, natione Assyrius, siue Syrus, S. Iustini Philosophi & Martyris auditor, post magistri sui obitum pro Christi fide mortem, in hæresim sui nominis lapsus, obiisse iam videtur ab anno circiter Christianæ ætæ 175. cum S. Irenæus Lugdunensis Antistes libros aduersus hæreses scriberet. Eusebius in Chronico hæc habet anno Christi 172. Olymp. 237. 4. Tatianus Hæreticus agnoscitur, à quo Encratitæ: de eodem Historiæ suæ libris 4. & 5. sæpius, Irenæus libro 1. cap. 30. Tertullianus de Præscriptionibus cap. 52. Clemens Alex. lib. 3. Stromatum & libro 2. Prædicatorum cap. 2. ad finem, Origenes libro primo contra Celsum Epicureum, S. Epiphanius hæresi 46. Philastrius in libro de Hæresibus, SS. Augustinus & Damascenus in Tractatibus de Hæresibus, Theodoretus libro 1. fabularum hæreticarum, & alij. S. Hieronymus cap. 29. Catalogi docet infinita scripsisse volumina, è quibus vnus contra Græcos, (hoc est Ethnicos) florentissimus extat liber, qui inter omnia eius opera fertur insignis.

Oratio aduersus Græcos quod nihil eorum quibus gloriantur studiorum apud ipsos natum, sed omnia à Barbaris inuenta sunt, interprete

Conrado Gesnero Tigurino sæpius edita est Græcè & Latinè, tum seorsim, tum Tomo I. Auctarij Græco-Latini Bibliothecæ Veterum Patrum anno 1624. publicati: Monet Ioannes Maria Brasichellanus vt cumque laudetur à multis, cum iudicio & cautè legendam. cum in ea nonnulla reperiantur, in quæ Lector pius possit, ni moneatur, impingere.

Quæ Ammonio in Bibliothecis Veterum Patrum, tribuitur *Harmonia quatuor Evangelistarum æqueoæternæ scripta & Diatessaron dicta*, ea est Tatiani, qui teste Theodoro Genealogias & alia rescuerat, quæ ad Christi Domini naturam humanam è Davidis stirpe promanantem adstruendam spectabant. Vide Baronium ad annum 174. Posseninum, Io. Mariam Brasichellanum supra memoratum, & quæ diximus suo loco V. Ammonius. Irenæus libro I. adu. Gnosticos cap. 31. Tatianus conglutinationem quandam & conciliationem, quam etiamnum quidam circumferunt, Euangeliorum nescio quomodo stractam Diatessaron nominauit. Dicunt autem quidam cum ausum esse Apostoli verba metaphorasticè transformare, &c. quæ apud ipsum per ocium leges.

Zacharias Chrysolopolitanus, vt ferunt, Episcopus, ignorasse videtur superstitem fuisse Tatiani Concordiam illam, dum hæc in sua ad Monotessaron Ammonij Præfatione, quæ dicitur tertia, scriberet non prætermittenda: Tatianus etiam vir eruditissimus & elegantè eloquentia præditus, cuius commendationem

B. Hieronymus in libro de Illustribus Viris non tacuit, & vnum ex quatuor (vt Ecclesiastica narrat Historia) compaginavit Euangelium & magnificos contra Gentes libros edidit. Hic B. Iustini Philosophi & Martyris dum adhuc viueret discipulus fuit: deinde verò doctrinæ supercilio elatus ad hæreses conuolauit. Sanè huius Hæresiarchæ si superesset opus Euangelicum, quod sancti Iustini Mart. lateri adhærens fortassis explicuit, in eo Domini IESU verba diligenter amplecti, securè legere, ouibus eius vocem cognoscentibus nihil prohiberet. Nam sicut Sacramenta sine sui corruptione participantur & à malis; sic veritatis verba, siue dicta, siue facta, ab hæreticis suo proprio tenore minimè priuari possunt. Quo fit quod Origenis errorum peruersitas, eius studium in qua parte claruit, nequaquam decolorauit. Vitæ quoque Salomonis enormitas eius imo Dei in eo sapientiam nullatenus obnubilauit, &c.

Tertullianus.

Bell. p. 68.

QVINTVS Septimius Florens Tertullianus, Provinciæ Africæ, ciuitatis Carthagenensis, patre Centurione Proconsulari natus, vir & legum & Institutionum Romanarum peritissimus, *μετ' ἁριστοῦ νομοῦ καὶ κριτικῶς*, atque inter Scriptores Christianos admodum clarus, Romanæ Ecclesiæ Presbyter, acris & vehementis ingenij, sub Seuero Principe eiusque filio Antonino Caracalla ma-

ximè floruit, (quis enim ferat Parrologi tenentis insulitatem qui Seuerum cuius meminit Tertullianus lib. 1. contra Marcionem & in Apolog. cap. 4. ad Imperiale folium an. 224. euectum esse nugatur,) vixitque vsque ad decrepitam ætatem & annum æræ Christianæ circiter 215. lapsus sub vitæ exitum (annum quidam definiunt 208.) in Montani dogma & nouæ Prophetiæ deliramenta, nonnulla scripsit aduersus Ecclesiam, quam egregijs olim scriptis tanquam inuidiissimis propugnaculis contra omnium hostium incurfus munierat. Ea nos Bellarmini exemplum sequuti figemus obelo. De eo præter Eusebium, tum in Chronico ad annum Christi 207. Olymp. 246. 3. tum libri secundi Historiæ cap. 2. eiusque interpretem Ruffinum, videndi Laëtantius libro 5. cap. primo, S. Hieronymus cap. 53. Catalogi, S. Hilarius in cap. 5. in Mathæum, Augustinus de Hæresibus, Anonymus Prædestinatorum aduersarius hæresis 36. & 50. Vincentius Lerinensis Commonitorio primo, Nicephorus Callistus, Trithemius, Beatus Rhenanus, Angelus Politianus, Iacobus Pamelius, Baronius, aliique. Quod verò Sixtus Senensis libro quarto Bibl. sanctæ asserit Tertulliani scripta B. Cyprianum tanti fecisse, vt nullam diem sine eorum lectione præteriret, illudque crebrò inculcasse Paulo Concordiensi Notario suo, Da magistrum, Tertullianum videlicet significando, id meritò corrigendum videtur, neque enim patitur temporum ratio, vt à Notario sancti Cypriani quic-

quam didicerit Hieronymus; & ipse, si attentè legatur, in Catalogo Hieronymus omnino refragatur: Vidi ego, inquit, quendam Paulum Concordiæ quod oppidum Italiæ est, senem, qui se B. Cypriani iam grandis ætatis Notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret, refererque sibi solitum, &c. Bellarminus veterem forte aliquam sequutus editionem, aut proprio genio indulgens, Tertulliani opera distribuit in indubitata, & dubia, vel supposititia. Possuinus Pamelianam partitionem in quinque Tomos exhibuit. Continet

Tomus I. *Libros aduersus Gentes & Indæos.*

f Tomus II. *Admonitiones ad Christianos.*

Tomus III. *Scripta aduersus hereses.*

Tomus IV. *Poemata cum fragmentis.*

Tomus V. *Quæ aduersus Ecclesiam, cum supposititiis, sine dubiis.*

Nos hoc loco representabimus editionem Parisiensem anni 1641. secundis curis V. C. Nicolai Rigaltij IC. edolatam, qui vtinam in notis huius prioribus ac posterioribus Cypriano additis, omnibus Theologiæ Professoribus Catholicis doctrinam suam probare potuisset: quod verbo saltem monuisse oportuit incautos Lectores, vt cum in iis insolens aliquod dogma aut interpretamentum, occurrerit, ad Pamelianam antidotum confugiant, aut Gret-

seri aduersus Franciscum Iunium Caluinianæ sectæ Primipilum Obseruationes, & Confessionem Tertullianianam Theodori Petreij Cartusiani Parisiis anno 1603. in 8. editam Typis Niuellianis, euoluant.

Apologeticus aduersus Gentes pro Christianis.

Ad Nationes libri duo, ex codice Agobardi Lugdunensis Archiepiscopi à Iacobo Godefredo IC. Caluiniano ac Geneuensi Professore primùm editi.

De testimonio anime aduersus idola.

Ad Scapulam: anno, vt creditur, 199. *Ætæ Christianæ.*

De Spectaculis.

De Idololatria.

De Corona militis.

De Pallio,

De Penitentia,

De Oratione, cuius mentio apud S. Hilarium canone 5. in Euang. S. Matthæi.

Ad Martyres.

De Patientia. De hoc libro dubitarunt Erasinus & Rhenanus repugnantibus Baronio, Pamelio, Rigaltio, aliisque: ac meritò sanè, cum eius sub Tertulliani nomine meminerit S. Pacianus Barcinonensis Episcopus ad Sympronianum contra Nouatianos, & S. Cyprianus sub finem libri de lapsis hunc fuerit imitatus, vt ad Trithemij ac MSS. codicum fidem non appellem. Quod enim Critici stilum accuratiorem sibi videntur in eo Tractatu quam

in cæteris agnoscere, hoc nihil ad rem facit, cum & Tertullianus in maximè indubitatis lucubrationibus eundem docendi characterem non semper obseruet: sed pro re subiecta cum interdum variet.

De cultu fæminarum libri duo: Primum alij inscribunt, *de habitu muliebri*.

Ad uxorem libri duo.

De Virginibus velandis.

Aduersus Iudaos.

De Præscriptione Hæreticorum, siue vt alij, *de Præscriptionibus aduersus Hæreticos*. Cui additum est Scriptoris alicuius æuo illo proximi fragmentum, siue opusculum Hæreticorum Catalogum repræsentans; quod nec S Hieronymo libro aduersus Luciferianos fuit ignotum.

De Baptismo.

Aduersus Hermogenem.

Aduersus Valentianos.

De Anima; in cuius fine mentionem intulit libri à se de Paradiso scripti ad Genesios caput secundum, vt par est credere. Tota Paradisi clauis, inquit ille, tuus sanguis est: Habes etiam de Paradiso à nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini.

De Carne Christi aduersus quatuor hæreses.

De Resurrectione carnis.

Aduersus Marcionem libri quinque.

Scorpiace aduersus Gnosticos.

Aduersus Praxeam.

† *De Exhortatione castitatis*.

† *De*

† *De Monogamia*.

† *De fuga in perfectione, ad Fabium*.

† *De Ieiuniis aduersus Psychicos*.

† *De Pudicitia*. Hos quinque libros à Tertulliano in Montani hæresim lapsò scriptos Heterodoxi quidam volunt nullius ferè vsus esse in Ecclesia, cum tamen multa ex iis erui possint documenta ad Catholicam fidem ac traditionem firmandam & Nouatorum impia commenta penitus conuellenda.

Index sacrarum Scripturarum vt citantur à Tertulliano, tum Carmina incerti potiùs Auctoris, quàm Tertulliani, nimirum.

Libri quinque aduersus Marcionem.

De Iudicio Domini.

Genesios.

Sodoma.

Periisse aliquot Tertulliani tractatus docet Hieronymus tum in præfatione *Questionum* ad Damasum tum in Catalogo & alibi, se dmaximè in ep. ad Fabiolam: Fertur in Indice Tertulliani liber de Aaron vestibus, qui interim vsque ad hanc diem à me non est reperitus. Si à vobis propter celebritatem vrbs fuerit inuentus, quæso, ne meam stillam illius flumini comparetis; non enim magnorum virorum ingeniis sed meis sum viribus æstimandus.

Index rerum memorabilium sequitur cum Observationibus & Notis Rigaltij ad libros Tertulliani & Indice Glossarum Stili Africani.

Nouatiani *de Trinitate* liber (cuius quippe

frerit S. Hieronymi quàm eius hostis Ruffini, sententiam sequi, quidquid murmurillente quidam Nouatores, & *Epistola de Cibis Iudæicis*, &c. extant in editione Pamelij & alibi. Eos vero Tractatus scitè Bellarminus post Pamelium probat non esse Tertulliani, & insuper Lectores monet, non tantùm eum iudicio legendos esse libros quos Tertullianus aduersus Catholicam Ecclesiam scripsit, sed etiam aduersus Praxeam & Hermogenem, de Anima, de carne Christi, ac de Pœnitentia. Cur autem monitum illud addiderit, docebunt te si nescis, Paradoxa à Pamelio collecta atque discussa. In Bibliothecis Parisiensibus Veterum Patrum Tomo 8. legitur Tertulliani nomine insignitum Carmen de Iona & Ninive, ex antiquo MS. codice Petri Pithœi descriptum, cum quibusdam ad eum Francisci Iureti notis, quod cur omissum sit à Nicolao Rigaltio mihi incompertum, quemadmodum & Expostulatio ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem lapsum, quæ in Pameliana editione habetur. Hæc enim duo saltem non abhorrent ab Africana phrasi. Quod autem ad varias Tertulliani editiones spectat, & diuersorum scholia, notas, obseruationes, &c. dicemus, si Deus voluerit, alio tempore.

Anno 1635. Parisiis apud Mathurinum Dupus in volumen vnum congeſta sunt Doctorum aliquot virorum in Tertulliani opera Commentaria siue Annotationes & Argu-

menta textui prioris Nicolai Rigaltij editionis respondentia hoc ordine.

Iacobi Pamelij, Brugensis Theologi, Archidiaconi Audomaropolitani, Argumenta & Annotationes: vbi & Nouatiani quæ supersunt omnia, ac cætera, quæ in editione Rigaltij desunt.

Latini Latiniq., Viterbiensis, loci ex coniectura vel restituti, vel aliter lecti in Tertulliano, post editionem Pamelianam anni 1583.

Beati Rhenani Selestadiensis, Annotationes & argumenta cum Censura Inquisitionis Hispanicæ anni 1612.

Ioannis Mercerij IC. ad librum de Pallio Commentarius.

In eundem librum Emundi Richerij Theologi Notæ, & Theodori Marcilij Regij Eloquentiæ Professoris Interpretatio familiaris, &c.

Ioannis à Wouuer ad Tertulliani opera Emendationes apodicticæ.

Gabrielis Albaspini Aurelianensis Episcopi Notæ in quosdam Tertulliani libros.

Omissæ verò sunt in eundem Doctorem Fr. Iunii, Iac. Gretseri, Claudij Salmasij, Petauij, Lacerdæ, Georgij Capucini, Moræi Augustiniani, & aliorum lucubrations, de quibus, vt iam dixi, plura aliàs.

Theodoretus.

Bell. p. 194.

THEODORETUS, Cyri (quod oppidum est Syriæ in provincia Augusta Euphratesia, vel à fundatore suo Persarum Regis vocatum vel ut alij ex Procopio, à Iudæis in memoriam beneficiorum à Cyro Persarum Monarcha acceptorum ob libertatem patriamque donatam conditum eiusque nomini consecratum) Episcopus ordinatus est circa annum 423. Interfuit Concilio Generali Ephesino anno 431 quo referas licet verba Nicephori Callisti in Præfatione Historiæ Ecclesiasticæ $\xi \delta \mu \eta$ $\kappa \alpha \tau \alpha \tau \omega \nu \mu \epsilon \tau \alpha \beta \epsilon \tau \alpha \tau \omega \nu \sigma \tau \alpha \tau \omega \nu \theta \epsilon \omega \delta \omega \tau \omega \nu \tau \eta \tau \epsilon \lambda \epsilon \mu \alpha \iota \sigma \tau \omega \nu \alpha \nu \theta \epsilon \omega \nu \mu \alpha \chi \alpha \tau \iota \alpha \tau$, ac S. Cyrilli anath. contrariis scriptis refutavit in gratiam Nestorij, qui plerosque Orientales fuis ac Theodori Mopluensis Episcopi hæresibus infecerat. A Dioscoro S. Cyrilli successore in altera Ephesina Synodo, Latrociniali dicta, absens & inauditus Episcopatu spoliatus est, & in exilium pulsus; sed eum S. Leo absolvit, suæque Sedi restituit, & in Concilio Chalcedonensi anno 451. cum aliis Patribus adfuit. Sunt qui grandævum natum vixisse vsque ad annum 470. arbitrentur: nullo, quod hæctenus prolatum legerim, argumento, cum satius alij existiment Sirmundo subscribere, qui paulò post Synodum Chalcedonensem contendit fuisse defunctum, quod illius ut superstitis mentio non occurrat. Mediam ego viam ingredior Gennadio duce, qui cap. 89. testatur Theodoretum inter alia mul-

ta imitatione Eusebij Cæsariensis scripsisse decem Historiæ Ecclesiasticæ libros à fine librorum Eusebij vsque ad suum tempus, idest à Vicennialibus Constantini vsque ad Imperium Leonis Senioris, sub quo & mortuus est. Vixerit ergo saltem vsque ad annum 460. novem decemve annis à Synodo Chalcedonensi, immò & 466. ex Chronico Marcellini Comitis cuius hæc verba in Leone Aug. III. solo Consule: Theodoritùs Episcopus Cyri Civitatis scripsit de Incarnatione Domini aduersus Eutychem Presbyterum & Dioscorum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse denegavit. Quod si verum est, inanis est omnino Gentiani Herueti aut alterius cuiusvis marginalis nota ad vitam S. Simeonis Stylitæ adscripta. Hæc non sunt Theodoreti, sed ab aliquo addita post mortem Simeonis: ruitque omnis Heterodoxorum Criticorum conatus adversus Historiâ Religiosam de qua postea, Castigandus quoque obiter Daniel Tostanus Calvinianus Minister, qui in Synopsi de legendis Patribus Theodoretum Epiphaniij $\alpha \nu \chi \rho \omega \tau \omega \nu$ & Episcopum Cyri vrbis in Persia scribit. De eo, præter S. Leonem in epistolis & Acta Synodi illius Oecumenicæ quartæ adeat Lector quic, quid in causa Trium Capitalorum actum est sub medium sæculi sexti ab vtriusque partis fautoribus, Leontium, Liberatum, Photium cõdicibus 31. 46. 56. 204. 205. 273. Sigebertum cap. 9. Honorium Augustodunensem lib. 2. cap. 88. Ioannem Euchaitam carmine de

script. Ecclet. Theodorum Abbatem in argumenro Synodi Ephesinae, Nicephorum Callisti libro 14. cap. 54. Bellarionem in oratione ad Graecos in Concilio Florentino pro vnione habita, Trithemium, Sixtum Senefem, Iacobum Billium, Baronium, Bellarminum, aliisque recentiores.

R. P. Iacobus Sirmondus Soc. IESV Presbyter vsquequaque doctissimus, omnia Theodoretici opera, antea mutila, variisque editionibus dissipata collegit in quatuor Tomos, vulgauitque Parisiis vtraque lingua anno 1642. Typis Cramosianis. Eorum plurima Graecè, quaedam etiam Latinè tunc primùm prodierunt: Graeca cum MSS. exemplaribus diligenter collata, Latinae uersiones ad Graecorum normam exactae & recognitae. scio quosdam grauius expositulasse, quod omiserit ea, quae à Photio ei tribuuntur codice 46. sed cum ea extent in omnium manibus Tomo II. operum S. Athanasij, leuior esse debuit eorum iactura in Generali omnium operum Theodoretici collectione quam modò per partes sigillatim explicabo.

Tomo I. continentur

Quaestiones in Olatenuchum, Ioanne Pico Praelide Classium Inquisitoriarum Senatus Parisiensis interprete.

Quaestiones in libros Regum & Paralipomenon, Gentiano Herueto Aurelio Rhemoni Canonico interprete.

Interpretatio in omnes Psalmos, Antonio Caraffa int.

Interpretatio in Cantica Canticorum ad Ioannem Episcopum, Francisco Zino interprete. Huic à recenti collectore immixta fragmenta explanationum Gregorij Nysseni, Maximi, Nili, Pelli, in variis huius libri locos testatur Sixtus Senensis Bibl. libro quarto.

Tomo secundo continentur

Interpretationis in Esaiam Epitome, excerpta ex Catenis Graecis & Latinè versa studio & opera Iacobi Sirmondi S. I.

Interpretatio in Ieremiam, Ioanne Pico Canonico Parisiensi & in Senatu Praelide interprete.

Interpretatio in Ezechielem Io. Bapt. Gabio Veronensi interprete.

Interpretatio in Danielem, eodem interprete.

Interpretatio in XII. Minores Prophetas, Petro Gillio Albiensi interprete.

Tomo III. continentur

Expositio in omnes Epistolas B. Pauli, Gentiano Herueto interprete: in quibus, vt rectè Sixtus Senensis annotauit, succinctè, quantum fieri potest, eleganter, ordinatè ac piè sensus Pauli explicantur, & sententiae sententiis, quod in Paulo videtur difficillimum, miro artificio coniunguntur.

Ecclesiastica Historia libri quinque, cum interpretatione à R. P. Sirmondo ex Ioachimi Camerarij & Ioannis Christophorsoni versionibus concinnata. Photius plures non vidit huius Historiæ libros quos docet inchoatos ab hæresi Arii & perductos vsque ad Theodosij minoris tempora & Theodori exitum Sisinio CP. Archiepiscopo fuisse tamen scriptos volunt omnino deccm, eosque peruenisse vsque ad Leonis Imperium supra ex Gennadio attigimus. Utinam quis tantum thesaurum eruat è latebris sibi adhuc delitescunt, vt obstruat hiatus Coci, similibusque Nouatorum, qui factum illum verè aureum Theodoretò planè abiudicandum esse censuerunt.

Philobebus, seu *Religiosa Historia*, Gentiano Herueto Aurelio interprete. Hanc canino dente arrodere ausi sunt Protestantes Critici Riuetus & Cocus. Hic argumentò scilicet petito ex morte Simeonis Stylitæ, quam ait obiisse anno 460. eùm Theodoretus ipse defunctus sit anno 453. ideoque superstitis obitum non potuisse in scripta sua referre & poteritati commendare Theodoretum, cui proinde hæc fuerint ab alio assuta. Hoc quidem sensisse videtur quibusdam interpres doctissimus Gentianus Heruetus aut quisquis marginalem adscripsit notulam, de vna hac eaque breui periocha, quod Riuetus solita fingendi libidine ad multa alia corruare velle videtur. Ait enim fabellas quasdam ad eò ineptas, tam in *Historica Ecclesiastica*, quam in *Historia Pa-*

trum recitari, vt vix sibi peruaideat eiusmodi deliria (verba sunt Reformati illius nebulonis, quæ Symmytes eius Hottingerus tanquam vniones pretiosissimos elenchò suo inferere non dubitauit) verò Theodoretò placuisse, sed à quibusdam nugatoribus fuisse insperfa. Idem quoque paulo post pro innata gregalibus suis modestia à S. Thoma Aquinate Theodoretò ac Cyrilli conficta fuisse testimonia mentitur, & censuram Baronij impudentissimam vocat, eumque contendit idololatricæ suæ zelo abreptum nugas effutire. Videntur homuncionis effrenem audaciam & crimine ab vno disce cætera, de quibus in examine copiosius.

Epistola ad diuersos numero 147. interprete Iacobo Sirmondo Soc. I E s v. Plurimas ex iis Annalibus suis Ecclesiasticis intexit Baronius à Federico Metio Thermularum Episcopo latino donatas: inter quas non reperitur ea quæ extat in V. Synodò Generali A. 6. 5. de obitu Cyrilli ad Ioannem Patriarcham Antiochenam. Eam enim à Nestoriano quodam impostore sub Theodoretò nomine fuisse confictam docet Baronius ad ann. 444 & 553. tum quia Ioannes ille ante Cyrillum Septem annis obiit, tum quod constat ex indubitatis Theodoretò Epistolis eum Cyrillo fuisse reconciliatum, & familiares ad eum scripsisse epistolas: tantum abest, vt mortuo insultare voluerit, eiusque famam dicacissimis conuiciis profcindere. De ea igitur saltem intelligi debet, quod dixit Leontius libro de scetis ab hæreti-

cis Theodoretō suppositas fuisse Epistolas. Quis verò non miretur socordiam Riueti, qui epistolam illam Tomo 2. Concilij Ephesini Aetione quinta reperiri asseruit & Theodoretum Cyrenensem vocauit Episcopum.

Tomo IV. continentur

Erastus, seu Polymorphus in tres Dialogos tributus. I. Immutabilis dictus. II. Inconfusus. III. Impatibilis cum demonstrationibus earundem rerum per Syllogismos, interprete Gentiano Herueto Aurelianensi. In iis autem quam plurima referuntur SS. Patrum testimonia, quæ curioso Lectori haud parum profuerit sedulò annotasse.

Hereticarum fabularum libri quinque ad Sporacium: quorum quatuor priores singularum hæreseon breuem Historiam, quintus verò Diuinorum Decretorum Epitomen continet, eodem Herueto interprete.

Orationes decem de Providentia, interpretibus Nicolao Maiorano & Rodulfo Gualtero.

Aduersus Gentiles libri XII. siue, Græcarum affectionum curatio, Euangelicæque veritatis ex Gentilium Philosophia cognitio, interprete Zenobio Acciaio Florentino ad Leonem Papam X. Robertus Cocus libros illos admirabiles ac planè diuinos in dybium reuocat, iis argumentis, quæ nec ipse eius Symmysta Riuetus concoquere potuit, dum ait malle se credere libris huiusmodi nonnul-

la fuisse addita (hæc altera rima est per quam elabi solent apostatæ nostri) quàm de auctore dubitare, à cuius phrasi ex Doctorem iudicio horum librorum stylus non abhorret. Esto sanè eorum non meminerit Nicephorus Callistus libri 14. cap. 44. At meminit ipsemet non semel Theodoretus, tum quæstione prima in Leuicicum *πρωταχθὺν ἡμῶν ἐστὶν αὐτῶν τῶν τῶν, de sacrificiis, καὶ τίς αὐτῶν ἐστὶν τῶν τῶν, καὶ τίς αὐτῶν ἐστὶν τῶν τῶν;* tum epistolis 112. ad S. Leonem Papam & 116. ad Renatum Romanæ Ecclesiæ Archidiaconum, vt & hinc occludatur os spurcum Riueti, qui mirum sibi videri dicit in iis illud opus nonprehendisse Nicephorum, cùm Theodoretō supra quingentas epistolas se legisse affirmet. Quid enim, si cursim? quid si non omnes? quid si non istas? Patrologo quoque videntur dubij libri illi XII. sed mendax est & pater eius.

In Appendice continentur

I. *Oratio de Diuina & sancta Caritate,* quæ in quibusdam exemplaribus Philotheo seu Religiosæ Historiæ non abs re subiicitur.

II. *Aduersus Nestorium liber ad Sporacium:* cuius pars prior extat libro quarto Hæreticarum fabularum cap. 12.

III. *Epistola 125. ad Ioannem Episcopum Germanicæ,* suo loco inferenda.

IV. *Librorum 27. quos aduersus Eutybianos scripserat argumenta,* ex Photij Bibliotheca num. 46. Eorum plerique à septimo ad 24. extant Tomo II. operum S. Athanasij.

ciusdem Expositionibus, & quibusdam aliis.

Supplementa Ioh. orum Theodori Balsamonis, ex codicibus Vaticanis & Harlæano. Sciendum porro est versionem illam Latinam Expositionum in Photij Nomocanonem auctore Gentiano Herueto prodidiisse primùm Parisiis anno 1561. eodémque anno alteram Basileæ opera Henrici Agylæi apud Ioannem Oporinum fuisse excusam in folio: anno verò 1615. eandem Lutetiæ in lucem emerfisse cum Græco textu in 4. cura & studio Christophori Iustelli IC.

Libro V. Iuris Græco-Romani studio Ioannis Leunklauij Amelburni anno 1596. Francofordiæ excusi in folio pag. 362. extant *Interrogationes Marci Alexandrini Patriarchæ*, & ad eas Responfa Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni.

Libro VII. eiusdem Iuris pag. 442. habentur *Meditata siue Responfa Theodori Balsamonis* I. de Patriarcharum priuilegiis II. de duobus officiis Chartularij ac primi Defensoris τὸ χαρτοφυλάκιος ἢ πρωτοδικὸς. III. διαγνώσις de disceptata in Synodo quæstione, num vnus & idem duabus sobrinis iungi debeat. IV. Epistola de incensis quæ à Patriarcha dari solent eo die, quo catechesis habetur. V. De conuocatione, quæ fit ad sacras Monasteriorum ædes per tria signa. sunt & aliæ quædam eiusdem lucubrationes Canonice nondum è membranis pluteisque Bibliothecarum publicam in lucem eruditorum emissæ.

Neque hic omittenda cautio Ioannis Ma-

riæ Brasichellani in Expurgatione Bibliothecæ Bignæanæ Veterum Patrum: Memineris Lector Theodorum Balsamonem Græcum esse schismaticum, Ecclesiæ Romanæ hostem, erroribus non paucis defædatum, vt notauit Genebrardus in Chronologia pag. 616. & 622. ideoque scholiæ eius ac Commentaria cautè legenda, nec eis multùm fidendum.

Theodorus de Rhaythu seu Raitu. Bell. p. 288.

THEODORVS, in Rhaythuensi Monasterio Presbyter, vixisse dicitur à Bel-larmino circa annum Christi 460. sæculo quinto, sed paulò tardius, si ipse ille est, quem vt idem cum Poss. & Miræo falsò contendit Gennadius cap. 12. & post eum Honorius Augustodunensis vocant Antiochenæ Ecclesiæ Presbyterum & aduersus Apollinaristas & Eunomianos testantur de Incarnatione Domini libros quindecim scripisse versus quindecim millia continentes, & cillum quippe locant medium inter Euagrium Ponticum & Prudentium Poëtam, qui initium quinti sæculi iam natu prouediiores erant longè ante Eutyche-tis, Iuliani, ac Seueri tempora. Photius quoque codice quarto meminit Theodori Antiocheni, qui pro sancto Basilio aduersus Eunomium libros 25. aut 28. conscripsit; verùm eum arbitratur fuisse Mopsuestiæ Episcopum, cuius interpretationem in Genesim cod. 38. de Persarum magia libros tres codice 81. & libros quinque refert cod. 177. contra asserentes

peccare homines natura, non voluntate. Quid quid sit ab utroque illo Theodoro diuersus fuit Theodoros Abbas seu Presbyter Lauræ Rhaytha; ad quem scripsit Epistolam & varia capitula S. Maximus Martyr de voluntatibus & operationibus in Christo, de essentia, natura, hypostasi, & personis sub medium septimi sæculi. Hunc cum viris doctis auctorem esse cenleo.

Commentarij de Incarnatione eiusdem Christi aduersus hæses Manetis, Apollinarijs, Theodori Mopsuestia, Nestorij, Eutychetis, Iuliani Hælicarnassæ, Seneri & aliorum: qui etiam interibitur, Exerentiatio præparatoria, scripta ad eum, qui doceri cupiat, quis fuerit modus carnis à Deo assumptæ, atque dispensationis, quòve pacto peracta est, quæ item ab alumnis Ecclesiæ adstruantur aduersus minus rectè de ea sentientes. Porro libellus hic, cuius memisse constat Suidam verbo *Μετρε*, primò Latinitate donatus est à Godefrido Tilmanno Cartusie Parisiensis Monacho, & in Bibliothecis Veterum Patrum sæpius excusus. Eundem postea Græcè & Latine ter quaterve editum fuisse animaduerti. I. Genevæ in 4. anno 1580. teste Simlero sine eius amplificatore Io. Iac. Frisio, hoc titulo: Theodori Presbyteri Rhætensis libellus aduersus hæses, qui vnionem Hypostaticam duarum in Christo naturarum oppugnarunt, primùm Græcè editus, & Latinus factus à Theodoro Bezâ Vezelio, ac deinde tertio volumine Tractatum eius Pseudo-Theologicorum. II. Parisiis anno 1599.

apud Federicum Morellum vna cum Gelasij Cyziceni Historia Concilij Niceni interprete Roberto Balphoreo Scoto Aquitanici apud Burdegalenses Collegij Gymnasiarcha. III. & IV. Tomo I Auctarij G.L. Bibliothecæ Veterum Patrum studio Frontonis Ducæi S. I. excusis anno 1624. & Tomo XI. Morellianæ ex noua, nec antea in lucem edita R. P. Francisci Turriani Soc. Iesv interpretatione. Idem autem clarissimus editor Bezam castigat, tum quòd vocauerit Theodorum illum Presbyterum Rhætensem, scilicet ex Rhætia originem ducentem; tum quòd eundem scripserit, aut tempore Concilij quinti Oecumenici sub Iustiniano, aut eertè proximis seculis temporibus vixisse: nam ab anno Christi 548. quò Synodus quinta est indicta, sat grande interstitium vsque ad tempora sancti Maximi, qui ad nostrum scripsisse perhibetur, omnium confessione intercedit. Riuetus Balphoreum tradit notas & correctiones addidisse ex MS. exemplari Petri Stellæ dissimulato Bezæ nomine, in cuius editione pura & vera lectio reperiebatur, quam plagiarius dissimulans, se ex coniecturis vel alio exemplari emendasse gloriatus est. Idem addit Lectorem eruditum, si versiones conferat, facilè iudicaturum, quæ alijs sit præferenda. Rectè id quidem: nam ipsi in Græcis parum idoneo iudici vix fidem habituros credo fuisse, vel affines eius Heterodoxos, paulò eruditiores.

Theodorus Studites.

Bell. p. 259.

THEODORVS Abbas, seu Præpositus, ἡγούμενος, Monasterij, quod Studium siue τὸ Σπουδαῖον à primo fundatore Studio dicebatur, pro sanctarum Imaginum cultu multa passus est. Floruit initio sæculi noni & sæpius dimicauit aduersus Iconomachos Imperatores Leonem Armenum & Michaelem Balbum, & contra hæreticos adulterium posse licitum fieri ex dispensatione deblaterantes. Martyr decessit die 11. Nouembris anni 826. ætatis 67. Consule Naucratis Confessoris Encyclicam Epistolam ad persecutionem propter Dominum sustinentes, dispersos spirituales fratres patresque, de obitu Theodori Studitæ Tomo II. Auctarij Græco Latini Bibl. Veterum Patrum auctore R. P. Francisko Combesis Ord. Prædicatorum, Vitam eiusdem Michael Studita scripsisse dicitur, nondum quod sciam ab vilo in lucem Græcè simul ac Latine editam. De eo eiusque fratre Iosepho Archiepiscopo Thessalonicensi Auctores Græci, Ioannes Zonaras, Curopalates, Cedrenus, & ex iis, aliisque Baronius, ex eo autem ceteri recentiores. Errauit autem non mediocriter Possuinus dum asserit vixisse sub Iconomachis Imperatoribus Copronymo eiusque filio Leone, idèoque multa tulisse ob venerationem Imaginum, quæ egressè propugnauit: id enim factum sub Imp. Leone Armeno & Michaele Amorienti, Nicephori Logos

thetæ & Michaelis Curopalatae in Orientis Imperio successoribus. Idem quoque pauld post Xylandrum, qui Cedrenum vertit & Theodorum notis punctum cum fratre Theophane Graptorum Episcopum ineptè vocauit, *μικρονομῶ ἀμαρτῖαν* in Bibliandrum commutauit: aut quod vertus est, in notas R. P. Iacobi Gretseri ad Tomum II. de Cruce à Typographis properantibus errorem inuectum & ipse properans exscripsit.

R. P. Iacobus Sirmondus Soc. IESV paullo ante mortem editioni parabat pleraque Theodori huius Studitæ opera Græcè & Latine, quæ hæctenus lucem non viderunt, ac potissimum epistolas, quarum pleraque olim in gratiam Cardinalis Baronij Latinitate donauerat, quæ insertæ leguntur Annalibus Ecclesiasticis annis 814. 818. 823. &c. Quod autem absolueri non potuit, translatus ad superiores, id ex nostris fortè aliquis per otium aggreduetur. In Bibliothecis Veterum Patrum, & quibusdam aliis collectionibus, hæc opuscula obseruari poterunt à curiosis.

I. *Sermones Catechetici numero 134.* interprete Ioanne Liuineo Belga, Canonico Antuerpiensi, quos post eius obitum opera Andrea Schotti Soc. IESV in apertum emisit Miræus & Cardinali Bellarmino dicauit anno 1602. in 8. cum Homiliis S. Eucherij falsè Eusebio Emisso tributis. Quid verò de interpretis eius Latinitate sentiendum sit ac variis eiusdem in versione Catecheson aberrationibus

consulenda libri I. Variarum Lectionum ex aduersariis R. P. Iacobi Gretseri à Georgio Stengelio eiusdem Societatis I E S V Theologo selectarum & anno 1628. Ingolstadtij in 8. editarum, capita 1. ubi de Stylitici seu Cionitici, dein 2. ac 3. in quibus multa ad Ecclesiasticam Græcorum disciplinam spectantia Lector studiosus reperiet.

II. *Sermo in Dominicam IV. Ieiunii.*

III. *Testamentum eiusdem Studitiæ* interpretate R. P. Iacobo Sirmondo in Annalibus Ecclesiasticis Baronij an. 826.

IV. *Fragmentum ex epistola IV. ad Naucratiuum filium* in qua, vt id ex Possuino exscribam, agit de hæresibus & schismate, hæresumque catenam esse inquit à Dæmone contextam, aliam alij connexam, omnibus tanquam ab vno vertice impietatis appensis, etiam si diuersas cognominationes sortitæ & loco, & tempore, & qualitate, & potentiâ, & actu differunt.

V. *Fragmentum ex epistola ad Gelasium ex Monasterio profugum, & ad omnes scripta apostatas.* Ex libro II. de votis Monasticis R. P. Francisci Turriani Soc. I E S V.

VI. *Canon qui canitur in erectione sanctarum Imaginum.* Verum rectè Baronius docuit non esse Studitiæ Theodori germanum sætum, qui obiit ante pacem Ecclesiæ redditam, sed alicuius ex discipulis Monasterij Studitarum, fortasse Naucratiij, aut alterius ex Confessoribus illis, qui sub persecutione diuersorum Imperatorum multa pro culæ sacrarum Imagi-

num passi sunt. Alij verò Hymni ac Canones reperiri dicuntur in Ritualibus Græcorum libris, qui parentem hunc agnoscat Theodorum Studitam.

VII. *De honore & adoratione sanctis Imaginibus exhibenda* quod seorsim prodierat Antuerpiæ apud Io. Stelsius anno 1556. cum tribus libris S. Io. Damasceni aduersus eos qui traducunt & criminantur sanctorum Imagines. Dogmatica illa de veneratione Imaginum excusa fuit Romæ anno 1553. Græcè cum S. Io. Damasceno de Imaginibus.

VIII. *Oratio in adorationem viuificæ Crucis media Quadragesima* Græcè & Latinè interprete R. P. Iacobo Gretsero Soc. I E S V Tomo II. de Cruce vna cum fratris eius Iosephi Theſſalonicensis Archiepiscopi altera oratione in eandem pretiosam ac viuificam Crucem.

Iis verò accedet veluti corollarium, quod reperitur apud Surium die 16. Decembris & in Historia Veterum Patrum Laurentij Barræi, *Encomium de Vita & operibus sancti Platonis Confessoris*, Theodori nostri in gubernatione Studiani Monasterij antecessoris.

Baronius in Annalibus ad an. 826. num. 15. hæc recitat Studitiæ verba ex eius vita à Michaële scripta: Dominici Corporis participatio corporis simul & animi alimentum esse solet (habebat enim vbique Pater secum partes aliquas viuifici Corporis, peragebatque diuina myſteria quandocunque celebrandi facul-

hæc ex capite 4. libri 3. de Historicis Latinis.
Hic ab Arnolde, &c.

Sirmondus noster omnia eius opuscula, quæcumque magno studio colligere potuit, edidit Parisiis in 8. anno 1646. notisque suis pro more perquam eruditè illustrata dicauit Illustrissimo D. Isaaco Haberto Episcopo & Comiti Vabrensi doctrina ac pietate editisque pluribus libris clarissimo.

Capitula ad Presbyteros parochiæ suæ. Ea primum Baronius edidit iusto quidem tardius, hoc est anno scilicet 835. tum Ioannes Buzæus noster cum Hincmari quibusdam Epistolis Moguntiz anno 1602. ac deinde ipse Sirmondus Tomo II. Conciliorum Galliz ad annum Christi circiter 797. Nec malè: si quidem verum sit, quod aiunt, Epistolam illam ad Clerum suæ Diocæseos fuisse scriptam, cum primum creatus fuit Aurelianensis Episcopus: qua de re nonnullam præmissimus. Certè ab anno 790. ad 800. videntur *κατάλοιπα* illa emissa in publicum vsum.

De ordine Baptismi ad Magnum seu Maguonem, Senonensem, Archiepiscopum.

De Spiritu sancto, ad Carolum Magnum Imperatorem.

Carminum ad diuersos & de diuersis argumentis libri sex, in quibus eminent, *Paranesis ad Indices* seorsim edita anno 1614. *Elegia ad Augulfum Bituricensis Archiep. Modouinum Augustodunensis Episcopum,* & alios è carcere date, & ab Henrico Canisio Tomo V. Antiquæ Lectionis vulgatæ, *Versus in fonte Biblio-*

rum, quæ ipse describi fecit, quæque modò visuntur in Bibliotheca Illustrissimi Præsidis Infulati D. Antonij Memmij, *Versus facti, ut à pueris in die Palmarum cantarentur,* quos in carcere Andegauenfi conscriptos certum est, & Theodulfo absque vlla controversia asserit Lupus Ferrariensis loco supra indicato, ut vel hinc pateat, Alcuini qui dicitur, de Officiis Diuinis librum falsè illi tributum fuisse etiam ab eruditissimis viris, *de fluuio siccatò, de pugna animum, Paranesis ad Episcopos, de septem liberalibus Artibus in quadam pictura depictis, Itinerarium, de septem vitiis Capitalibus, de inexplebili auaritia, de Hypocritis* &c.

Theophilus Alexandrinus. Bell. p. 153.

THEOPHILVS Alexandrinæ ciuitatis Episcopus, Timothei successor ab anno circiter 387. vsque ad diem 15. Octobris quo obiit feria 4. anno 412. Innocentij I. Papæ vndecimo Episcopatus 27. succedente sibi S. Cyrillo eius ex fratre nepote ad annum 444. Origenis fautores Monachos quosdam alioque hæreticos strenuè persecutus, in S. Ioannem Chrylostomum infensior fuit, quem in gratiam Eudoxiæ Augustæ anno 403. in Conciliabulo ad Quercum in suburbano CP. damnavit. Deo S. Hieronymus in epistola, quam ad eum scripsit in qua cum variis laudib⁹ exornat, & Apologia 2. aduersus Rufinum, Synesius ep. 9. S. Leo ep. 52. & 64. Gennadius

cap. 33. Catalogi, Gelasius Papa I. in Concilio Romano, ubi inter alia Veterum Patrum opuscula, quæ sancta Romana Ecclesia custodienda & recipienda decernit, recenset opuscula Beati Theophili Alexandrini Episcopi, Ioannes Moschus c. 195. Prati spiritualis, Ildorus Pelusiota libro 1. ep. 152. Vitæ Patrum, ubi moriturus dixisse fertur; Beatus es Abba Arseni, qui semper hanc horam ante oculos habuisti, Soctates, Sozomenus, Theodoretus, S. Ioannes Damascenus lib. 3. de Imaginibus, Palladius similisque scriptores vitæ Chrystomi, & ex recentioribus Baronius, alique.

Dum adhuc Presbyter esset anno 380. scripsit de Paschali cyclo, vel ut cum Gennadio loquar, Paschæ recursum, quem Magna apud Nicæam Synodus post 95. annos agi in tempore & die & Luna secundum statum suum inuenerat, additis quibusdam ipsius festiuitatis rationibus & expositionibus Theodosio seniori Imp. obtulit. *Eius tres Paschales Epistole* à S. Hieronymo Latinè reddite, cum Prologo ad Theodosium Imp. de sancto Pascha anni 380. extant, tum in Bibliothecis veterum Patrum, tum inter opera S. Hieronymi, in quibus etiam reperias eiusdem Theophili epistolas ad sanctum Epiphanium & alios. Librum de sacris mysteriis siue de sacris supplectilibus Ecclesiæ Dei scripserat, quem rogatus ab ipso S. Hieronymus Latinè expressit, remisitque cum hoc epistolio. In opere tuo utilitatem spectauimus Ecclesiarum, &c. Synodicam quoque aduersus Origenem Episto-

lam anno 399. scriptam idem vertit Hieronymus, sed ea iniuriâ temporum perijt.

Superfuit verò eiusdem aliquot Canones Ecclesiastici in Collectionibus Ioannis Zonaræ & Theodori Balsamonis, nimirum.

Edictum, œsophrontis, cum Theophania in die Domino instarent.

Commoitorum quod accepit Ammon propter Lyco Canones 10. continens.

Expositio de iis qui dicuntur Cathari.

Eiusdem Agathonis Episcopo & Menæ Episcopo data duo Responsa.

Federicus Morellus Græcè & Latinè anno 1608. in 18. Parisiis edidit *Dissertationem*, cuius rei homo similis sit, eamque Theophilo Alexandrino attribuit.

Theophilus Antiochenus. Bell. p. 66.

THEOPHILVS, Sextus Antiochenis Ecclesiæ Episcopus, ut sanctus Hieronymus cap. 25. Catalogi docet, sub Imp. Marco Antonino Vero librum scripsit aduersus Marcionem & alia. Idem in suo ad Matthæi Evangelium Prologo meminit Commentariorum Theophili in Euangelia, & in epistola ad Algasiam quæ à quibusdam dicitur Homilia de Villico iniquitatis. De eodem Eusebius libro 4. Historiæ capp. 19. & 25. & in Chronico anno Christi 168. Olymp. 136. 4. Honorius Augustodunensis libello 1. cap. 26. Zacharias Chrysolitanus in Præfatione ad Monotesaron, his verbis: Ad hæc pater Hieronymus in homilia de Villico iniquitatis introducens

Theophili expoſitiones, hanc eius laudem adiecit: Theophilus Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus Epifcopus poſt Petrum Apoſtolum, quatuor Euangeliftarum in vnum opus dicta compingens ingenij ſui nobis monumenta dimiſit; Guillelmus Tyrius libri 4. Hiſtoriz Belli ſacri cap. 9. Trithemius qui perperam ait ordiatum fuiſſe in Epifcopum vnum Chriſti 173. Indictione XI. ſunt quoque è recentioribus, qui obiiſſe velint die 13. Octobris anni 180. cum ſediſſet annis tredecim. Vide Baronium, Halloxiū, ſimilèſque cum Romano Indice Expuratorio Ioannis Mariæ Braſchellani, vbi rectè ex temporum ratione reſelluntur, qui ad hunc Theophilum cenſuerunt Euangelium ſuum ſcripſiſſe ſanctum Lucam.

Libri tres ad Antolyicum de Fide, epi m. c. c.
 Ἐπιτομὴ τῶν κριτικῶν ὡς φέρει τὸν τίτλον ἐν τοῖς κωδικείοις τῶν
 MSS. *aduerſus calumniatores Chriſtiana religionis* cuius elementa & quaſi ſeminaria teſte Eufebio complectuntur, Græcè & Latine interprete Conrado Claufero prodierunt Tiguri apud Froſchouerum anno 1546. in folio cum Maximi & Antonij locis Communibus Meliſſa inſcriptis & Baſilæ 1555. inter Orthodoxographa: ac deinde Tomo I. Auſtarij GL. Bibliothecæ Veterum Patrum anno 1624. procurante R. P. Frontone Duczo Soc. I E S V. Fuit quoque poſtea cum Iuſtino, Athenagora & Tatiano ſeparatum in volumen incluſus no. Ser hic Theophilus.

Commentariorum allegoricorum in IV. IESV.

CHRISTI Euangelia libri ſoiſdem Latine extant in Bibliothecis Veterum Patrum. Meminerit autem Lector hos, aliòſque in Parabolis Salomonis Commentarios, ſancto Hieronymo non fuiſſe viſos congruere cum aliorum voluminum phraſi atque elegantia. Neque tamen inde cenſent Heterodoxi omnino reiiciendos eſſe, cum ab antiquo ac primæ ætatis ſcriptore fuerint elucubrat, licet nomen eius iam ab ipſius Hieronymi ætate Eccleſiæ Catholicæ fuerit ignotum Edmundus Auberſtinus pag. 368. editionis Latine monendos cenſuit Lectores S. Cypriani verba ex ep. 6. lib. primi, quæ eſt ad Magnum, eadem exſtare in Com. in Euang. huicce Theop. tributis, indè que euidenter patere alterius eſſe iunioris Cypriano. Addit Victorem Antiochenum notare neminem ante ſe in Marcum ſcripſiſſe. Verum hoc argumentum auctoritate Hieronymi eliditur.

Theophylactus.

Bell. p. 185.

THEOPHYLACTVS, Acridæ in Bulgaria Archiepiſcopus in lectione operum ſancti Ioannis Chryſoſtomi verſatiſſimus, quem Eraſmus alicubi Vulgarium pro Bulgaro ſeu Bulgarorum Præſule appellat, non anno 860. vt Poſſeuinus, Perronius Card. & plerique alij, ſed circiter annum 1071. vivebat tempore Summi Pontificis Alexandri II. & Romani Diogenis Græcorum Imperatoris, vt ex eius epiftolis conſtat. Perueniſſe quoque

vsque ad Pontificatum Gregorij VII. & Imperium Nicephori Botoniatae mihi exploratum. Quo autem obierit anno, prorsus ignoro. De eodem nonnulla Sixtus Senensis, Possseuinus, Baronius, & Bellarminus, atque, ex eo, vt solet Miræus. Ineptus Patrologus maximus ille Ienensium ac Wittebergensium Propheta Lutherani dogmatis Achilles nobilissimus, postquam Theophylactum ex Bar. & Bell. an. 1071. ex Mornæo 880. & aliis 990. collocauit, subdit: Ab Eutropio libro 22. ponitur circa annum Christi 760. sed quia Bulgaros conuertisse dicitur, rectius statuitur recentior. Quæ verba non sani capitis non sanus iuret Orestes.

Extant plura eiusdem in sacros libros Commentaria ex sancti Chrysostomi grandioribus voluminibus delibata, & velut in epitomen contracta. Ea fermè omnia Latine simul prodierunt Basileæ ex officina Heruagiana per Eusebium Episcopium anno 1570. & antea Parisiis 1554. & alibi, vt ex Simleri Bibliotheca & Possseuini Apparatu discas. Nos præcipuas quasque editiones, & quantum fieri potest, Græco-Latinas sectamur.

Commentaria in quatuor D. N. I. C. Euangelia, Græcè & Latine Parisiis anno 1631. ex versione Ioannis Cecolampadij recognita à Philippo Montano Armenteriano. Romana editio Græca annis 1542. & 1568. excusa olim erat in pretio. Ex iis verò deprimuntur validissima aduersus Sacramentarios iacula ab Em. Card. Perronio, quibus nunquam satis

facient fuites argutiunculæ ac tergiuersationes ritiligatoris Aubertini, qui in toto illo opere de Eucharistia nihil aliud velle visus est, quàm vel apud bardos aliquos Calvinistas nulliusque iudicij homunculos plausum sibi facere, vel apud æquos rerum istarum æstimatores, quibus in læua parte mamillæ cor salit, famæ ac nominis sui iacturam facere sempiternam. Id verò luce meridiana clarius ostendere possunt, qui in sanctorum Patrum Veterumque Scripторum lectione absque præiudicio obstinatæ in hæresi voluntatis sincerè ac sine furo versantur: nec eo sine ad hoc opus se accingunt, vt obtorto collo pedibus manibusque reluctantes atque inuitos in suas partes pertrahant canos illos Patres quos conscientia teste norunt sibi suisque dogmatibus aduersarios.

Commentaria in Acta Apostolorum, Græcè & Latine ex Laurentij Sifanii interpretatione Coloniz anno 1568, cum quibusdam Sanctorum Patrum orationibus. Adit editionem Basileensem anni 1570. Possseuinus eodem Laurentio Sifanio & Philippo Montano interpretibus.

Commentaria in Epistolas sancti Pauli, Græcè & Latine Londini anno 1636. ex versione Ioannis Loniceri recognita ab eodem Philippo Montano Armenteriano: quare mirum mihi videtur cur interpretationem illam Philippo dumtaxat recognitori tribuerint Anglicanæ officinæ. De Christophori Porsenæ Romani versione an. 1469. Sixto IV. Papæ dica-

ta deinde Coloniae 1531. Parisiis 1552. &c. Vi-
de Possuinum.

*Commentaria in quatuor è minoribus Prophe-
tis, nimirum Habacuc, Ionam, Nahum &
Oseam* (quamquam hoc initio ac fine mutilum
sit) Latine tantum prodierunt ex interpreta-
tione Ioannis Loniceri recognita ab eodem
Philippo Montano.

*Epistola eius numero LXXV. Græcè, edi-
tæ sunt anno 1617. in 4. Lugduni Bataurorum
cura Ioannis Meursij ex officina Godofridi
Bassoni. Eadem Latinitate donatæ à Vincen-
tione Marinerio Valentino prodierunt Colo-
niæ anno 1622. in postremo Volumine Biblio-
thecæ Veterum Patrum cura R. P. Andreæ
Schotti.*

*Oratio in adorationem venerandæ Crucis me-
dio Ieiuniorum tempore è Bibliotheca Bauarica
Græcè & Latine interprete Iacobo Gretsero
Soc. IESV Theologo pag. 385. Tomi II. de
Cruce.*

*Institutio Regia ad Constantinum Porphyro-
genitum Michaëlis Duca Parapinacj & Mariæ
Augustæ filium, Græcè & Latine interprete
R. P. Petro Possino Soc. IESV Theologo,
Parisiis 1651. in 4. è Typographia Regia.*

Eius verò, alteriusve Theophylacti, fortè
Simocattæ, dicendum sit Fragmentum *de risu
& vociferationibus in Festis Sanctorum & de
Nicephoro Confessore*, ambigo. Extat in Bi-
bliothecis Veterum Patrum Parisiensibus To-
mo VI.

Cautionem Theophylacto hanc adscripsit
Possuinus,

Possuinus, errasse nimirum enarratione in
caput 3. Euangelij S. Ioannis circa processio-
nem Spiritus sancti ex Patre ac Filio, quam
Catholici veteresque Patres colligunt ex iis
verbis Ioannis 20. Insufflauit ac dixit: Acci-
pite Spiritum sanctum. Idem monuit ab in-
terpretibus eius Hæreticis Ioanne Oecolam-
padio ac Ioanne Lonicero falsatos fuisse lo-
cos, qui ad potestatem summi Pontificis spe-
ctant.

Theorianus.

Bell. p. 325.

THEORIANVS, vir orthodoxus atque
eruditus, ab Emmanuele Commeno Gre-
corum Imperatore missus anno 1170. ad Ar-
menos ab erroribus reuocandos, scripsit

Dialogum Orthodoxi cum Catholico, hoc est,
*Archiepiscopo, seu Primate Armenorum, &
Gesta Legationis illius.* Prodierunt Basileæ Græ-
cè & Latine in 8. anno 1578. iinterprete Ioan-
ne Leunklauiio Amelburno ex Bibliotheca
Ioannis Sambuci, & Tomo I. Auctarij Bi-
bliothecæ Veterum Patrum anni 1624. nec-
non Morellianæ Tomo vndecimo pag 439.
Latine verò occurrent in alijs Parisiensibus &
Coloniensibus. Ridiculum porro videtur quod
quidam annotarunt hunc esse Theorianum
quem Nicephorus in Chronologia sua numerat
47. inter Patriarchas CP. cum S. Nicephorus
quatuor ante hanc Legationem sæculis ad su-
peros emigrarit.

S. Thomas Aquinas. Bell. p. 347.

S THOMAS, Theologorum Aquila, & verè Doctor Angelicus, vita, doctrina ac miraculis Illustrissimus, natus è nobili Comitum Aquinatum stirpe anno 1224. in castro Latij Aquino, ingressus est Ordinem sancti Dominici anno, missusque Parisios & Coloniæ Philosophicis Theologicisque studiis operam dedit, Magistris præstantibus vsus Alexandro de Hales Anglo & Alberto Magno Sueuo. Inde ipse eadem die cum sancto Bonauentura anno 1255. creatus in Facultate Parisiensi Doctor Theologus & ibidem per plures annos easdem disciplinas professus, scriptis in Aristotelem, Scripturam sacram, ac Theologica dogmata quamplurimis doctissimisque voluminibus, sanctissime obiit die 7. Martij anno Christi 1274. ætatis 50. in cænobio Fossanovæ Ordinis Cisterciensis prope Amalenum Campaniæ fluuium, cum euocatus à Gregorio X. Romano Pontifice ad Concilium Lugdunense II. iter in Galliam meditaretur. Sanctorum catalogo adscriptus est die 18. Iulij anno 1523. à Ioanne Papa XXII. eiusque corpus Urbano VI. Romano Pontifice anno 1368. Tolosam delatum. Pius verò V. Romanus item Pontifex anno 1567. eundem sanctum virum ad numerum Quatuor Ecclesiæ Doctorum adiecit, meminitque in diplomate approbationis Doctrinæ Angelicæ cum ante sacram D. N. I. C. Crucifixi iconem sanctus Doctor

hanc vocem à Christo audiuit: Bene scripsisti de me Thoma. De eodem Vincentius Bellou. lib. 26. Sp. Nat. c. 74. Thomas Cantipræntensis ipsius sub Alberto Magno condiscipulus libro 1. Apum cap. 20. §. 10. & vtrique cœuus Henricus Gandauensis cap. 45. libri seu Appendicis de Scriptoribus Ecclesiasticis, vbi testatur aduersus Willelmi de sancto Amore librum in ordines Religiosos inuectiuum, edidisse opusculum subtilissimum, in quo eiusdem Guillelmi errorem redarguit & refutat; Egidius Columna Archiep. Bituricensis, S. Antoninus Florentinus Archiepiscopus, Ioannes Capreolus, Demetrius Cydonius, Ioannes Trithemius, Antonius & Sixtus Senenses, Leander Albertus, Ferdinandus Castillus, Hieronymus Vielmius ex Argolicensi Æmoniæ Episcopus, Nicolaus Iansenius, Hyacinthus Coquetius, Abrahamus Bzouius, Henricus Spondanus, Odolricus Raynaldus, Possuinus, Bellarminus, Alfonso Fernandes qui post Sixtū Senensemasserit Demetrium Cydonium de Vita, doctrina & miraculis D. Thomæ Græcè disseruisse & quatuor inter se implacabiliter pugnantiæ indissolubili pacis fœdere copulasse, videlicet Copiam, Breuitatem, Facilitatem & Seueritatem quæ nulli antea litterarum Professori nec post eum contigit simul potuisse connectere, &c. Videadus quoque in Hoplothea Theophilus, necnon Basilius Pontius Legionensis, cuius Tractatus super confirmatione Statuti editi ac Iuramenti ab Academia Salmanticensi & sacris familiis

D d ij

Beatorum Dominici & Augustini præstiti, de tenenda ac docenda sanctorum Augustini & Thomæ doctrina, ex Hispanico in Latinum translatus à Petro Parzouio Polono editus fuit Bracciani in 8. anno 1632. apud Andream Phærum Typographum Ducalem.

Operum S. Thomæ plures hæcenus editiones prodierunt: Romanam anno 1570. iussu & sumptibus Pij V. Romani Pontificis sanctissimi quàm emendatissimè curam, cæteris præpono, atque ex ea Catalogum eorum Lectoribus propono, aliorum hac in re sequutus exemplum.

Tomo I. continentur

Vita ex plurimis Auctoribus collecta.

In Aristotelis libros Peribermenas & Posteriorum Analyticorum expositio, cum Antiqua & Ioannis Argyropyli translatione. Ioannes Paulus Nazarius afferit Thomam de Vio Caietanum duabus S. Thomæ Lectionibus subiunxisse quod superest Commentarij in librum secundum de interpretatione.

Tomo secundo continentur

In octo libros Physicorum Aristotelis expositio, cum antiqua & Ioannis Argyropyli translatione.

In libros tres de Cælo & Mundo expositio, cum iisdem versionibus textus Aristotelici, neque enim absoluit Commentaria in tertium;

nec in quantum scripsit, morte, ut creditur, præuentus, aut altis negotiis implicatus: sed Frater quidam Petrus de Aruernia eius discipulus imperfectum illud opus absoluisse perhibetur.

In libros de Generatione & corruptione expositio, cum Antiqua & Francisci Vatabli translatione.

Tomo III. continentur

In quatuor libros Meteororum Aristotelis expositio, cum Antiqua & Francisci Vicomercati translatione.

In tres libros de Anima expositio, cum Antiqua & Michaëlis Sophiani translatione.

In tres libros Aristotelis qui dicuntur Parua naturalia, cum veteri & Nicolai Leonicensi interpretatione: nimirum in libros *de sensu & sensato*, *de Memoria & reminiscencia*, *de somno & vigilia*, *de somniis & de Divinatione per somnum*: cætera enim non absoluit: sed idem qui supra Petrus de Aruernia dicitur scripsisse Commentaria super Aristotelem de Motibus Animalium, librum de longitudine vitæ ac breuitate, librum de respiratione & inspiratione, & iuuentute & senectute.

Tomo IV. continentur

In duodecim libros Metaphysicorum, cum Antiqua & Beffarionis translatione,

Traclatus de Ente & essentia D. Thomæ &

in eum Commentarius Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xysti.

Expositio D. Thomæ in librum de Causis,

Tomo V. continentur

In libros decem Esbicornum ad Nicomachum expositio, cum Antiqua & Ioannis Argyropuli interpretatione.

In octo libros Politicorum Aristotelis, cum Veteri & noua Leonardi Aretini translatione.

Tomo VI. continentur.

Commentaria in primum & secundum Sententiarum Magistri Petri Lombardi Episcopi Parisiensis.

Tomo VII. continentur

Commentaria in tertium & quintum Sententiarum Magistri Petri Lombardi Episcopi Parisiensis.

Tomo VIII. continentur

Quæstiones disputatæ de Potentia Dei, numero decem.

Quæstiones disputatæ de Malo, num. 16.

Quæstio vnica de Spiritualibus Creaturis.

Quæstio vnica de Anima.

Quæstio vnica de Vnione Verbi.

Quæstio vnica de Virtutibus in communi.

Quæstio vnica de Charitate.

Quæstio vnica de correptione fraterna.

Quæstio vnica de Spe.

Quæstio vnica de Virtutibus Cardinalibus.

Quæstiones disputatæ de Veritate, num. 29.

Sequuntur duodecim Quæstiones Quodlibeticæ sine Placitorum sancti Thomæ, quæ in quibusdam voluminibus compinguntur cum tertia Parte Summæ Theologicæ.

Tomo IX. continetur.

Summa Catholica fidei contra Gentiles in libros quatuor distributa, cum Commentariis F. Ferracisci Ferrariensis Ordinis Prædicatorum Generalis Magistri. Summam contra Gentes, Primam item ac secundam Partem Summæ Theologicæ à Demetrio Cydone in Græcam linguam conuersas, & ante nos alij, & nos alibi docuimus.

Tomo X. continentur

Prima Pars Summæ Theologicæ cum Commentariis Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Sixti.

Expositio eiusdem D. Thomæ in librum B. Dionysij de Diuinis Nominibus.

Tomo XI. continentur

Prima secunda, & Secunda secunda summa Theologia, cum eiusdem Caietani Commentariis, Refert Fernandez ex Stephano Garibayo Pampelonensi Episcopo cap 48. libri 15. Compendij Historiarum Hispaniæ, Paulum de sancta Maria postea Brugensem Episcopum cum in lege Moysi esset sapientissimus, ex lectione Quæstionum de Legibus in Prima secundæ D. Thomæ ad Christianam Religionem ex Iudaica secta fuisse conuersum, Vincentium Bellouacensem ex S. Thoma profecisse, non vicissim, docebimus infra in Vincentio.

Tomo XII. continetur

Tertia Pars summa Theologia, cum eiusdem Caietani Card. Commentariis. Continet autem Summa vniuersa 512. quæstiones & articulos 2654. de quibus hæc notanda Ioannis Papæ XXII. verba: Nisi B. Thomas alia edidisset: miracula, vnus quisque articulus eorum, quos scripsit, habendus pro miraculo esset.

Tomo XIII. continentur

In librum Beati Iob. expositio, seu Commentarij iuxta literam lucidissimi & doctissimi, qui teste Sixto cæteris commentationibus ab eo in Vetus Testamentum editis eruditione ac

germanâ sincerâque Historiæ explanatione præferantur.

In primam Quinquagenam Psalmerum Davidis expositio, iuxta literalem & anagogicam intelligentiam.

In Canticum Canticorum expositio, quam ferunt febri laborantem ac prope diem moriturum, flagitantibus Monachis Fossæ nouæ, ad quos ex itinere prope Terracinam diuerterat, & dictata excipientibus, composuisse.

In Esaiam Prophetam expositio. Dubitant de illa quidam, & Thomæ Anglico tribuunt, reclamante Antonio Senensi aduersus Sixtum Senensem D. Thomæ hæc & alia suffurantem libro 4. Bibl. sanctæ: Huius Thomæ Anglici esse creduntur Commentaria in Genesim, in Isaiam, in Ieremiam, in Epistolas Canonicas, in Apocalypsin & in Boetium de Philosophica consolatione, adscripta D. Thomæ cum magna esset inter Anglicum & Anglicum vocis similitudo. Hæc ille

In Ieremiam Prophetam expositio. Quam morte præuentus complere non potuit, sunt & qui Thomæ Anglico vindicent, quos refellere pluribus aggreditur laudatus Antonius Senensis nixus præcipuè testimonio S. Antonini, &c.

In Lamentationes seu Threnos Ieremiæ expositio, cuius eadem videtur esse ratio atque præcedentium, de quorum statu sollicitè anxius acriter dimicat dictus Antonius.

Tomo XIV. continentur

Expositiones in sancta Christi Iesu Evangelia secundum Matthæum & Ioannem. Quæ tamē in Matthæi Evangelium dicitur, supposititia est, & teste Hieronymo Vielmio pertinet ad Petrum Scaligerum Dominicanum Veronensem Episcopum, cuius nomine prostabat Veronæ in Bibliotheca Cœnobij S. Anastasie cùm Vielmus ibi tyronem ageret. Sed neque cum stylo, spiritûve, aut diligentia, quæ in suis scriptioibus B. Thomæ adhibuit, conferendam monet Possseuinus.

Tomo XV. continentur

Catena Aurea in Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem, ex Sententiis sanctorum Patrum miro artificio connexa, & Urbano IV. Pontifici Maximo dicata. In eam quatuor aut quinque non contemnenda studiose Lectori observavit Possseuinus noster. Sixtus Senensis appellat nobilissimum opus explanationum in 4. Evangelia, quod ipse Continuum in quatuor Evangelistas inscripsit, recentiores verò vocant Catenam Auream.

Tomo XVI. continentur

Expositio in omnes Disi Pauli Apostoli Epistolâs, de qua Sixtus, Vielmus, Possseuinus, & alij.

Sermones eiusdem Doctoris Angelici pro Dominicis diebus & pro Sanctorum solemnitatibus tunc primum è Bibliotheca Vaticana emergentes. Iidem quoque in eadem Romana vrbe anno sequenti 1571. impressi in 8. Antonius Senensis testatur vidisse se in quadam Flandriæ Abbatia prope Audenardam Volumen sermonum characteribus fatis antiquis exaratum sub titulo F. Thomæ, quod non licuerit per otium euolvere.

Tomo XVII. continentur opuscula

I. *Contra errores Græcorum,* ad Urbanum IV. Papam.

II. *Compendium Theologiæ,* ad Fratrem Reginaldum socium suum charissimum. Antonius Senensis & alij vulgò Compendium illud Theologiæ, quod incipit, *Æterni Patris Verbum,* &c. in duas partes diuisum quarum prima capita 246. complectitur, secunda imperfecta ac mutila, tantum decem capita continet post Trithemium D. Thomæ tribuunt, atque ex eo aliquid sub nomine S. Thomæ dicitur produxisse Richardus Armaganus. Henricus autem Kalteisenius in Replica ad Vlricum Hussitam quæ eum Basileensi Concilio edita est § Restat nunc, &c. non esse S. Thomæ, sed credi esse Vlrici de Argentina affirmat. Ipse quoque S. Antoninus reicit quoddam Compendium Theologiæ falsò adscriptum S. Thomæ. verùm Antonius Senensis id de alio quopiam accipiendum esse fatagit, non de

hocce nostro, quod S. Thomæ esse pro constante habetur. Quis vero Palæmon fat idoneus Tantas inter eos poterit componere lites?

III. *Declaratio quorundam articulorum contra Græcos, Armenos, & Saracenos, ad Cantorem Antiochenum.*

IV. *De duobus preceptis charitatis & decem legis preceptis.*

V. *De Articulis Fidei & Sacramentis Ecclesie.*

VI. *Deuotissima Expositio super Symbolum Apostolorum.*

VII. *Expositio deuotissima Orationis Dominice.*

VIII. *Salutationis Angelice expositio deuotissima.*

IX. *De Articulis centum & octo sumptis ex opere Petri de Tarentasia, Responsio, ad F. Ioannem Vercellensem Generalem Magistrum ordinis Prædicatorum. Sunt qui de ea dubitent, ideoque minori charactere excusa.*

X. *Responsio de Articulis 42. ad eundem Magistrum Ioannem de Vercellis.*

XI. *Responsio de Articulis 36. ad Lectorem Venetum.*

XII. *Responsio de sex articulis, ad Lectorem Bisuntinum.*

XIII. *De differentia Verbi Diuini & Humani.*

XIV. *De Natura & origine verbi intellectus.*

XV. *De substantiis separatis, seu, de Angelorum natura, ad F. Reginaldum Socium suum.*

XVI. *De unitate intellectus, contra Aueroisistas dicentes vnum esse intellectum omnium hominum.*

XVII. *Opus contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à Religionis ingressu.*

XVIII. *De perfectione Vita spiritualis.*

XIX. *Contra impugnantes Dei cultum & religionem, Mendicantium Religiosorum propugnaculum turrisque validissima.*

Petrus de Prussia Ordinis Prædicatorum, inquit Theophilus pag. 254. Hoplotheæ, in Magni Alberti vita cap. 7. tradit absque omni ambiguitatis scrupulo S. Thomam ab Alberto multa sumpsisse, ita vt integri articuli sub eadem forma expressi apud vtrumque legantur: & cap. 30. allegans Iacobum de Zuzaro veterem Ordinis Prædicatorum Chronologum affirmat librum S. Thomæ contra Guillelmum de sancto Amore, qui in opere Opusculorum S. Thomæ habetur, aliud non esse, quàm recollectionem eorum, quæ Albertus Magnus Anagninæ coram Alexandro Magno disputans aduersus librum Guillelmi protulerat.

XX. *De R. gimine Principum libri quatuor ad Regem Cypri: quos Bellarminus multis de causis suspectos habuit, & merito. Vide Observationem eius secundam. Nec satisfaciunt quæ in contrarium scripsere Io. Paulus Nazarius & Sebastianus Macius Durantinus libro primo de Historia Liuiana,*

XXI. *De Regimine Iudaorum*, ad Ducissam Brabantia.

XXII. *De Forma absolutionis*, ad Generalem Magistrum sui Ordinis.

XXIII. *Expositio prima Decretalis*, ad Archidiaconum Cudestinum.

XXIV. *Expositio super secundam Decretalem*, ad eundem.

XXV. *Tractatus de Soribus*, ad Dominum Iacobum de Burgo.

XXVI. *De Astrorum iudiciis*, ad F. Reginaldum Socium suum.

XXVII. *De aeternitate Mundi contra murmurantes*.

XXVIII. *De Fato*.

XXIX. *De Principio individuationis*.

XXX. Huic loco competit *Opusculum de Ente & Essentia* quod Tomo IV. habetur cum Commentariis Caietani post Expositionem in libros 12. *Metaphysicorum Aristotelis*.

XXXI. *De Principiis natura*, ad Fratrem Siluestrum.

XXXII. *De natura materia & Dimensionibus interminatis*. Non videtur esse D. Thomæ.

XXXIII. *De mixtione Elementorum*, ad Magistrum Philippum.

XXXIV. *De oculis operibus natura*, ad quemdam Militem.

XXXV. *De Motu cordis*, ad Magistrum Philippum.

XXXVI. *De Instantibus*.

XXXVII. *De quatuor oppositis*.

XXXVIII. *De Demonstratione*. Suspectum; XXXIX. *De Fallacis*, ad quosdam nobiles Artistas.

XL. *De Propositionibus Modalibus*.

De Eruditione Principum libri septem, tunc primum in lucem editi ex Bibliotheca Vaticana.

XLI. *De natura accidentis*. Dubium.

XLII. *De natura generis*. Dubium.

XLIII. *De potentis anima*. Dubium.

XLIV. *De Tempore*. Dubium.

XLV. *De pluralitate formarum*. Dubium.

XLVI. Idem quod supra numero XXXII.

XLVII. *De natura Syllogismorum*. Dubium.

XLVIII. *Totius Logica Aristotelis summa*. Dubium: sunt qui tribuunt Thomæ Anglico, de quo postea.

Tractatus primus de Pradicabilibus.

Tractatus secundus de Pradicamentis.

Tractatus tertius de Pradicamento Quantitatis.

Tractatus quartus de Pradicamento Qualitatis.

Tractatus quintus de Pradicamento ad Aliquid.

Tractatus sextus de sex Pradicamentis.

Tractatus septimus, de Interpretatione.

Tractatus octauus de syllogismo simpliciter.

Tractatus nonus de syllogismo Demonstrativo.

XLIX. *De sensu respectu singularium, & intellectu respectu vniuersalium*: Dubium.

L. *De Inventione medij*. Dubium.

- LI. *De natura luminis.* Dubium.
 LII. *De natura loci.* Dubium.
 LIII. *De intellectu & intelligibili.* Dubium.
 LIV. *De quo est & quod est.* Dubium.
 LV. *De vniuersalibus Tractatus I.* Dubitatur de eo.
 LVI. *Tractatus II. de vniuersalibus.* Dubitatur de eodem.

LVII. *Officium de Festo Corporis Christi ad mandatum Urbani IV. Papæ,* qui dictum festum instituit,

LVIII. *De Venerabili Sacramento Altaris in capita 32. distributum* sunt qui tribuant Alberto Magno auctoritate Trichemij memorantis hoc eius initium: De Sacramento Corporis Domini, &c. Qui Prologus habetur in Alberti sermonibus de Eucharistia, in quos illud opusculum sectum est in libro antiquo Collegij Lugdunensis. Hæc R. P. Theophilus Raynaudus in Erotematis, cui sanè subscribere nequeo. Io. Paulus Nazarius cum dixisset pluries se audiisse à Magistro quodam Ordinis sui doctissimo etiam cum iuramento affirmante quod opusculum illud sub nomine Alberti Magni vidisset impressum, subdit de hac difficultate nihil audere definire, sed sperare se impressionem operum omnium Alberti Magni Colonie inchoatam postaliquot paucos annos esse complectendam, & ex ea propositam difficultatem esse terminandam: quod tamen votis eius non respondit: Lugdunensis enim Alberti operum editio in plerisque manca Criticam eruditi scriptoris discussionem adhuc expectat.

LIX. *De Sacramento Eucharistie ad modum decem Predicamentorum,* ad petitionem quorundam Prælatorum & Baronum. Dubium.

LX. *De Humanitate IESU CHRISTI Domini nostri.* Dubium.

LXI. *De dilectione Christi & proximi.* Dubium.

LXII. *De Diuinis moribus.* Dubium.

LXIII. *De Beatitudine.* Dubium.

LXIV. *De modo confitendi, & de puritate conscientie.* Dubium.

LXV. *De officio Sacerdotis.* Dubium.

LXVI. *Expositio Missæ.* Dubium.

LXVII. *De Emptione & venditione ad tempus seu ad terminum,* ad F. Iacobum Viterbientem Lectorem Florentinum: quod alij affirmant absque dubio esse D. Thomæ, alij dubitant.

LXVIII. *Epistola brevis exhortatoria ad quemdam,* in qua proponit idoneum modum salubriter acquirendi scientiam siue Diuinam siue humanam. De ea quidam ambigunt, vt docet vel ipsa Romana editio in qua minoribus characteribus excusa legitur: nec rationes Io. Pauli Nazarij quidquam certi proferre videntur, cur potius S. Thomæ, quàm alteri Dominicano, alteriusve Ordinis viro pio adiudicari debeat. Certè non videtur maior auctoritas Bartholomæi à Medina qui imprimi iussit ante expositionem suam in Tertiam Partem, quàm eorum omnium qui iussu Pij V. Romanæ impressioni præfuerunt.

LXIX. *Expositio in librum Boëthij de Hebdomadibus.*

LXX. *Præclara Questiones super librum de Trinitate Boëthij ad Symmachum Patricium.*

LXXI. *De vitiis & virtutibus numero quaternario procedens.* Dubium.

LXXII. *De Concordantiis dictum, in quo concordat seipsum in passibus apparenter contrariis.* Dubium.

LXXIII. *De usuris in communi & de usurarum contractibus.* Dubium.

Sequitur velut cuiusdam Appendicis loco.

Scriptum secundum S. Thomam in quatuor libris Sententiarum, ad Annibaldum Annibaldensem Romanum Ord. Præd. & S. R. E. Episcopum Cardinalem. Sunt tamen qui reclamant: nec immerito, quidquid dicat cum nonnullis aliis Ioannes Paulus Nazarius qui non rationibus dubitandi prolatis idoneam solutionem attulit: pluris enim esse cordatis solent auctoritas Raynaldi, S. Antonini & Dionysij Carthusiani quam sexcentorum recentiorum, præsertim cum nulla sit ratio cur S. Thomas operum suorum exscriptor dici debeat. Ptolemæus Lucensis Ep. in Chronicis suis narrat alium quoque se vidisse Commentarium in primum sententiarum ab eodem S. Thoma Romæ scriptum.

XVIII. Tomi locum obtinet.

Tabula Aurea Eximij Doctoris F. Petri de Bergamo Ordinis Prædicatorum qui anno 1484. Placentiæ in Longobardia obiit & sepultus est, in omnia opera Diui Thomæ Aquinatis cum Additionibus Conclusionum, Concordantiis dictorum eius ac Diuinæ Scripturæ auctoritatibus expurgata ab innumeris vitiis & quamplurimis propositionibus & allegationibus aucta.

Concordantiæ Doctorum & Conclusionum D. Thomæ de Aquino ordine Alphabeticò dispositæ ab eodem Petro Bergomensi.

Index auctoritatum sacræ Scripturæ, cum Repertorio omnium Dictionum principalium &c.

Quæ à prædicta editione Romanâ absint

Commentaria in Genesim, in libros Machabeorum, in Epistolas Canonicas, in Apocalypsin & in Boëthium de consolatione Philosophiæ (nam de Expositionibus in Isaiam, Ieremiam, ac Matthæi Euangelium iam suo loco supra monuimus) quæ à quibusdam D. Thomæ tribuuntur adscripta, non ad eum pertinent ex quorumdam etiam Dominicani Ordinis doctissimorum virorum censura; sed vel ad Thomam Anglicum patriam Vallensem seu Gualensem, cognomento Iorgium, ex ordine Prædicatorio S. R. E. Cardinalem titulo sanctæ

Sabinæ, quem Trithemius ad annum 1400. reuocat & plures Lecturas in sacra Biblia scripsisse asserit, vel ad aliquem alium. Certè facilis fuit vt ex Sixto Senensi iam monuimus, mutatio Thomæ Anglici in Thomam Angelicum: nec placent eruditis, quæ Antonius Senensis aduersus Sixtum Senensem pro quibusdam ex iis Aquinati asserendis disputauit in Bibliotheca. Quis enim ferat citari Lyranum à D. Thomâ in illud 1. Petri cap. 2. Quasi liberi, &c. Esto sanè Commentaria illa in Canonicas Vielmio, Possuino, Bellarmino, Nazario, &c. videantur crudita & digna ingenio Diui Thomæ, atque in iis cernatur Stilius & modus procedendi sancto Thomæ familiaris. Quod autem addunt primùm prodiiisse Antuerpiæ anno 1592. hoc rectè refellit Theophilus ex editionibus Parisiensis anni 1550. & Lugdunensis 1556. Neque pluris faciendâ Antonij Senensis exceptio aduersus S. Antoninum Florentiæ Archiepiscopum, qui disertè vt spurium repudiat Commentarium in Genesim, quodd scilicet intelligendus sit de eo, quod tunc extabat, non de illo, quod excusum habemus studio eiusdem Antonij Senensis, qui se vindicatum è tenebris prælo dari curasse gloriatur. Commentarij in Boëthij consolationem S. Thomæ sapientiam non redolent, & teste Vielmio in Cydoniensis sancti Nicolai eiusdem Ordinis Prædicatorum cœnobio alterius nomine inscripti legebantur. Commentarij denique in libros Machabæorum sub nomine S. Thomæ Luticiæ anno

1596. in 8 impressi procurante Stephano de Sampayo eandem apud æquos censores cum præcedentibus aut saltem plerisque ex iis censuram subire coguntur.

In editione Antuerpiensi anni MDCXII. procurata studio F. Cosmæ Morelles Valentini O. P. locum Tomi XVIII. obtinent Commentarij illi in Genesim de quibus mox diximus, cum Commentarijs in Prophetam Daniele, Machabæorum libros & Epistolas Canonicas.

Thomas de Argentina. Bell. p. 375.

THOMAS natione Germanus, patria Argenteratensis vnde illi cognomen de Argentina adhæsit, Ordinis S. Augustini Prior Generalis electus est Parisiis die 11. Iulij anni 1345. cùmque eum per annos 12. rexisset obiit Viennæ ad Danubium in Austria anno 1357. vbi etiam anno sequenti obiit eius in Generalis dignitate successor Gregorius Ariminenfis in eodem sepulcro tumulatus. De eo Trithemius memoria lapsus dum Gregorio Ariminenfi in Generalatu postponit, Pamphilus, Stellartius, Possuinus, Elsius, & alij.

Commentaria in 4. libros Magistri sententiarum Ticini, Argentinæ, Venetijs edita sunt, Ego verò vsus sum editione Genuensis anni 1585. apud Antonium Orerium.

Fuit & alius Thomas de Argentina Ordinis Prædicatorum, qui teste Simlero, (neque

enim eius meminit Antonius Senensis) clauditur anno 1495. & scripsit sermones, qui à Trithemio dicuntur reliquis omnibus huius generis scriptis præferri, librum vnum Meditationum, Epistolas & Quæstiones: quæ quidem non satis diligenter aduerterunt Possuinus, Bellarminus, eiusque exscriptores Miræus & Patrologus ac post eos omnes Elsius, qui ista omnia assignant vni Augustiniano; cui tamen Trithemius, præter Commentaria Theologica, sui ordinis Constitutiones duntaxat tribuisse noscitur, cum quibusdam aliis, quæ nominatim non expressit. Quidquid sit Lectorem monuisse sufficiat, vt si quando de iis ex professo tractandum sit, maiorem in veritate indaganda curam atque industriam adhibeat.

Thomas Cantipratanus. Bell. p. 346.

THOMAS natione Brabantus Leuuis S. Petri celebri prope Bruxellam municipio è nobili gente ortus regularem primùm vitam inter Canonicos egit in Cantiprato prope Cameracum, vnde ei Cantipratani cognomen ad hæsit, deinde ad Ordinem Prædicatorum transgressus Albertum Magnum Colonizæ docentem vnà cum sancto Thomà Aquinate audiuit, tum Supprior ac Lector Fratrum sui Ordinis fuit in Conuentu Louaniensi, ac tandem consecratus in Episcopum suffraganeus extitit Cameracensis Episcopi, Viuebat adhuc post annum 1270. sub Rudolfo Impe-

rator si quæ fides Ioanni Trithemio libro de Scriptoribus Ecclesiasticis qui & hoc addit: Sunt qui scribant eum Græci sermonis habuisse peritiam & libros Aristotelis quorum iam vsus est in scholis, transtulisse: Verum in hoc non secus atque in præcedenti aberrasse videtur: antiquior enim fuit illa Aristotelis versio ad quam S. Thomas commentaria scripsit, & Iustus Lipsius editione altera Louaniensis Elogij in notis ad caput 2. libri primi obseruauit Thomam de Cantiprato obiisse die 15. Maij anni 1263. De eodem plura dabunt Iacobus de Vitriaco in vita B. Mariæ Ogniacensis, Henricus de Gandauo cap. 51. Dionysius Carthusianus libro contra pluralitatem beneficiorum articulo 7. Leander Albertus, Antonius Senensis qui in libro antiquo MS se legisse asserit Thomam cognomento dictum de Barbansone natione fuisse Gallicum, Episcopum Lusentinum & Patriarcham Hierosolymitanum, Possuinus, quem in quibusdam aberrasse deprehendes non secus atque eius in plerisque obiurgatorem Alfronsum Fernandem qui nescio quem Guillelmum Brabantium ex Antonio Lusitano exhibet, cui eadem tribuit quæ & ipse postea & alij adsignant Thomæ Brabantino, nimirum ad instantiam D. Thomæ in Latinum è Græco transtulisse textum Aristotelis, composuisse librum de Proprietatibus & naturis rerum, itémque librum vnum de Apibus, Hyacinthus Choquetius in libro anno 1618. Duaci edito de Belgis sanctitatis opinione Illustribus ex ordine Prædicatorum,

Valerius Andreas & ceteri Belgæ in suis Bibliothecis, aliique.

Bonum vniuersale de Apibus, omni hominum statui tam Prælati quam subditis vtilissimum, in quo ex mirifica Apum republica vniuersa vitæ bene & Christianè instituendæ ratio tradiitur & artificiosè tractatur, ad F. Humbertum Priorem Generalem seu Magistrum Ordinis Prædicatorum, opera Georgij Colvenerij Doctõris Theologi & Vniuersitatis Cancellarij notis illustratum prodiit Duaci in 8. anno 1627. vt anteriores sileam editiones annorum 1597. & 1607. minus absolutas. Hic verò liber scriptus est post annum 1550. cum meminerit expeditionis S. Ludouici lib. 2. cap. 3. §. 9.

Vita B. Christinae, dicta Mirabilis in Hasbania, apud Surium die 23. Iunii,

Vita B. Lutgardis monialis de Aquiria, die 16. Iunii apud eundem Surium.

Liber vnus de Vita B. Mariae Ogniacensis apud Surium 23. Iunii.

Vita Margaritæ Iprensis, quæ obiit anno 1237. edita Duaci anno 1618. ab Hyacintho Chocquetio.

Scripterat & multo labore, vt ipsemet fatetur l. 2. de Apibus cap. vlt. §. 50. lib. vnum *de natura rerum* de diuersis auctoribus spatio 15. annorum vtilissimè compilatum: sed is peririisse videtur, neque enim standum est coniecturæ Antonij Senensis eiusque exscriptoris Alfonsi Fernandis, & quorundam aliorum, qui existimant esse librum illum, qui *de Pro-*

prietatibus rerum inscribitur, & Bartholomæo Anglico Ordinis Minorum supponitur. Verùm Lucas Waddingus, in Bibliotheca Franciscana V. Bartholomæus Glaunvillus, suo legitimo auctori librum illum vendicauit, licet eidem minus rectè adscribat librum de Proprietatibus Apum, qui non est alius à Bono Vniuersali Thomæ de Cantiprato, cùmque claruisse concludat anno 1350. nihil tamen minus contra Laurentium Vallam scripsisse librum vnum contendat. Quid verò si 1460. legendum sit vnus centenarij additione? At hoc vetat Trithemius qui auctorem librorum XIX. de Proprietatibus rerum sæculo Christi XIV. alligat.

Alfonsus Fernandes Placentinus pluribus omiſſis quæ annotare debuerat, addit; Huic D. Thomam iniunxisse vt Aristotelem è Græco Latinum redderet, & scripsisse de Miraculis sui temporis duos libros Duaci editos an. 1597. quos tamen nemo hæcenus vidit, distinctos saltem ab opere illo erudito de Apibus Myſticis, quod vocatur Bonum vniuersale.

Thomas de Kempis. Bell. p. 404.

DE THOMA patriâ Kempensi, siue à Campis modico in diocesi Colonienſi oppido ad Rhenum, cognomento Hemerchin, hoc est Malleolo, Ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini Congregationis Windesimensis Religioſo in Monte Diuæ Mar-tyris & Virginis Agnetis prope Zuollas in

diocæsi Ultraiectensi, vita & conuersatione deuoto & B. semper Virginis Mariæ amatore præcipuo, qui obiit ætatis anno 91. Christi Domini 1471. die 8. Kal. Augusti, tam multa in utramque partem occasione librorum quatuor *de Imitatione Christi* hisce proximis annis scripta sunt, vt non necesse sit diutius in eius pangendo elogio immorari. Trithemius qui ei tribuit libros 4. *de Contemptu Mundi* minus rectè claruisse asserit temporibus Ruperti Regis Romanorum & Gregorij Papæ XII. anno Domini 1410. cum annos postea vixerit 61. Possuetinus elogium eius ex Centuria Belgicorum Scriptorum Auberti Mirzi mutuatus est. De eodem Valerius Andreas in Bibliotheca, &c.

Varie fuerunt hætenus omnium operum Thomæ Campensis editiones in folio, 4. & 8. è quibus ego seligo illam qua Duaci anno 1655. ex officina Baltassaris Belleri prodiit in 8. vel quæ in 4. emissa fuit Antuerpiæ 1607. apud Nutium opera & studio R. P. Henrici Sommalij è Societate Iesv. hoc ordine.

Post vitam auctoribus Iodoco Badio Ascensio & Francisco Tolensi Canonico Regulari ac Testimonia ex variis deprompta in fauorem Thomæ Kempensis.

Tomo I. continentur

XXX. *Sermones ad Nouitios Regulares*, in tres partes diuisi.

IX. *Sermones ad Fratres.*

XXXVI. *Utilissima Conciones & Meditationes seu orationes de Passione Domini.*

I. Parte Tomi II. continentur

I. *Libri quatuor de Imitatione Christi.*

II. *Soliloquia anima.*

III. *Hortulus Rosarum.*

IV. *Vallis liliærum.*

V. *De tribus Tabernaculis.*

VI. *De Disciplina Claustralium.*

VII. *De fidei Dispensatore.*

VIII. *Hospitalæ pauperum.*

IX. *Dialogus Nouitiorum.*

X. *Spiritalia Exercitia Religiosorum duplicia.*

XI. *Doctrina Iuuenum.*

XII. *De vera cordis compunctione.*

XIII. *De solitudine & silentio.*

II. Parte Tomi II. continentur

I. *De recognitione propria fragilitatis.*

II. *Epitaphium seu Enchiridion Monachorum,*

III. *Manuale paruulorum.*

IV. De elevatione mentis ad inquirendum summum bonum.

V. Alphabetum paruum Monachi in schola Christi.

VI. Consolatio pauperum & infirmorum.

VII. Orationes plurimæ admodum piæ atque deuotæ.

VIII. De Mortificatione sui ipsius.

IX. De Humilitate.

X. De Vita bona & pacifica.

XI. Vita boni Monachi Rhythmicè.

XII. Hymni & Cantica spiritalia valdè piæ num. 20.

Tomo III. continentur

I. De Vita Christi ac de Beneficiis eius Meditationes in 4. Partes distinctæ.

II. Vita sanctæ Liduinae seu Lideuigis Virginis.

III. Vitæ Ven. Mag. Gerardi Magni & D. Florentij, qui fuerunt parentes & auctores Religiosorum qui Fratres nuncupantur.

IV. Vitæ Discipulorum viriusque: scilicet, D. Ioannis Gronde, D. Ioannis Brincherincke, D. Luberti Berneri, D. Henrici Brune, D. Gerardi Sutphanensis, D. Aurelij Burenfis, D. Iacobi de Viana. Ioannis Cacabi vulgo Ketelcoci pientissimi, & Arnoldi Schoonhoue.

V. Epistola sex admodum viles & religiose.

Thomas Morus.

Bell. p. 421.

THOMAS Morus natione Anglus, patria Londinensis, vir eruditionis pariter ac summæ virtutis nomine clarissimus, & Henrico VIII. Anglorum Regi cuius summum Cancellarium per plures annos egit, charissimus: cum impiis eiusdem Regis aduersus Romanum Pontificem & Ecclesiasticas sanctiones editis parere nolleret ac subscribere, in carcerem coniectus ac deinde securi percussus est prope Turrim Londinensem secundo Nonas Iulij anni 1535. Henrici Regni 27. De eo Thomas Stapletonus in libro de Tribus Thomis, quique de schismate Anglicano atque infelici Catharinæ Reginæ diuortio expressè scripserunt. Atque vt alios sileam Erasmus, Scaliger, Gregorius Giraldus, Scæuola Sammarthanus, Balæus, Pitseus, Posselinus, Vossius, aliique cum Bell. qui cum vt Theologum, Philosophum, Oratorem, Poëtam, Historicum, linguæ Græcæ & Latine peritum prædicat.

Omnia eius opera vno volumine in folio comprehensa Louanij apud Ioannem Bogardum edita sunt anno 1566. hoc ordine.

Epitaphium Thomæ Mori ab ipsomet scriptum.

Vtiopie libri duo, siue sermo quem Raphaël Hythlodæus vir eximius de optimo Reipublicæ statu habuit.

Epigrammata varia.

Ex Luciano quedam conuersa Latine.

Declamatio Thoma Mori Lucianica respondens.

Historia Richardi III. Regis Angliæ imperfecta.

Responsio ad conuicia Martini Lutheri congesta in Henricum VIII. Angliæ Regem.

Expositio Dominica Passionis imperfecta.

Quod pro fide mors fugienda non est.

Precatio ex Psalmis.

Esse quoque dicitur & aliud volumen in quo eius Anglicana opuscula inueniuntur ac nominatim Richardi III. Regis vita.

Epistola in qua respondetur literis Ioannis Pomerani hæretici Lutherani, Louanij in 8. anno 1568. vel sequenti.

Dissertatio Epistolica de aliquot sui temporis Theologastrorum ineptiis, deque correctione Translationis vulgatae noui Testamenti dicitur prodidiisse in 12. Lugduni Batauorum an. 1625. sed nondum vidi.

Posseuinus addit scripsisse pro sancto sacrificio Missæ Dialogum: pro Purgatorio item, & pro Ecclesia: sed an edita sint illa opera, & vbi, quove anno, non indicat.

Thomas de Vio Caietanus. Bell. p. 415.

THOMAS de Vio, à patria dictus vulgo Caietanus, ex Ordinis Prædicatorum Generali Magistro Episcopus Caietæ & Cardinalis S. R. E. tit. sancti Xysti à Leone X. creatus vixit vsque annum Christi 1534. ætatis 66. quo obiit 4. Idus Aug. & conditus est ad ostium templi B. Mariæ super Mineruam. De eo plura Flauius Aquitanus, eius à Secretis ac familiaris, Leander Albertus, Sixtus Senensis, Antonius à Fonseca, Antonius Senensis, Posseuinus, Alfonso Fernandes, aliique, vt nihil dicam de eius acerrimo censore Ambrosio Catarino qui Annotationum siue Inuectiuarum in illum sex libros edidit. Index Expurgatorius Sandouallij duo habet non omitenda I. ex Indice seu Catalogo Hæreticorum præmissio Tractatus Alfonsi de Castro aduersus Hæreses, expungendum esse quod irreperferat nomen Thomæ de Vio Caietani. II. ex Commentariis eiusdem in 2.2. D. Thomæ Antuerpiæ excusis 1567. apud viduam & hæredes Ioannis Stelfij q. 122. a. 4. post deferre crucem & huiusmodi delenda esse, sed hæc sunt pars mali cultus, quæ verba fraude hæreticorum irreperere, quemadmodum & sequentia post illud, & ad Missam & ad Vesperas delenda: Et hæc quoque proculdubio sunt omnino illicita & impia. Cauendum quoque monet, ne in eadem editione Hæretici alia huiusmodi suppuerint.

Gabriel quoque Prateolus Marcosianus vir eruditus, in Elêcho de Vitis, sêctis & dogmatibus omnium Hæreticorum, tum in Hæreticorum & hæresum. Indice ex titulis libri 18. tum in sequenti Indice successione Hæreticorum Centuria XIV. inter cæteros Thomam de Vio Caietanum recensuit, ideoque arguitur in Appendice I. ad Indicem librorum expurgandorum Bernardi de Sandoual Card. Archiepiscopi Toletani. Quæ etiam obseruat ex Commentario in Epistolam, ad Romanos ad illud capituli primi, in salutem omni credenti delendum esse errorem ab hæreticis suppositum his verbis: sola fides exigitur ad salutem. Editionem Lugdunensem Commentariorum in Epistolas Pauli & Canonicas designat anni 1558. apud Gasparum à Portonariis, adiungitque alias etiam reperiri editiones, quæ eundem errorem continent.

Opera eius ad tres classes reuocari possunt, *Philosophica*, *Theologica*, & *in sacram Scripturam Exegetica*, de quibus plura recentiores: nos enim in istis vt pote minus necessariis ac per-
vulgatis non immoramur: hoc tantum monemus Fernandem errasse, qui mortem eius anno 1533. affigit, quod omissem, nisi ipse quâ datâ portâ & vel minima occasione oblatâ in Possuinum irrueret.

Thomas

Thomas Waldensis.

Bell. p. 387.

THOMAS à Walden, natione Anglus, patria Londinensis, Ordinis Carmelitarum in Anglia Prior Prouincialis, & vt ferunt Henrici V. Regis Anglorum à confessionibus, & secretis, Theologiae eximium decus, obiit Rotomagi in Normania die 3. Nouembris anni 1430. in suo Conuentu honorificè tumulatus. De eo Trithemius, Petrus Lucius Bruxellensis, Ioannes Cochleus, Stanislaus Hosius, Iacobus de Plebe, Ioannes Pitseus, Possuinus, alique. Cætera eius opera latent adhuc in tenebris: Vnicum

Doctrinale antiquitatum Fidei Ecclesie Catholicae, in tres Tomos digestum & Martino V. Romano Pontifici dicatum, in quibus aduersus Wickesitas, Hussitas, eorumque recentiores asseclas exactissimè diseritur, excusum fuit elegantibus typis in alma Venetiarum vrbe apud Vincentium Valgrisium anno 1571. recognitum à Ioanne Baptista Rubeo, vt taceam præcedentes editiones minus exultas: Tomo III. vbi agit de Sacramentalibus refertur Breue Apostolicum Martini V. Papæ in commendationem operis, & in oratione habita paullo post eius obitum in Concilio Basileensi meminit eius Ioannes de Ragusa O. P. Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ testatur scripsisse in Pentateuchum scholasticam Possuillam; sed eam videre mihi nondum contigit, vt neque ea quorum Catalogum Possuinus

F f

contexit ex Anglicis haud dubiè Racematoribus collectum. Idem sub finem Catalogorum MSS in Iudicio & cautione de Ecloga Oxonio-Cantabrigiensi Thomæ Iamesij hæc habet: Quamobrem per viscera misericordiz Christi obsecro Anglos, qui specie aliqua decepti sunt hæcenus, vt ipsius Thomæ Waldensij (Angli viri doctissimi) opus perlegant, quod prænotatum est: Doctrinale Antiquitatum Fidei & Ecclesiz Catholicæ in tres partes distributum. In quorum primo agitur de Deo, Christo, Petro, Ecclesia, Religiosis. In secundo, de Sacramentis. In tertio, de Sacramentalibus aduersus Wiclefistas, Hussistas, eorumque recentiores assecclas. Perlegant item eiusdem Commentaria in plerisque Diuinæ Scripturæ Codices: librum inscriptionum, Fasciculus Zizaniorum Wiclefij, sermones ad Clerum Oxoniensem, libros varios de religione perfectorum, de Veritate Euangelica, de Corpore Christi Domini, de Diuinatione, de Præscientia & prædestinatione, de Fide, Librum quoque ad Constantiense Concilium, Defensorium Pacis, de Indulgentiis, de Sacramentis, de Paupertate, ne quid dicam de Commentariis in quatuor libros Magistri sententiarum, & vt omittam quæ in Aristotelem scripsit. Hæc ille.

Titus Bostrensis.

Bell. p. 117.

TITVS Bostrorum in Arabia Petræa Episcopus, floruit sæculo Christi quarto sub Iuliano & Iouiano Principibus fortes aduersus Manichæos scripsit libros, & interfuit Concilio Antiocheno anno 364. Sozomenus refert libro 5. Hist. cap. 14. Iulianum Imp. conatum fuisse exturbare Titum Episcopatu illius vrbis & ad nostram vsque ætatem seruata est eiusdem Apostatæ epistola ad Bostrenos de hoc argumento. Obiit sub Valente saltem ante annum 378. ex Hieronymi Catalogo cap. 102. & Honorio libelli I. cap. 103. idèoque nequit esse legitimus parens Commentariorum in Euangelium sancti Lucæ quæ ipsi tribuuntur, & ex quibus multa citantur in Catena LX. Patrum Græcorum in eundem Lucam cum in iis nominentur Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Isidorus Pelusiota, &c.

I. *Libri tres aduersus Manicheos cum argumento libri quarti qui desideratur*, Latine extant interprete Francisco Turriano Soc. IESV Tomo V. Antiquæ Lætionis Henrici Canisij, ad quem eos cum pluribus aliis opusculis misit Possseuinus noster & in Bibliothecis Veterum Patrum Colonienſi & Parisiensibus reperiuntur.

II. Eiusdem alteriusque iunioris Titi, qui quo tempore vixerit, ignoratur, nomine edita est in Auctario G. L. F. Francisci Combefis

Ff ij

Dominicani à columna 635. ad 652. *Oratio in Ramos Palmarum* etc. *và bala.*

III. *Commentaria in Lucam*, Græcè & Latinè edita sunt in Auctario G. L. Bibliothecæ Veterum Patrum anni 1624. & Tomo XIII. Morellianæ pag. 762. R. P. Theodorus Peltanus Soc. IESV Theolog. è Græcò vertit in Latinum sermonem, sententias melius ordinavit, rectiusque ad Evangelij contextum ordinavit, ac locos non paucos interpretatus est. Prodiit primùm Ingolstadij apud Davidem Sartorium anno 1579. & sequenti cum Victore Antiocheno in Lucam, ac cum Dionysij Alexandrini Epistola de Dominicæ Resurrectionis tempore, atque Paschalis Ieiunii termino. R. P. Fronto Ducæus è codice MS. Bibliothecæ Regiæ Græcum textum primus publicavit. Hic autem monendus est Lector Heterodoxum Criticum Andream Riuetum, qui aliena nullo iudicio solitus est corraderè, duo hic peccasse: Primum quod *Commentaria in Matthæum & Lucam* asserat impressa fuisse Ingolstadij & in Bibliotheca Patrum Parisiis edita, quod falsum est: licet enim scripsisse dicatur Titus etiam in Matthæum, desiderantur tamen illa, nec hætenus prodierunt: quin immo observatum est iam à Viris eruditissimis, quæ Lucæ cum Matthæo communia sunt, aut omitti, aut levi brachio exponi, ideòque hunc *Commentarium in Lucam* non esse vsquequaque perfectum. Alterum est, fortasse Bostrenum vixisse anno 305. Voluit fortasse ipse, aut is, vnde suffuratus est, dicere anno 350. aut

potius 365. vt habet Bellarminus vnde pleraque solet mutuari. Apud Trithemium, inquit Suffridus Petrus in Annotatione ad caput 102. Hieronymi, Hic, Titus ponitur ad annum 340. numeris planè deprauatis, cum Valens Imperator, sub quo mortuus asseritur, imperare demum cœperit anno 379. Verùm nihil obstat quin Titus ille per 30. circiter annos floruerit ab an. 340. ad 370. & aliunde certum est Valentem ab anno 364. imperare cœpisse & ante annum 379. in casa à Gothis combustum periisse. Suffridi verba exscriptis nec emendauit Possuinus.

Tobias.

Bell. p. 26.

TOBIAS senior anno vrbis Condita vndecimo ætatis 36. vxorem duxit anno V. C. 31. ætatis 56. excacatur V. C. 35. visum recipit beneficio Raphaëlis Archangeli qui filio eius Tobiaë iuniori fuerat in peregrinatione comes. V. C. 77. ætatis 102. Manassæ Regis Iuda 40. Mundi 3377. obit. Filius vero eius Tobias minor vixit vsque ad annum Romæ 110. Mundi 3410.

De libro qui vtriusque narrat Historiam, eiusque auctoritate, vide Sixtum Senensem, Possuinum, Melchiorum Canum, Andream Masium, Salmeronem, Nicolaum Serarium, Iacobum Salianum, aliosque Catholicos interpretes, qui Hæreticorum nœnias doctissimis *Commentariis* exsufflarunt.

V.

Valefridus. Vide Walafridus Strabo.

Valerianus Cemeliensis. Bell. p. 207.

VALERIANVS Cemelenensis (seu Cemelenensis aut Cimelliensis Veditiorum in extrema Alpium Maritimarum provincia sub Ebrodunensi Metropoli ciuitatis, hand procul à Nicaensi castro, sed vltra fluuium Varum veterem Galliā atque Italiā terminum) Episcopus vixit sæculo Christi quinto, interfuit Concilio Reienſi anno 439. memoratur in Synodica Episcoporum Galliā anno 451. data ad S. Leonem Papam, viuebatque adhuc anno circiter 455. cum in Arelatenſi III. Concilio causā agitata est inter Theodorum Forouliensem, Valerianum hunc Cemelenensem & Maximum Reienſem Episcopos, ac Faustum Abbatem Lerinensem, & reliquos eiusdem nominatissimæ insulæ fratres Monachos.

Valeriani Homilia 20. & Epistola eiusdem ad Monachos de virtutibus & ordine doctrina Apostolica, à R. P. Iacobo Sirmundo Soc. IESV editæ sunt in 8. Parisiis anno 1612. cum breui eologio quod exscripsit pro more Miræus ac deinde in Bibliothecis Veterum Patrum Coloniensi & Parisiensibus: anno quoque 1623. prodierunt in folio in eadem Parisiensi vrbe

cum SS. Leonis Maximi & Chryſologi operibus, quod postea Lugdunenses sæpius iteratis operis imitati sunt. Pro Homiliis illis eorumque auctore aduersus quemdam Parcum Caritatis hoc est Nicolaum Chichonum sanæ doctrinæ criminatorem siue accusatorem acerimur, egregiam Apologiam edidit R. P. Theophilus Raynaudus Cespitellensis Salyus, Soc. IESV Theologus, quâ cum à falsè impaſta Semipelagianismi calumnia vindicauit, & multa quæ in aliis quoque sanctis Patribus occurrunt de Gratia Dei & Libero arbitrio similia loca, luculentissimè explanauit.

Melchior Hamen Weltonus Goldastus damnatæ memoriæ Hæreticus cum Collectaneis quibusdam Geneuæ Allobrogum anno 1601. in 8. ediderat sermonem *de Bono disciplina* qui Tomo IX. operum S. Augustini reperitur, & primum modò locum obtinet inter Homilias 20. à Sirmundo editas, atque Augustino ereptum cuius à stylo ingenioque abhorret, nec à Possidio in Indiculo recensetur, ex fide plurium MSS. codicum legitimo parenti Valeriano vindicatur Verum ea gratia admodum leuis est, si cum integra Sirmondi collectione conferatur, nec ipse, si reuiuiscat, quanquam in Iesuitas plusquam Vatiniano effertus odio, diffitebitur Riuetus, qui minus castigatè addidit ad Goldasti munusculum literarium adiunxisse Sirmondum eiusdem Auctoris homilias 20. sunt enim dumtaxat vndeuiginti ab eo primum ex Corbeiensi MS. codice vulgatæ cumepistola ad Monachos.

Vdalricus de Argentina. Bell. p. 356.

VDAIRICVS siue Vlricus aut Vldarius, natione Germanus, à patria Argentinae siue Argentoratensis dictus, Ordinis Prædicatorum, Alberti Magni discipulus, ut nuncupatur à Ioanne Nider in tractatu de Reformatione Religiosorum ubi Summæcius citat librum Sextum tractatum primum, & caput vltimum. Floruit circa annum 1280. sub Rudolfo Imperatore, teste Trithemio, vnde Antonius Senensis, Eisingrenius, Possuinus, aliiq; moderni.

Commentaria eius in quatuor libros Sententiarum Magistri Petri Lombardi, & alia siquæ sint opera, quis Typographus, quæ in vrbe aut anno excuderit, nemo me hæcenus docuit: nec Simlerus, nec Possuinus, nec Patrologus aut Miræus exscriptores Bellarmini, aliiuc. Vnum hoc scio Compendium Theologiae quod extat inter opuscula S. Thomæ à quibusdam huic Vlrico tribui, ut supra suo loco monuimus..

Venantius Fortunatus. Bell. p. 231.

VENANTIÛS Honorius, siue Honoratus, Clementianus Fortunatus, in Italia haud procul Taruisio, in loco, qui Duplabilis dicebatur, natus, Rauennæ liberalibus imbatus literis & sancti Martini Turonensis Episcopi virtute, ab oculorum, quos oculo lam-

padis ad imaginem eius ardentis inunxerat, lippitudine ac dolore liberatus, suscepto per Germaniam itinere, sat longa peregrinatione, quam alicubi describit, in Gallias venit ad sepulcrum liberatoris sui Martini, non anno dumtaxat 575. ut post quosdam alios scripsit Miræus, sed ante annum 560. Celebrauit carmine elegiacò nuptias Sigeberti Regis & Brunehildæ anno 565. Ad Pictauios profectus, primò Presbyter, deinde eiusdem vrbis Episcopus fuit, vixitque superstes Gregorio Turonensi Antistiti vsque ad annum circiter 600. & post eius sancti Historiarum scriptoris mortem videtur creatus Episcopus. Obiit die 15. Decembris, at annus ignoratur. De eo præter Gregorium Turonensem, qui sæpe amici sui meminit, & Sanctorum vitas ab eo scriptas memorat, & Bandouiniam, quæ eum Episcopum vocat in Appendice seu libro 2. Vitæ B. Radegundis Reginae, vide Bedam lib. 1. Hist. Eccles. Anglorum cap. 7. Paulum Diaconum libro 2. Historiæ Longobardorum cap. 3. Hilduinum in ep. ad Ludouicum Pium, Aimoinum libro 3. Hist. Francorum capp. 13. & 16. Sigebertum cap. 44. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Trithemium, Gregorium, Liliu Giralduum, Petrum Crinitum, Sixtum Senensem, Baronium, Vossium, ac præcæteris Christophorum Browerum Soc. Iesv Presbyterum, qui vitam eius scripsit, præfixitque Collectioni Carminum & aliquot aliorum opusculorum excusæ in 4. annis 1603. & 1646. Moguntia apud Balthasarem Luppium. Nos

eadem omnia opuscula Fortunati infinitis locis, partim ex optimæ notæ codicibus, partim ex certissimis coniecturis emendata, atque editis auctiora prælo iamdudum, cum sederit occasio, parata habemus.

Pœmatum libri vndecimi præmissa ad Gregorium Turonensem Metropolitanum epistola nuncupatoria. Nec enim leuiter errarunt, qui ad S. Gregorium Magnum Romanum Pontificem scripsisse docuerunt.

De Vita S. Martini libri quatuor ex variis MSS. codicibus ad eundem Gregorium Turonensem.

Supplementa tria. I. de Excidio Turigiz ex persona B. Radegundis. II. ad Iulium Iuniorum Imp. & Sophiam Augustam. III. ad Artachin.

Broweri ad Venantium Notæ Sacræ, Historiæ, & Geographicæ: Quod verò ad Indicem Chronographicum spectat, is omnino mendosus est & ad exactiores Calculos reuocandus.

Antequam verò pergam vltcrius, aduertat Lector initio libri decimi Carminum præmitti *Expositionem breuem piam atque elegantem orationis Dominicæ, & aliquot epistolas ad Memorabilem*; ipsius verò libri vndecimi primo in limine occurrere *Expositionem Symboli Apostolorum*. Quod verò ad Vitas Sanctorum ab eo elucidatas attinet, hæ præcipuè mihi videntur.

Vita sancti Hilarij Pictauiensis Episcopi libri duobus ad Pascentium eiusdem Pictanorum cini-

tatis Episcopum. Apud Surium & Bollandum die 13. Ianuarij. Eam verò scripsisse animaduerti ante annum Christi 559. quo obiit Probianus seu Probatianus Bituricentis Archiepiscopus.

Vita S. Albini Andegauensis Episcopi, apud Surium Kalendis Martij.

Vita S. Germani Parisiensis Episcopi, apud Surium 28. mensis Maij.

Vita S. Medardi Noniomensis Episcopi quæ habetur apud Surium die 8. Iunij non est ea quam scripsisse Fortunatum nostrum testis est Gregorius Turonensis libro de Gloria Confessorum cap. 45.

Vita S. Radegundis Reginae quæ obiit die 13. Augusti anni 587. apud Surium.

Vita S. Maurily Andegauensis Episcopi, non est ea quæ apud Surium die 13. Septembris.

Vitam S. Remigij Remensis Archiepiscopi Kalendis Octobris quidam tribuunt: sed teste Hincmato certum est aliqua tantum Miracula quæ in populo recitarentur, excerpta.

Vita S. Marcelli Parisiensis Episcopi ad S. Germanum eiusdem ciuitatis Austinem, Kalendis Nouembribus apud Surium.

Vita S. Amantij Ruthenensis Episcopi, apud Surium die 4. Nouembris & Tomo II. Nouæ Bibliothecæ MSS. Librorum pag. 47.

Ex his verò omnibus, Lector, discas velim quantum aberrauit à scopo Petrus Ricardatus qui Die seu libro IV. Historiæ Monasticæ scripsit Venantium floruisse sub Theodosio Imperatore primo circa annum Christi 420.

Wernerus.

Vide Wernerus.

Victor Africanus Ep.

Bell. p. 224.

VICTORIS Africanus Episcopi liber de ratione fidei Catholica ad Hunnericum Vandalorum Regem, qui rationem suæ fidei ab eo postulauerat, extat in Bibliothecis Veterum Patrum. errant Bellarminus, cuiusque simiolus Gherardus Patrologus Ienenfis, qui Auctorem huius libri ad annum 530. depriment & Hunnericū eo tempore pro Hilderico regnantem supponunt. Ego illius opusculi parentem non alium esse arbitror à Victore Vitenensi siue Vitenfi Episcopo, de quo postea. Huius verò tempore, vel paullo antè, vixit Victor Cartennæ in Mauritania ciuitatis Episcopus qui vt Gennadius capite 77 narrat, scripsit aduersus Arianos librum vnum longum, quem Genferico Vandalorum Regi per suos audiendum obtulit, de pœnitentia Publicani homilias, &c. Fuit etiam sæculo proximo Victor Martyritanus in eadem Africa Episcopus, de quo ex Cassiodoro cap. 19. Diuinarum Læctionum & Adonis Chronico dicemus in altera Parte huiusce Dissertationis Historicæ, in qua omisso à Bellarmino scriptores Ecclesiasticos, Deo duce & auspice, sectabimur; quemadmodum & de Victore Antiocheno, &c.

Victor Capuanus Ep.

Bell. p. 226.

VICTOR Capuæ Episcopus circa annum 545. scripsit de Cyclo Paschali aduersus Victorium Aquitanum, vt præter Bedam à Bellarmino citatum docent Ado Vienneſis Antistes & Marianus Scotus Fuldenſis inclusus in Chronicis, Siebertus cap. 20. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Ioannes Trithemius, alique recentiores. Notandum verò in MSS. editisque Sieberti cœdicibus Honorium in locum Hilari mendosè irrepsisse quod iam alij obseruauerunt: quòdque alibi nos obseruauimus, Victorium non iubente Hilario Papa scripsisse Paschales Cyclos, cùm anno 457. viueret adhuc S. Leo Magnus, cuius erat tum Hilarius Archidiaconus, ac post aliquot tantum annos successor. Obitus eius in Martyrologio Romano confertur in diem 17. Octobris. De anno altum apud omnes silentium.

Prefatio Victoris in Harmoniam quatuor Euangelistarum, extat in Bibliothecis Veterum Patrum, de qua hæc loco citato Siebertus: Euangelium ex quatuor Euangelis compactum eleganter composuit, quod vocatur Diapente, quodque sine nomine auctoris inuenit: quod, quia sine numeris Canonum confusum esse vidit, dilucidauit, appositis Canonum numeris per quos Eusebius Cæsariensis distinguit quatuor Euangelia, ita sine confusione erroris similia omnium ostendens & singulis sua

propria restituens. Plura in eandem rem diximus supra in Ammonio & Tatiano.

Victor Massiliensis.

Bell. p. 190.

CLAVDIUS Marius Victor, qui aliis fortè rectius dicitur Victorinus, Rhetor Massiliensis, vixit sæculo Christi quinto Genadius cap. 60. testatur mortuum esse Theodosio & Valentiniano regnantibus, hoc est ab anno 425. ad 450. Ipse verò in Epistola ad Salomonem Abbatem narrat suo tempore Sarmatas, Vandalos, Alanos, similisque Barbaros percurrisse Gallias, siquidem ipse Massiliensis, ergo post annum 407. & proximè sequentes: nam Vandali, quod scimus, postea Gallias non infestarunt. Mirandum quod ait Aubertus Miræus Victorini Massiliensis nihil se vidisse hactenus, cum Carminibus in Genesim, de quibus mox verba faciemus, nihil sit vulgatus; verùm sub nomine Victoris, non Victorini. Trithemius anno 430. rectè affigit.

Libri tres Carminum, seu Commentariorum in Genesim, à principio libri, usque ad obitum Patriarchæ Abrahami, scripti ad filium Ætherium, extant, cum in Bibliothecis Veterum Patrum, & in collectione Poëtarum Christianorum, tum etiam seorsim, partim à Ioanne Gagneio Lugduni è Bibliotheca cœnobij Insulæ Barbaræ quæ editio corruptissima est, partim anno 1560. Parisiis in 8. apud Guillelmum Morellium è codice MS. sancti Iuliani

Turonensis, quæ ab altera ita dissentit, ut vix vnius esse auctoris deprehendere Lector queat.

Eiusdem epistola ad Salmonem seu Salomonem Abbatem qui Hierosolymitanum Templum religionis causa adierat, eodem metro Heroico de perueris sue ætatis moribus scripta, cum Commentariis in Genesim edita est. In quibusdam MSS. inscribitur Paulini Epigramma ad Salomonem.

Gaspar Loaisa in scholiis ad Appendicem Isidori & Ildefonsi Victorino Massiliensi tribuit duo breuia Poëmata, de quibus mox dicemus in Victorino Petabionensi.

Victor Tunonenfis.

Bell. p. 228.

VICTOR Tunonenfis Ecclesiæ in Africa Episcopus, siue, ut alij scribunt, Tunonenfis, aut Tunnunenfis, longiùs enim à vera scriptura recedunt qui cum Trithemio Cumunensem, cum Honorio Cœmensem, tum Othone Frisingensi Episcopo libro V. Historiæ cap. 6. & cum Adone vulgato (nam ut iam pridem hoc est ab anno 1588 docuit V. C. Petrus Pithæus in vetustioribus exemplaribus scriptum legitur Tonnonensis) Turonensem, cum Siffrido & Possuino Tmaensem nuncupant aut Cœmensem, vixit labente sæculo Christi sexto. Obacerrimam Trium capitulorum defensionem circa annum 555. Iustiniani Imperatoris iussu exul in Ægyptum deportatus, Vnde rursus CP. euocatus est, &

in eiusdem Urbis monasterium detrusus, oblit
circa annum 566.

*Chronicon ab initio Mundi usque ad primum
Iustini iunioris annum*, scripserat, teste sancto
Isidoro Hispalensi Episcopo cap. 25. de scri-
ptoribus Ecclesiasticis, qui breuem per Con-
sules annos bellicarum Ecclesiasticarumque
rerum nobilissimam vocat Historiam laude &
notatione illustrem ac memoria dignam: Eius
extat tantummodo ea pars, quæ ab anno
444. ubi desierat Prosper Aquitanus in altera è
precedentibus editionibus ad annum usque 565.
perducitur, ab Henrico Canisio Nouiomagen-
si IC. primum edita Ingolstadtij anno 1600. in
4. cum quibusdam aliis, tū correctior in The-
saurio Temporum à Iosepho Scaligero post Eu-
sebii Hieronymi & Prosperi Chronica anno
1606. in folio, additis in vtraque editione qui-
busdam ad marginem appendicibus. De Ioan-
ne Biclarensi Abbate & Gerundensi Episco-
po Victoris Chronici Continuatore, diximus
suo loco. Porro præter Isidorum, tum loco
citato, tum initio Chronici, Victoris huiusce
meminerunt Ado Viennensis in primo Chro-
nici sui limine, ubi perperam in omnibus quas
hactenus conspexi, editionibus, etiam postre-
mis, dicitur Turonensis vt supra iam insinua-
tum est, Honorius Augustodunensis libelli
III. de Luminibus Ecclesiæ cap. 29. Otto
Frisingensis Episcopus libro 5. cap. 6. Trithe-
mius, Posseuinus, Vossius, nam Miræus ne-
quidem, vt solet, Bellarminum exscripsit,
fortè quod in auctiorem Bellarmini nostri edi-
tionem

tionem ab anno 1617. Parisiis sæpius emissam
non inciderit, sed in aliquam è præcedenti-
bus.

Extat inter supposita S. Ambrosio Mediola-
nensi Episcopo nonnulla opuscula *Liber de
Pænitentia*, de quo nihil hic addam iis, quæ
supra pagina 56. Tomi I. obseruaui.

Victor Vicensis.

Bell. p. 212.

VICTOR Vticensis, siue, vt quidam
viri docti post B. Rhenanum censuerunt
scribendum, Vitenis aut Vitanus in Africa
Episcopus, scripsit anno sexagesimo postquam
Vandali in Africam ex Hispania transmissio
Herculeo freto transierant, hoc est anno circi-
ter 487. sub Zenone Imperatore, vergente ad
exitum sæculi Christi quinto. Sexagesimus, in-
quit, nunc agitur annus, ex quo populus ille
crudelis ac sæuus Vandalicæ gentis Africae mi-
serabilis attingit fines transuadens facili transi-
tu per angustias maris, &c. Illi Martyrolo-
gium Romanum die 23. Augusti inter Ponti-
fices Confessores locum dedit, non Martyres,
ideoque minus mihi solida videtur Baronij
coniectura, qui eum illa quam descripsit Van-
dalica persecutione sublatum suspicatur, cum
præsertim in fine libri tertij Hunericum scele-
ratissimum post regni annorum septem &
mensium decem dominationem putrefacto
corpore ebullientibus vermibus consumma-
tam narret, ipse vtique superstes Tyranno. An
verò sub aliquo ex sequentibus Regibus mar-

tyrium fecerit, non liquet. Quod verò Vof-
fius persecutionem illam Vandalicam fuisse di-
cat in Africa Diui Augustini tempore, id mi-
rum, cum ille, vt omnes fatentur paulò eru-
ditiores Chronologi, anno 430. obierit vix-
dum consistente in Africa Genserico. Vos-
fium excripfit errantemque sequutus est Ioan.
Andreas Quenstedtius Lutheranus.

*Libri tres de Persecutione Vandalica sub Gense-
rico & Hunerico crudelissimis Vandalorum Re-
gibus*, extant seorsim excusi Coloniae apud
Eucharium Ceruicornum anno 1537. in 8. pro-
curante Reinhardo Lorichio Hadamario,
quam editionem à Sirmundo nostro ad MS.
codicem exactam, multisque in locis castiga-
tam habemus. Huic verò Historiæ inserun-
tur Eugenij Carthaginensis Episcopi Confes-
sio fidei & S. Trinitatis: item alia Rebaptista-
rum opiniones redarguentia, præmissa passio-
ne septem Christianorum fratrum qui apud
Carthaginem passi sunt 6. Nonas Iulij. Eo-
dem postea recusus sæpius videbis tum anno
1539. Basileæ post Eusebij & Ruffini Ecclesia-
sticam ac Cassiodori tripartitam Historiam
cura B. Rhenani qui eum vocauit sanctum Vi-
ctorem Episcopum Vitensem, tum in Histo-
ria Veterum Patrum Laur. Barræi ac deinde
in Bibliothecis Parisiensibus & Coloniensi.

*Ratio fidei à Victore Africano Ep. reddita
exigente Rege Hunerico*, ad hunc nostrum Viti-
centem pertinere omnino videtur, vt supra
monuimus v. Victor Africanus Episcopus,
vbi Bellarminum ad ad annum 530. reuocien-

de Scriptoribus Ecclesiasticis. 467
tem, adeoque & Hunericum in Hildericum,
qui tum Vandalis in Africa præerat, trans-
formantem refellimus.

Victorinus Afer.

Bell. p. 112.

CAIVS, siue, vt alij malunt, Fabius, Ma-
crius Victorinus, natione Afer, qui Rhe-
toricam Romæ per multos annos professus,
tempore Constantij Imperatoris statuum in
foro Traiani meruerat & acceperat, multoties
Platonis libros in Latinam linguam transtule-
rat, tandem in senectute ad fidem Christia-
nam conuersus est, teste S. Augustino libro 8.
Confessionum capite 2. Quæ verò scripsi: cau-
tè legenda monent Critici sacri, quia magis
arti Rhetoricæ quàm sacris literis & Theolo-
giæ operam dederat. De eo S. Hieronymus
eius, vt ferunt, Auditor, cap. 101. de scripto-
ribus Ecclesiasticis, in Chronico ad annum
354. olymp. 283.2. & alibi: Anonymus Au-
ctor Appendicis ad Isidorum & Ildefonsum
qui falso eum Episcopum appellat cap. 7. Ado
in Chronico, Honorio Augustodunensis,
Ioannes Trithemius, Greg. Lilius Gyraldus,
Vossius, aliique. Quo anno obierit, non con-
stat, hoc certum obuisse ante annum 378. quo
S. Augustinus repudiato Manichæorum dog-
mate ad partes Catholicorum transiit. Eius
opuscula nemo in vnum volumen collegit. Ha-
ctenus excusa hæc memini.

I. Duos libellos: I. *ad Iustinum Mani-
chæum contra duo Manichæorum principia & de*

vera carne Christi: Alterum de principio dici, à R.P. Iacobo Sirmundo Soc. Ies. anno 1630. cum dogmaticis quatuor aliorum Veterum scriptorum opusculis publicatos.

II. *Libros quatuor aduersus Arianos de sanctissima Trinitate*, quos S. Hieronymus tradit Dialectico more scriptos valdè esse obscuros & non nisi ab eruditis intelligi ac cum iudicio legendos cum nonnulla contineant dariuscula, & ab usu loquendi Theologorum aliena. Vide Bibliothecas Veterum Patrum, Hæreseologiam, Orthographa, &c.

III. *De Generatione Verbi Divini Consuatorium aduersus Candidum Arianum cum eiusdem Candidi libello*, editum Basilicæ anno 1548. cum Bernardi Ziegleri Conceptionibus in Genesim apud Ioannem Oporinum in folio. Habemus quoque MS. in membranis, vt aliàs monuimus.

IV. *Hymnos tres de Homouiso recipiendo*, quos Fabricius ametros notat & anarythmos. Habes in Bibliothecis Veterum Patrum, &c.

V. *Carmen de septem fratribus Machabeis cum fortissima matre interfectis ab Antiocho Epiphane Syriæ Rege*, quod Hilario in quibusdam codicibus MSS. adscribitur. Extat tum in Collectione Poëtarum Ecclesiasticorum Basilicæ anno 1562. impressa apud Oporinum, tum in Bibliothecis Veterum Patrum, &c.

VI. *Commentarios in Ciceronis Rhetoricam veterem, siue de Inventione libros duos* sæpe editos Venetiis, Coloniz, Parisiis, Basilicæ, &c. ac præsertim Parisiis apud Hadrianum Pœrier

an. 1599. in sylloge Veterum Rhetorum. Eos Cassiodorus è Bibliotheca sua reliquit Viuariensibus Mon. vt in lib. de Rhetorica testatur, sibiq; ex Italia describendis curauit Gerbertus ep. 130. ad Raynaudum.

VII. *Versionem Isagoges Porphyriane de Quinque Vocibus*, quæ exiat cum Boëthij commentariis. Videtur autem periisse liber de syllogismis hypotheticis quem idem Victorinus scripserat teste Cassiodoro in lib. de Dialecticâ.

IX. *De enunciatione literarum, orthographia & ratione Carminum, siue metris Comicis libros quatuor*, excusos Basil. 1527, Tub. 1537. & forte alibi. In Collectione Veterum Grammaticorum studio Heliz Putschij anno 1605. Hanoziæ excusâ, habentur aliquot libri ad Grammaticam spectantes, ac primò quidem Maximo Victorino tributi libri de re Grammatica; de Carmine Heroico, de ratione metrorum, deinde Mario Victorino adscripta *Ars Grammatica* in quatuor libros diuisa: I. de Orthographia & ratione metrorum. II. de didascalicis metris. III. de coniunctis inter se & mixtis metris. IV. de connexis inter se atque inconnexis, quæ Græci *ἄσπετρα* vocant. Ab his fortè non differunt Commentarij in *Poëticam* exquisitæ frugis, si integri & non mutili à studiosis, haberentur, inquit Simlerus.

Sunt & alia suo tempore, si Deus voluerit, publicanda. Certè meminit S. Hieronymus Commentariorum eius in Apostolum, ex quibus superesse arbitror in Epistolas ad Galatas & ad Philippenfes.

Victorinus Massiliensis Rhetor. Vide
Victor.

Victorinus Petabionensis. Bell. p.

VICTORINVS, Episcopus, non Pitætiensis in Aquitania II. vt plerique mediæ ætatis recentiorisque memoria scriptores censuerunt, sed Petauionensis seu Pitabionensis in superiore Pannonia, (vt quidem obiter in scholio ad annum 303. Baronianorum Annalium Epitomator clarissimus, & Censor Calendarij Horarum vt vocant Portugensium seu Ianfensiticarum ad diem secundam Nouembris anno 1650. deinde verò anno 1653. singulari ea de re edito libello fusissimè atque incredibili diligentia V. C. Ioannes Launoius Doctor Theologus Parisiensis docuerunt) floruit exeunte Christi sæculo tertio, & sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus 4. Nonas Nouembris anno 303. martyri pro Christi fide occubuit. S. Hieronymus cap. 74. de viris Illustribus non æquè Latine vt Græcè nouisse docet, ideòque opera eius grandia sensibus, viltiora videri compositione verborum; in epistola ad Paulinum; In clyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit eloqui non potest: in ep. ad Magnum; Licet in libris desit eruditio, non tamen deest eruditionis voluntas: & cap. 18. Catalogi vbi Papæ Hierapolitani Episcopi Tertulliani ac Lactantij de mille annis opinioni adhæsisse asse-

rit, quod reperit in Commentariis ad caput 36. Ezechielis. Idem quoque in epistola aduersus Vigilantium in explanatione Scripturarum Origenem expressisse fatetur, &c. De eodem Optatus Mileuitanus libro primo de Schismate aduersus Parmenianum vbi insignem Hæresiconde bellatorem appellat, Sophronius in versione Græca Catalogi Hieronymiani, Gelasius Papa in Decreto, vbi inter Apocrypha recenset opuscula Victorini Petabionensis, Beda, Vlsardus, Ado, alique Martyrologi, Honorius Augustodunensis, Ioannes Trithemius, & Sixtus Senensis lib. 6. Annotat 347. Theophilus Hoplothece aduersus Calumniam pagina 63 vbi docet male confundi cum Victorino qui damnatus perhibetur à Siluestro Romano Pontifice in Synodo Romana Actione prima quod Quartadecimanorum faueret schismati, & alij mox citandi.

Scriptis multa in plerisque sacræ Scripturæ libros, ac nominatim in Apocalypsim, docet S. Hieronymus, extatque in Bibliothecis Veterum Patrum Victorini Petabionensis Episcopi & Martyris nomine,

Commentarius in Apocalypsim, quem in dubium ex ea causa reuocare contendunt Bellarminus, Maluenda, Brasichellanus, & quidam alij, quod cum in Præfatione S. Hieronymi ad Anatolium disertè habeatur Chiliastrarum errori fauisse Victorinum, in ea tamen quæ circumfertur explanatione Apocalypsicâ non tantum non faueat, sed etiam ei, quantum potest, aduersetur, & in eum pugnet. Quod si suppo-

situs fuit Victorino scetus iste, & non potius dicendum ab aliquo Esculapio sanatum fuisse illud vlcus obducta tantisper cicatrice, cæteris omnibus relictis integris intactisque, non adeo absurdè, vt quidam senserunt, dictum fuerit ab Episcopo Aurelianensi Gabriele Albaspinæo multa scripsisse Victorinum nostrum teste Diuo Hieronymo, quorum ne paginam quidem habemus, si de iis, quæ soluta numeris oratione scripsit, intelligatur. Quid verò si alicubi extaret liber eius aduersus omnes hæreses?

Carmina eius doctorum virorum, qui nostro superiorique sæculo Victorini recensuerunt opuscula, hæcenus effugere diligentiam: Primum *de Iesu Christo Deo & homine* extat in collectione sacrorum Poëtarum à Fabricio anno 1562. Basileæ excusa in 4. pag. 761. tunc primum editum ex MS. codice Ioannis Oporini. Quid si falsus est amanuensis, & Victorini Afri, seu Victorini Massiliensis Rhetorici carmen adtribuit Victorino Episcopo Petavionensi, vel quemadmodum vulgò scribitur Pictauiensi? Verùm, quominus coniecturam hanc probem, facit alterum Poëma, quod in eadem Collectione pag. 302. legitur & sæpe sæpius excusum est sub S. Cypriani nomine, inscribiturque *Lignum vite*. Certè illud ante annos nongentos Venerabilis Beda Victorino nostro vindicauit ad stipulantibus quibusdam codicibus MSS. in libro de Locis sanctis, siue de situ Hierosolymitanæ ciuitatis, qui habetur operum eius Tomo tertio, capite tertio: In

medio Hierusalem, inquit, ubi Cruce Domini superposita mortuus reuixit, columna celsa stat, quæ æstiuo solstitio vmbra non facit, vncæ putant ibi mediam esse terram, & Historice dictum: Deus autem ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. Quæ ductus opinione Victorinus Pictauiensis (ita Basileensis editio anni 1563.) Antistes Ecclesiæ de Golgotha scribens, ita inchoat.

Est locus, ex omni medio quem credimus orbe.

Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt, & quæ sequuntur.

Quam verò ob rem dictus sit à Riucto Victorinus hic natione Græcus, quem S. Hieronymus, aliique inter Latinos recensent, examinabimus suo loco: ad alia modò pergendam esse monet instituti operis ratio. De nostro quoque Victorino Petavionensi Ep. intelligendum quidam censent caput 7. Appendicis Isidori & Ildensoni: Victorinus Episcopus (quod certè nec Afro, nec Massiliensi Victorinis Rhetoribus congruere potest) composuit & ipse versibus duo opuscula admodum breuia: vnum aduersus Manichæos reprobantes veteris Testamenti Deum, veramque Christi Incarnationem contradicentes: aliud autem aduersus Marcionitas, qui duo principia, id est duos Deos fingunt, vnum malum, alterum bonum. Quid verò si Anonymo illi scriptori, aut eius amanuensi, alteriue sciolo, vox illa Episcopus exciderit, idemque Afer Rhetor, qui soluta oratione aduersus Manichæos &

Marcionitas scripsit, de iisdem argumentis etiam carmine luserit, quod ut aliàs obseruauit, plerique ex veteribus præstiterunt.

Vigilius Afer.

Bell. p. 217.

VIGILIVS, natione Afer, primùm Diaconus, tum, ut quidam volunt, Thapsensis seu Thapsitanus in Byzacena provincia Episcopus, vixit sæculo Christi sexto, circa tempora Iustiniani Imperatoris & annum 550. Theodulfus Aurelianensium Episcopus in Tractatu de Baptismo citat Vigilium Africanum in libris quos scripsit Constantinopoli in defensionem Leonis (siue eius epistolæ famosissimæ) contra Eutychanistas: sed nec ipse, nec Alcuinus aut Agobardus, nec Veterum quispiam, quod sciam, Episcopum appellauit Thapsensem seu Thapsitanum. In notitia, quam edidit Sirmundus noster, inter Episcopos Byzacenzæ pro uincizæ, qui ad Hæricum fidei causa venerunt, postremo loco recenseretur Vigilius Thapsitanus, sed is non videtur ad tempora illa mox indicata peruenire potuisse. Longius uerd aberrant, qui Vigilium, de quo agimus, cum sancto Vigilio Tridentino Episcopo Martyre confuderunt. Iste enim martyræ coronatus est, teste Vsuarodo ac Martyrologis ad stipulantibus die 26. Iunij Stilicone Consule, hoc est anno, vel 400. vel 405. & ad eum scripsit S. Ambrosius epistolam 24. libri tertij. Gennadius capite 37. dicit Vigilium Episcopum scripsisse ad quers-

dam Simplicianum (Mirzus, non quidem suis auspicijs, sed edoctus à Vossio, alijsque, audacter asseruit hunc esse Simplicianum Mediolanensis Archiepiscopi sancti Ambrosij Doctorem ac successorem, quasi uerd hic potuerit esse ignotus Gennadio, qui capite 36. proximè antecedenti propria cum laude cum lauerat) libellum in laudem Martyrum & Epistolam continentem gesta Martyrum sui temporis apud Barbaros. Eruditus uir videtur opusculum illud non esse aliud à *Narratione martyrij SS. Sisinnij & sociorum Anaunensium*, quæ extat apud Sorium ad diem 23. Maij. Honorius tamen Augustodunensis libelli 2. cap. 37. Vigilium Episcopum testatur ad Simplicianum scripsisse in laudem Martyrū libros quinque; quocumque è fonte illud hauserit, quod valdè suspectum esse debet veteris memoriæ scrutatoribus. De Vigilio hoc Tridentino Ep. & de Auctore librorum aduersus Eutychem plura congeffit ex Baronio, alijsque Ioannes Maria Brasichellanus pag. 153. & seqq. Indicis Romani Expurgatorij. Alius quoque ab utroque isto videtur Vigilus Diaconus, quem Gennadius idem cap. 51. docet composuisse ex Patrum traditione Monachorum Regulam, breuiato & aperto sermone totius Monasticæ professionis in se tenentem disciplinam, eum enim ante Atticum Nestoriumque CP. Antistites collocat. Meritò ergo conqueruntur Posselinus, Baronius, Vossius, alijque de eo, qui sancti Vigilij Tridentini vitam, quibusdam inofficiose nimis de-

tractis, aliis verò insertis, quæ ad posteriores Vigilios pertinent, interpolavit, corruptisque vt pluribus conqueritur Baronius Cardinalis ad annum 400. Ea reperitur, tum in supplemento Mosandri ad Surium 26. Iunij, tum initio operum eius falsè attributorum in editione Lipsiensi, aliisque, ac præsertim in Bibliothecis Veterum Patrum. Sed de his opinor plusquam satis, nunc ad opuscula Vigilij nostri accedamus.

Libri V. admodum eruditi contra Nestorium atque Eutychem pro defensione Epistole S. Leonis & Chalcedonensis Concilij, extant & seorsim excusi, & in Hæresifologia, Orthographis, & Bibliothecis Veterum Patrum. In Coloniensi R. P. Andreas Schottus Soc. IESV quaternionem in opere illo restituit, qui antea desiderabatur. Neque absre fuerit plagulam hoc loco ex Epitome Bibliothecæ Gelnertianæ assuere: Vigilij, quem ex inuito plerisque errore Martyrem & Episcopum Tridentinum appellat, libri quinque, quos ille ante mille annos contra Eutychem & alios hæreticos parum piè de naturarum Christi proprietate & personæ unitate sentientes conscripsit. Frochouerus impressit Tiguri 1539. Eosdem Caspander edidit Coloniæ addito Dialogo Vigilij cum Ario, Photino, &c. quem hætenus falsè inscriptum Athanasio, ipse proprio auctori asseruit. Porrò libri quinque contra Eutychem longè emendatiores & locupletiores editi sunt à Iosia Simlero cum aliis Patrum scriptis contra Eutychem. Hæc ibi, quæ nobis

viam muniant ad ea, quæ sequuntur.

S. Athanasij nomine scripta à Vigilio disputatio cum Sabellio, Photino, & Ario, habetur tum loco mox indicato, tum in Bibliothecis Veterum Patrum. Inceptæ autem vt cætera ferè omnia, Daniel Tossanus Caluini catulus in Synopsi de legendis Patribus Disputationem hanc & prædictos quinque libros contra Eutychem tribuit Vigilio Episcopo Tridentino, & inter Auditores Augustini numerat Primasium, Prosuperum, Hefychium, Fulgentium: quæ omnia ad istos pertinet;

Eisdem Vigilij sunt libri XI. de Trinitate, iisque, quæ ad varias circa eam aduersus Hæreticos controversias pertinent, qui Latino idioma te & seorsim sub Athanasij nomine editi sunt, & inter eius opera annumerati, quasi ad eundem Athanasium pertinerent; quid quod & ipso ævo Theodulfi atque Hincmari, sub nomine S. Athanasij citabantur. Certè in antiquo & probæ notæ codice Floriacensi, qui iam visitur in nostra Bibliotheca, libri illi vndecim de Trinitate subiiciuntur Vigilij libris aduersus Nestorium & Eutychem & præmissæ Disputationi. Vide quæ Sirmundus obseruauit in notis ad Theodulfi Aurelianensis Episcopi libellum de Spiritu sancto.

Neque tamen iis assentiar libens, qui Vigilio eidem tenquam Auctori putant tribuendum *Symbolum* quod dicitur *Athanasianum* caniturque ad Primam in Officio Diuino Dominicis diebus, & ab Antiquis Fides Athanasij; vel sermo de Fide, aut Expõsitio Fidei diceba-

tur, Græcis ἡ ἐκδοσις τῆς καθολικῆς πίστεως, quôdque tanti olim apud Gallos fuit, vt vna cum Symbolo Apostolorum memoriæ commendari Præbyteris præceperit Hincmarus Rhenensis Archiepiscopus in Capitulis ad eos datis, atque illo antiquior Synodus Augustodunenſis Clericis omnibus, vt ab eodem Sir-mundo annotatum est.

Vigilius quoque Afer Antistes, inquit Cas-fiodorus Senator cap. 9. Diuinarum Institu-tionum, de mille annorum intelligentia, quæ in Apocalypsi continetur, vnde magna quæ-sitio nonnullis oboritur, plenissima & diligenti narratione disseruit.

Vincenius Bellouacensis. Bell. p. 343.

VINCENIUS, natione vt plerique vol-unt Burgundus, ex ordine Prædicato-rum, Bellouacensis dictus, non ab Episcopatu illius vrbis, sed à frequenti dumtaxat in eadem commoratione, vixit sæculo Christi XIII. obiitque vt perhibent passim recentiores post Massæum Chronologum à Ioanne Vasæo om-nino diuersum, Chr. Ordinis Prædic. aliol-que anno 1256. Nuper tamen cùm alia occasio-ne percurrerem Catalogum scriptorum Præ-dicatoriæ Familiæ Alfonso Fernandis, qui falsò Episcopum Beluacensem vocat, hæc obser-uaui: obiit an. 1264. vt asserit Fr. Ferdinandus Castillus I. parte lib. 2. cap. 69. decem annis antequam moreretur sanctus Thomas, è cuius doctrina & scriptis aliquot Tractatus,

quos in speculo Morali scripsit exhaurire & tranſcribere potuit, cum per quindecim an-nos integros ante obitum Fr. Vincentij Belua-censis iam Parisiis Diuus Thomas primariam Cathedram regeret, atque scribendis variis quæstionibus intenderet, quas limatas & po-litiores postea in lucem edidit. De eo Henricus Gandauensis cap. 42. Catalogi qui cum Epi-scopum non vocauit, quod fecere recentiores plerique conferto agmine ab aliis iam meritò reprehensî, Martinus Polonus, S. Antoninus, Io. Trithemius, Iacobus Phil. Bergomas, Ra-phael Volaterranus, Leander Albertus, Sixtus Senentis, Possëuinus, alique deinceps, quo-rum lapsus non persequar scrupulosus, in vno hærebo Miræo, qui in notis ad Henricum de Gandauo tribuit illi imprimis Episcopatum Bellouacensem, de quo ne verbum quidem apud Bellarminum nostrum in editione anni 1617. deinde à Possëuino delusus, aut à suo Molano in Bibliotheca MS. siue Sixto Se-nentis, pluribusque Dominicanis, asserit libera-litate Philippi Valesij Gallorum Regis adiutum ad Speculorum quatuor aliorumque librorum compositionem animum adiecisse: quod ab-surdissimum est, cùm Vincenius obierit vel Miræo ipso teste, anno circiter Christi 1256. Philippus autem Valesius ab anno dumtaxat 1328. ad annum 1350. Francici regni habenas fuerit moderatus. In eandem quoque foueam lapsus est supra memoratus Alfonso Fernan-dez Hispanus Placentinus. Rectius dixissent à S. Ludouico IX. Francorum Rege fuisse

adiutum, cum in eius dumtaxat tempora incidit (Nam sub Ludouico VIII. Noni parente vixit Dominicanum fuerat ingressus ordinem Vincentius, nec Philippi III. quem Audacem vocant, regnum vidit anno 1256. aut 1264. certè ante annum 1271. defunctus.) Trithemius in prædicandis Vincentij laudibus fortasse nimius, cum ait post se nondum habuisse parem, si eius opera ex multis laboriosè collecta æquâ lance ponderemus, testatur petente & sumptus ministrante Rege Francorum grande & admirabile opus Speculorum, de omni, vt ita dicere liceat, re scibili in multis voluminibus comportasse: sed quis fuerit ille Francorum Rex, omnino tacuit. Primus, quod hæctenus aduerterim, Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ sanctæ Philippum Valesum esse commentus est.

De quatuor eius speculis *Doctrinali, Historiali*, quod ad an. vsque 1254. porrigitur ab Anonymo continuatum vsque ad 1494. *Naturali* atque *Morali*, de quo ambigunt nonnulli, rectè Bellarminus ac Vossius, qui Gesnerum Wiceliûmq; redarguit, quamquam ipse pariter corrigendus, tum quod Ioannem Vasæum loco Christiani Massæi citet in eundem cum Bell. lapsus errore, tum quod quinquennio post annum 1244. obiisse dicat quem laudati ab eo Auctores aliiq; vsque ad annum vel 1256. vel 1264. vixisse contendunt. Certè idem Bellarminus ex Naturali speculo refert Vincentium, vbi de Temporibus agit & locis, sua tempora designasse anno Domini 1250.

non

non 1244. vt Vossius qua de re seorsum agendum erit: vix enim sibimetipsi consonare videtur variis in locis Vincentius: & nisi scrupulosius omnia ponderentur facile est incautos in errorem induci. Hoc verò moneo tres præcæteris Quatuor Speculorum illorum editiones celebrari. I. Basileensem apud Ioannem Amerbachium anno 1481. II. Venetam anno 1591. apud Dominicum Nicolenum III. anni 1624. Duacenam apud Bellerum hæc titulo præmutam, *Bibliotheca Mundi*, accurantibus Theologis O. B. Collegij Vedastini apud Duacenses. Notandum quoque arbitror aliam fuisse Collectionis illius Vincentianæ Diuisionem ex verbis Henrici Gandauensis cap. 42. supra citato: Vincentius eiusdem Ordinis, dicitur scripsisse quoddam opus magni ingenij & laboris, quod prætitulatur Triplex speculum, Historiale, Allegoricum, & Morale: ipsum Historiale non solum per sanctarum Scripturarum seriem, sed etiam per secularium Historiarum ordinem vsque ad sua deducens tempora, multaque hinc inde inferens studiosis Lectoribus profutura. Hæc ille, vnde discimus per Allegoricum specula duo quæ ab inuicem disungi solent Naturale & Doctrinale, à Gandauensi fuisse intellecta: cum tamen ipse Vincentius capite decimosexto Prologi mentem suam sat apertis verbis exposuisset: Ipsum opus vniversum, inquit, in quatuor partes principales tanquam in quatuor volumina perfecta, & à se inuicem separata distinxit. Quarum vna continet totam Historiam

Naturalem : Alia verò totam seriem Doctrinalem. Tertia verò totam eruditionem Moralem. Quarta totam Historiam Temporalem. Prima siquidem profequitur naturam & proprietatem omnium rerum. Secunda verò materiam & ordinem omnium artium. Tertia proprietates & actus omnium virtutum & vitiorum. Quarta seriem omnium temporum, &c.

Præter quatuor ista Specula scripsit & nonnulla alia: ex quibus perhibent, neque enim videtur edita fuisse Basilæ an. 1481. *Consolatorium de Morte amici ad S. Ludouicum Francorum Regem*, siue de specialibus generalibusque consolationis præceptis, & potissimum in aduersitatibus, quæ in amicorum morte versantur.

De Gratia Dei, siue, *de Mysterio Redemptionis humane*, libros quatuor ex dictis Patrum concinnatos.

De Gestis, moribus, vita ac laudibus B. Virginis Mariae librum vnum ex authenticis Patrum dictis collectum, & alterum *de laudibus S. Ioannis Euangeliste*.

De eruditione puerorum Regalium (Regularium corruptè legitur apud Simlerum & Possuinum) ad Margaritam Reginam Franciæ S. Ludouici coniugem : Quomodo & in quibus libris Christiani potissimum sint instituendi.

Expectabit hic fortasse Lector, vt vexatam toties ab eruditis controuersiam, ipse quoque pertractem, an à Vincentio Bellouacensi S.

Thomas an viceuersa à S. Thoma Vincentius Quæstiones de Moribus, quæ in prima & secunda secundæ & in speculo Morali agitantur, mutuatus sit. Ego sanè nullus dubito, quin ex Angelici Doctõris fontibus sua hauserit Vincentius quacũque id tandem ratione perfectum sit, in quam rem ne hic actum agere videar, plura subministrabunt Sixtus, Bellarminus v. S. Thomas obseruatione tertia, Theophilus cùm Hoplotheçæ pag. 254. tum Erotematum pag. 168. Et qui castigacione in nonnullis indiget Ioannes Paulus Nazarius, dum aduersus Cardinalem Bellarminum eruditè dubitationes proponentem acerbius quàm par erat atque insolentius styllum exacuit, vt si opus fuerit haud ægrè alias demonstrabimus.

S. Vincentius Ferrerius. Bell. p. 383

SVINCENTIUS Ferrerius, siue Ferrarius, natione Hispanus, patria Valentinus, Ordinis Prædicatorum, Apostolica sanctitate atque doctrina miraculisque innumeris clarissimus ac veluti alter Paulus ad Iudæos Maurõsque ad Christi fidem conuertendos & Christianos omnium ordinum ad meliorem frugem reuocandos à Deo Opt. Max. missus, interfuit Concilio Constantiensi anno 1418. & anni sequentis die 5. Aprilis in Venetensi vrbe apud Armoricos Britones obiit annos natus 70. Bellarminus, Possuinus, ac plures alij post Antonium Senensem mortem eius minus rectè assignant anno 1418. cùm non so-

leant ipsi Gallicanam veterem supputationem sequi, quæ à Paschate dumtaxat annum inchoabat, sed Romanam, hoc tempore etiam Gallis omnibus communem, quæ à Calendis Ianuariis annum exorditur. Sixtus quoque Senensis peccauit libro 4. Bibl. sanctæ cum mortem eius sanctissimam anno Domini 1420. adsignat. In numerum Sanctorum à Callisto III. Papa adscriptus est anno 1455. Indictione tertia. De eo S. Antoninus, Ioannes Trithemius, Petrus Raufanus, Franciscus de Castillo, Bzouius, Spondanus, cæterisque omiſſis, Vincentius Iustinianus Antistius qui opera eius collegit scholiisque explicata edidit Valentia apud Petrum Patricium anno 1591. ex quo multa describere Possuimus ac recentiores alij, hoc ordine.

Tractatus de Vita spirituali, siue, de interiori homine, sæpius vna editus cum Meditationibus SS. Augustini & Bernardi & cum Speculo Religiosorum Humberti eiusdem Ordinis Prædicatorum Generalis, & alibi.

Tractatus consolatorius in fidei mutationibus.

Epistola ad Benedictum XIII. Papam siue Antipapam, cuius meminit Sanctus Antoninus.

Epistola ad Ioannem de Podio nucis Ord. Præd. Generalem.

Fragmentum epistolæ ad Bonifacium Cartusianorum Generalem.

Fragmentum epistolæ ad Ioannem Gersonem.

Epistola duæ ad Infantem Martinum Petri

quartæ Aragonum Regis filium, tunc Ducem Segobricensem postea Regem, ex Lemouicensi idiomate quod à tempore Iacobi primi Regis in regno Valentino erat in vsu in Latinam linguam conuersæ.

Epistola ad Ferdinandum primum Aragonia Regem olim Castilla Infantem.

Addit idem Antistius B. Vincentium pollicum quidem fuisse Infanti Martino se conciones suas in vnum corpus redactas ipsi cum Epistola dedicatoria consecratum: verum nescire se an id postea præstare quierit. *Conciones enim de Tempore & Sanctis* quæ tribus voluminibus comprehensæ circumferuntur sæpius Lugd. Antuerpiæ ac Ven. excusæ sub eius nomine, doctrinam quidem illius continent, ab eius discipulis cursim exceptæ videntur, vnde & in eis ipsemet interdum citatur. Nec omittenda eiusdem Antistij clausula, quæ Lectorem obsecrat, ne contemptibili sermone offensus persuasibilia humanæ sapientiæ verba à Pauli discipulo flagitet; sed si diuino cupiat amore caleſcere, aut potius vri, spiritum & virtutem perpendat, atque in iis meditandis diligenter inecumbat.

Liber de Fine mundi Neapoli in 4. impressus: in quo teste Antonio Senensi contiuentur 1. de casu seu ruina vitæ spiritualis. 2. de ruina Ecclesiasticæ dignitatis. 3. de ruina fidei Catholicæ, cum prædictione multarum calamitatum. 4. de duplici Antichristi aduentu, scilicet puro & mixto. Ed respicere videtur Ioannes Iacobus Frisius Tigurinus in addita

mentis ad Bibliothecæ Gesneri Simlerianam Epitomen: Vincentij Ordinis Prædicatorum tres terribiles Prophetiæ Danielis Prophetæ, nempe de defectiōne vitæ spiritualis: de diminutione Ecclesiasticæ dignitatis: de interitu Catholicæ fidei: de aduentu Antichristi: de que sine Mundi. Germanicè in 4. anno 1582. sed locum impressionis non designauit, neque interpretem. Quod verò præmittitur *Compilationem de interiori homine*, impressam Magdeburgi anno 1493. id intelligendum arbitror de libello seu Tractatu *de Vita Spiritualis*. Expectandum tamen monco eorum qui *antiquas* fuerunt iudicium, iis enim vt in cæteris coniecturas omnes meas subiiciam libens.

Vincentius Lerinensis.

Bell. p. 200.

VINCENTIUS, natione Gallus, apud celeberrimum Lerinensis insulæ Monasterium Presbyter ac Monachus, cuius præceptis informatum constat fuisse Salonium S. Eucherij Lugdunensis postea Antistitis filium, scribebat anno 434. aureum aduersus Hæreses libellum triennio scilicet post celebratam Ephesinam Synodum vt ipsemet testatur. De eo Gennadius cap. 64. hæc habet: Vir in scripturis sanctis doctus & notitia Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus composuit ad euitanda Hæreticorum collegia nitido satis & aperto sermone validissimam disputationem, quam absconso nomine suo titulauit, Peregrini aduersus Hæreticos. Cuius

operis, quia secundi libri maximam in schedulis partem à quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu pristino compegit, & vno in libro edidit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus: idèque ante annum 450. quo 29. Iulij recessit Theodosius iunior. Hunc fuisse fratrem S. Lupi Trecentis Episcopi perhibent, qui suscepta cum S. Germano Autissiodorensi Episcopo in Britanniam aduersus Pelagianos legatione, & pacati ciuibus suis Attilæ Hunnorum Regis gloria nobilis in omnino ore versatur. Fecerunt & alij duo aut tres eodem nomine sub ea tempora insignes: Vincentius Presbyter, qui Reienis Concilio anno 439. subscripsit vice Constantini Episcopi, & qui capite 80. à Gennadio celebratur Vincentius Presbyter & ipse natione Gallus, in diuinis Scripturis exercitatus, linguam habens vsu loquendi & maiorelectiōne politam, commentatus in Psalmos. Cuius operis legit aliqua homini Dei (sunt qui legant homo Dei) Cannatæ me audiente promittens simul, si Dominus vitam & vires daret, se in toto palterio eodem studio laboraturum. Hæc ille.

Commonitorium prius aduersus profanas omnium hereseon nouitates pro Catholica fidei antiquitate & vniuersitate, cum vltimis tribus capitulis Commonitorij sine libelli posterioris, sapius prodiit hætenus & proprio Vincentij Lerinensis & alieno Peregrini nomine inscriptum tum seorsim, tum in Bibliothecis Veterum Patrum atque huiusmodi opusculorum Ecclesia-

sticorum systematis. Notis illustrarunt Ioannes Costerius, Bartholomæus Petrus Lintrensis Theologus Duacensis, qui etiam ut audio, neque enim venit in manus meas, addidit Dissertatiunculam apologeticam de Vincentio eiusque scriptis, & Ioannes Filescus Doctor Parisiensis, cuius Commentarij prodierunt anno 1619. Parisiis in 4. Videnda quoque opuscula Veterum quorundam Theologorum Gallorum ex recensione Petri Pithæi vulgata in eadem vrbe Parisiensis anno 1586. necnon sandapila Silicernio Quinti Euangelij, hoc est Lutheranismi & Calvinismi ad Orcum effrendo humeris ac nisu valentissimorum quatuor succollatorum, Tertulliani, Vincentij, Edmundi Campiani, & Leonardi Lessij, impressa Lugduni in 16. anno 1622. sumptibus Claudij Landry. Audio quoque Calixtum Lutheranum hæreticum, qui Helmsstadij periit, Commonitorium illud recensuisse & edidisse.

Queritur inter eruditos, quis Auctor fuerit Vincentianarum obiectionum aduersus scripta & doctrinam S. Augustini, quas Prosper Aquitanus retulit, refellitque: Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium die Maij 24. tribuendas esse suspicatur Vincentio Presbytero, cuius meminit Gennadius cap. 80. Verùm ratio temporum reclamare videtur: Is enim quem Musæo Massiliensis Ecclesiæ Presbytero, qui mortuus est Leonè & Maioriano imperantibus subiicit, præmittitque Samueli Edessæ Ecclesiæ Presbytero, qui initio collati Anthemio Imperij scribebat,

quémque legentem suos in Plalterium Davidis commentarios audiuit Gennadius, cum feruerent quorundam studia in Augustinum anno circiter 430. vix puer erat, & ex primis infantie crepundis egressus; nec is qui aduersus tam fortem aduersarij sacros auderet attollere ac de arduis illis gratiæ, liberi arbitrij ac prædestinationis quæstionibus disputare. Quidam apud Baronium loco citato, atque ex Heterodoxis Catholicæ veritatis hostibus Andreas Riuetus, & si qui alij, ut libello illi, quem tantum non ad cælum ac sanè mericissimo iure euehant Pontificij, quòque se obtritis ac profligatos vtrò fatentur, cum ad cor redeunt sanamque mentem, omnes à fide maiorum suorum Apostolice Ministri ac Prædicantes Lutherani, Zuingliani, Calviniani, Anabaptistæ, Sociniani, &c. fidem & auctoritatem detrahant, Vincentium eius auctorem iusta Semipelagianismi suspitione laborare contendunt, eique Vincentianas illas obiectiones adscribere moliantur. Sed quibus amabo quàm leuibus & inanibus argumentis? Ea Deo dante proponemus & refutabimus in Examine Heterodoxorum Criticorū. Interim monco mirari omnes Catholicos ac Hæreticos paullo cæteris prudentiores singularem impudentiam Ministelli illius, qui Cardinalem Perronium Gallicani Cleri ac Romanæ Pùrpuræ decus singulare sugillare ausus est, quoddam Eccl. Romanæ exemplo, quæ in Fastis suis die 24. Maij hæc quotannis recitare iubet filios sibi obsequentes: In monasterio Lixinensi Vincentij Presbyteri

doctrina & sanctitate conspicui Vincentium Lirinensem Presbyterum nouo crimine nec vllis apud Nouatores lustralibus vndis expiando, Sanctum appellarit. Meminisse debuerat quisquis ille est auitæ Religionis Defertor Diuinæ Augustini Hipponensis Episcopi sententiæ: qua vel sola profanas iugulare potest se&arum Lutheri atque Caluini nouitates in epistola 118. ad Ianuarium: Si

QV ID TOTA PER ORBEM FREQUENTAT
ECCLESIA, QVIN ITA FACIENDVM SIT,
DISPV TARE, INSOLENTISSIMÆ INSANIÆ
EST.

Vlricus. Vide *Vdalricus.*

Vlricus Wellingus. V. Henricus Stero.

Vmbertus. Vide *Humbertus.*

Vsuardus Monachus. Bell. p. 156.

VSVARDVS, siue Hufuardus, natione, vt creditur, Gallus, Monachus Ordinis sancti Benedicti, Albini Alcuini discipulus, & vt quidam post Dauidem Blondellum scripserunt, Monasterij sancti Saluatoris à Vicecomite vulgo dicti dioceseos Constantiensis in inferiore Normanniâ Abbas. Verum accuratiores vt audio existimant cœnobium illud non ante tempora Normanniæ Ducum fuisse constructum, & Monachum fuisse cœnobij S. Germani Parisiensis adstruunt ex fide veterem *branz*, Vidi quoque qui Fuldenis

cœnobij fuisse Monachum contenderent. Vixit ineunte sæculo Christi nono. Quo autem obierit anno, non liquet. De eo Sigebertus cap. 85. de Viris Illustribus: prouocatus inquit studio Hieronymi & Bedæ, & animatus iussu Caroli Magni Imp. integrum Martyrologium effecit, & Ioannes Trithemius qui Huardum corruptè nominat, & anno 770. alligat, quamquam ex præfatione Martyrologij constet Carolo iam Augusto, hoc est post annum 800. fuisse munus illud literarium oblatum, Ioannes Molanus, Papyrius Massonus, Cæsar Baronius, Antonius Possiuinus, Ger. Io. Vossius, Ioannes Bollandus, Andreas Saussayus, aliique, qui de sanctis aliquid hac ætate commentati sunt.

Martyrologium Vsuardi, quo Romana Ecclesia ac permultæ aliz vtuntur, iussu Caroli Magni conscriptum, cum Additionibus ex Martyrologiis Romanæ Ecclesiæ & aliarum potissimum Belgij, & annotatione Auctorum, qui de Sanctorum vita, confessione, vel Martyrio, fusè, aut aliquando obiter, nonnulla scripserunt, operâ Ioannis Molani Louanensis, Louanij sacre Theologiz Regij Professoris, vnâ cum Tractatu eiusdem Molani de Martyrologiis & Indiculo sanctorum Belgij, prodit Antuerpiæ in 8. anno 1583. apud Philippum Nutium post editionem Louanensem anni 1568. apud Hieronymum Wellæum. Cæteras eiusdem Martyrologij editiones taceo: atque ex præfatione breuic hanc dumtaxat Laciniam adtexo, vt omnes videant, quod fuerit huius ab alijs discrimen,

Venerabilium, inquit, Hieronymi ac Bedæ Presbyterorum piis, quamuis succinctis, super hoc prouocabar descriptis. Quorum prior breuitati studens, alter verò quamplures Kalendarum dies intactos relinquens (vnde colligitur quod Bedæ modò dicitur Martyrologium multis subinde insertis fuisse post annum Christi 800. auctum ac locupletatum) multa inueniuntur huius operis præterisse necessaria: quos tamen sequutus, censui & Flori memorabilis viri latiora iam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo eiusdem libro: ibi enim multa quæ in priori omiserat, & correxerat & addidit. At si quid præter quod ab illis accepi, in hoc tempore auctum vel mutatum est, sagaci à me indagine id perquisitum agnosci poterit. Hęc ille.

Walafridus Strabo.

Bell. p. 264.

VVALAFRIDVS, seu Valfridus, natione Germanus, à vitio oculorum ditus, vt volunt, Strabo siue Strabus, Monachus Ordinis S. Benedicti in cænobio S. Galli licet in Augiensi sub Tatone primùm eruditus, tum aliquo saltem tempore institutus sub disciplina Rabani in cænobio Fuldensi, postea Decanus ad sanctum Gallum, ac deinde ab anno 842. Abbas Augiæ Diuitis, quæ etiam Maior dicitur in diocesi Constantiensi, vsque ad annum 849. quo obiisse perhibetur. De eo Siegbertus cap. 71. de Viris Illustribus, Sanguallense Chronicon & Hepidanni Annales,

Ifo Monachus sancti Galli in præfatione ad vitam sancti Oihmari, Hermannus Contractus in Chronico, Ioannes Trithemius qui eum Abbatem sancti Galli mendose appellat, ac malè reuocat ad tempora Tiberij Abimari & Iustiniani Rhinotmeti Imp. Orientis, hoc est ad annum circiter 700. Baronius, Wionius, Posseuinus, Vossius, Miræus, Henricus Canisius, & Christophorus Browerus Soc. I. E. sv Theologus, &c.

I. De Officiis Diuinis, siue de exordiis & incrementis verum Ecclesiasticarum liber prodit primùm anno 1449. apud S. Victorem extra muros Moguntiæ ex officina Francisci Behen opera & studio Ioannis Cochlæi clarissimi Theologi, tum cum aliis eiusdem argumenti opusculis Romæ, Colonia, Venetiis, necnon Parisiis in Bibliothecis Veterum Patrum, earumque supplementis. Eius libri cap. 8. meminit Ludouici Pij Imperatoris anno 840. defuncti. Cochlæanum autem illud systema, quod inscribitur Speculum antiquæ Deuotionis circa Missam & omnè alium cultum Dei ex antiquis & ante illud tempus nunquam per Typographos euulgatis Authoribus, laboriosè collectum complectitur 1. Amalarium 2. Strabonem nostrum, 3. Basilium Magnum de Missa Græcorum, 4. Expositionem Missæ ex vetustis codicibus, 5. Petri Damiani librum qui dicitur Dominus vobiscum, 6. Gemmam animæ de antiquo ritu Missarum, 7. Micrologum de Missa ritè celebranda, 8. Nucleum de sacrificio Missæ, 9. Librum de vita S. Bo-

nificij Martyris cum Catalogo omnium Episcoporum & Archiepiscoporum Sedis Moguntinae. Ex hoc vero fonte prodierunt ampliores quæ deinceps sequuntur sunt Ecclesiasticorum operum Collectiones.

II. *Vita & miracula S. Galli Abbat*, apud Surium die 16. Octobris. An extet alicubi in MSS. codicibus metro scripta emendatior eam quam habuisse se dicit Canisius, mihi non liquet. Sigebertus quidem testatur primò eam proficacè, deinde metricè compositam.

III. *Vita sancti Otmari Abbatis*, apud Surium eundem die 16. Nouembris.

IV. *Sermo*, seu, *Tractatus de euesione Ierusalem ad caput 19. Euangely S. Luca*, extat Tomo VI. Antiquæ Lectionis pag. 331.

V. *Walafridi Strabi Poëmata* primùm luce donata Tomo VI. Antiquæ Lectionis ex Bibliotheca S. Galli, quorum Index proponitur pag. 542. & sequentibus. Subiicitur iis à pag. 671. eiusdem alteriùve Strabi, qua de re mox dicitur, ad *Grimaldum Archiepiscopum & cœnobij S. Galli Abbatem Hexametro carmine scriptus amenissimus Hortulus*, iam olim euulgatus Argentorati apud Henricum Syboldum anno 1530. cum Eobani Hessi præceptis bonæ valetudini conferuandæ. Parte autem altera Tomi V. eiusdem Antiquæ Lectionis inter Epigrammata Illustrium Virorum Monasterij S. Galli reperiuntur etiam nonnulla Strabo Gallo Fuldensi adscripta.

VI. Insi denique tribui debet *Glossa Ordinaria in sacram Scripturam* magno labore ex am-

plissimò aliorum ac præsertim Rabani Magistris sui commentariis collecta & coagmentata, quæ postea ab Anselmo Laudunensi aliisque compluribus Patrum adiectis Sententiis & expositionibus aucta & locupletata est; Siquidem vera sit Canisij, Broueri, Vossij, eiusque imitatoris Mirai sententiâ, qui Strabum Fuldensem cum Augiensi Abbate confundunt, reclamantibus Trithemio in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis & in Chronico Hirsaugiensi, Sixto Seneri, Possesino, Bellarmino, aliisque communiter. Scio multa in ytramque partem proponi posse, quæ latiore dicendi campum expectant, propterea quæ à nobis ad portum properantibus impræsentiarum omitenda. Interim vide citatos Henricum Canisium, Brouerum ac Vossium. Quod enim Ioannes Lelandus, & post eum Simlerus ac Possesinus aiunt, præter multa in Scripturam sacram ac præcipuè in Leuiticum Commentaria, scripsisse librum ad Ludouicum Cæsarem, alterum de Officiis Ecclesiæ, Homilias & Chronicon Fuldensis Monasterij, quod per alios deinceps fuit continuatum, id non æquè probatur omnibus, & eundem Strabum ex Fuldensi ac Augiensi constat: cui tamen sententiæ subscribere nequeo nisi prius Chronologici quidam scrupuli ex animo auferantur. De Strabone autem patria Cantabrigiensi, Ven. Presbyteri Bedæ fratre, quem Sixtus & Possesinus ad annum 700. reuocant, quemque *κατοβολιμαίον* ac confectum arbitror, iam supra quædam obseruata sunt suo loco.

Wernerus Westfalus.

Bell. p. 407.

VERNERVS Rolewink de Laer seu Larius, patria Westfalus ex dicecesi Monasteriensis, professione Cartusianus in domo sanctæ Barbaræ Coloniz Vbiorum, floruit exeunte sæculo Christi XV. obiitque anno 1502. Plura de eo Arnoldus Bostius cap. vltimo libri de Viris Illustribus Cartusianis, Iacobus Phil. Bergomensis, Ioannes Trithemius qui vixisse adhuc eo quo Catalogum scriptorum Ecclesiasticorum absoluebat anno 1494. testatur prouectæ ætatis hominem varia conscribentem, seque vidisse in eius cellula plures tractatus paruos quidem, sed vtilis, præter eos, quos enumerat. Idem in libro de Viris Illustribus Germaniæ longum textit indicem eorum opusculorum quem ab eo acceperat annum agente ætatis suæ 70. conuersionis 48. anno Domini 1495. Indictione 13. sexto Idus Maij, Antonius Posseninus in Apparatu sacro, Sixtus Senensis Parte 4. Bibliothecæ sanctæ, vbi mendosè Vernerus Loreuinchdicitur, Theodorus Petreus eiusdem apud Vbies familiæ professus in Bibliotheca sua Cartusiana, Vossius qui multa de variis Fasciculi editionibus, aliisque. Extant typis excusa.

Fasciculus temporum omnes Antiquorum Chronicas complectens per sexæ Etates digestus à primo nascentis Mundi exordio vsque ad annum Christi 1484. aut potius 1490. vel 1480. quo Hydruntum à Turcis captum describitur pro-

fide

fide Christi occisis Archiepiscopo ac ferme omnibus ciuibus Appendix ad Fasciculū Temporū incipit ab anno 1475. & perducitur vsque ad annum 1514. auctore Ioanne Linturio Hostensi in Voilandia Pastore. Vtrumque opus sæpe typis commissum est cum figuris, ac sine illis certis quibusdam orbibus distinctum, habeturque Tomo II. Rerum Germanicarum Ioannis Pistorij Niddani post Pantheon Gotefridi Viterbiensis.

Eiusdem Wernerii *Paradisus Conscientiæ & Quæstiones duodecim pro sanctæ Theologiæ studio*, dicuntur à Petreio impressæ Coloniz Agripinz in 4. anno 1475. apud Arnoldum Theuernem.

Sermo longus de S. Benedicto, dudum impressus, inquit Trithemius, sed vbi & quo anno non aperit.

De Sacramento Eucharistiæ & fructu Missarum, Coloniz apud Gasparem Genepæum anno 1535.

De laudibus Westfaliae liber correctus & emendatus ab Ortuino Gratio editus fuisse dicitur anno 1514.

Witukindus.

Bell. p. 275.

VVITICHINDVS, seu Witukindus aut windichinus, natione Germanus, Corbeiz Saxonice ad Wisurgium fluiuium in Westfalia, quæ olim Saxonia Superior dicebatur, Monachus, familiæ Benedictinæ, dicecesis Paderbornensis, floruit teste Bell. ab an. 946. vitâ

que protraxit vsque ad annum 973. Quo autem obierit, planè non constat. De eo Sigebertus cap. 129. de Viris Illustribus & Chronici anno 973. Adamus Bremensis lib. 2. cap. 6. Gobelinus Persona Cosmodromij ætate sexta cap. 36. Trithemius in Chronico Hirsaugientiæ ad annos 952. & 954. & in Catalogis scriptorum Ecclesiasticorum ac Virorum Illustrium Germaniæ, & Ordinis Benedictini, atque ex eo recentiores.

Libri tres de rebus Saxonum ad Mathildem Reginam filiam Ottonis Augusti, siue de Henrici Aucupis Regis Germaniæ, eiusque filij Othonis I. Imperatoris rebus gestis vsque ad annum 973. quo Otho ille obiit feria quarta ante Pentecosten. Prodierunt primum anno 1532. opera Martini Frechti typis Heruagij Basileæ, tum studio Reineti Reineccij Steinhemij Francofurti ad Mænum an. 1577. & in Tomis. Rerum Germanicarum anno 1580. apud Andream Wechelum. Vltimam adornauit editionem Henricus Meibomius, Lengouienfis, Academiæ Iuliz Professor emendatiorem cum luculentis notis, quæ instar iusti Commentarij esse possint, Francofurti apud Aubrios anno 1621. in folio, addiditque.

I. *Eiusdem Witichindi versus aliquot* qui descripti in codice quatuor Euangeliorum reperiuntur in phrontisterio illo Corbeienfi, teste Ioanne Letznero in vita Ludouici Pij Imp. cap. 19.

II. *Panegyricum Roswitha monialis Ganders-*

heimensis de rebus Ottonis Magni versus Hexametro conscriptum.

III. *Historiam erectionis Archiepiscopatus Magdeburgensis* per Ioannem X I. Payam in Concilio Rauennatenfi, & ex Chr. Magdeburgico.

IV. *Tres Decades Diplomatum & Donariorum Ottonis Magni Imperatoris.*

V. *Chronicon Monasterij Corbeienfis*

VI. *Translationem SS. Viti & Iustini Martyrum in Nouam Corbeciam, & de eiusdem Monasterij fundatione.*

Willelmus Malmesburiensis. Vide Guilelmus.

X.

Xystus. Vide Sextus seu Sixtus & Rufinus.

Hic tantùm inuatur S. Hieronymi verba referre ex epistola ad Ctesiphontem aduersus Pelagium eiusque sectatores aculeatè conscriptà, quibus Rufini artes detegit, refellitque: Illam autem temeritatem, imò insaniam eius quis digno possit explicare sermone, quòd librum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque Ethnicici, immutato nomine, Sixti Martyris & Romanæ Ecclesiæ Episcopi prænotauit? In quo iuxta dogma Pytha-

goreorum qui hominem exquant Deo, & de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur, ut qui volumen Philosophi nesciunt, sub Martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apostolorum, nulla Christi fit mentio; ut Episcopum & Martyrem sine Christi fide fuisse contendat. Vnde & vos plurima contra Ecclesiam vsurpatis testimonia, &c. Reliqua vide fasius exposita citatis supra locis.

Y.

Iuo Carnotensis Ep.

Bell. p. 295.

Yvo, siue Iuo, patre Hugone de Altoylo. matre Hileburgi natus in agro Bellouacensi, Lanfranci non Abbatis sed Prioris dumtaxat Becensis in Theologicis auditor sedulus, tum ex Abbate, siue ut alij vulgo appellare solent Præposito S. Quintini Bellou. Ordinis Canoniorum Regularium S. Augustini à Guidone Episcopo anno 1078. fundati, consecratus Carnotensis Episcopus ab Urbano II. Papa Capuæ in Italia 23. Nouembris anno 1092. aut quemadmodum alij putant, sequenti, in Gallias rediit, multisque pro Ecclesiæ ac regno pertractatis negotiis, grauibusque molestiis ac laboribus perfunctus post 22. Pontificatus annos obiit Carnuti die 23. aut 22. Decembris

anni 1115. ut ex Necrologiis Carnutensis Ecclesiæ aliisque firmatur in Vita postremæ operum eius editioni præmissa: alij enim vel anno 1114. vel 1116. eius mortem consignant, & in Choro Abbatæ S. Ioannis in Valle sepultus est *saint Iean en Vallée*. Pius V. Papa Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis diem eius festum 20. Maij celebrare permisit Bulla data 18. Decembris 1570. Pontificatus quinto. De eo Siebertus qui eodem vivebat tempore cap. 167. de Viris Illustribus & in Chronico ad annos 1078. & 1092. Ordericus Vitalis Angligena Vticensis in Neustria Monachus libro 8. Historiæ Ecclesiasticæ, Gosfridus Abbas sanctæ Trinitatis Vindocinensis epist. libri 2. Sugerius sancti Dionysij Abbas in Vita Ludouici Crassi Franciæ Regis, Mathæus Patis annis 1093. & 1117. Continuator Sieberti anno 1114. Hildebertus Cenomanensis Episcopus ep. 26. 39. & 61. Philippus Abbas Bonæ spei qui eius Encomium breui carmine siue Epitaphium scripsit, Ioannes Trichemius & ex recentioribus Baronius, Posselinus, Vossius, Iuretus, Loiffellus, Louëtus, Rouillardus, ac præcæteris Souchetus, de quo mox dicendum.

Omnia Iuonis Carnotensis Episcopi opera simul vno grandi volumine excusa sunt Parisiis anno 1647. castigata studio & opera Ioannis Baptistæ Soucheti Doctoris Theologi & Canonici Carnotensis Ecclesiæ, in duas partes tributa.

Prior continet eximium *Decretorum opus ad*

exemplar MS. in lignis Bibliothecæ S. Victoris Parisiensis, ex infinitis, quibus scatebat, mendis repurgatum, additis quibusdam notulis & Indice locupletissimo. Editum fuerat anno 1561. Louanij ex officina Bartholomæi Grauij in folio cura Ioannis Molinæi Gandensis I. V. D. & Decretorum in Academia Louanienfi Professoris Regij.

Posterior complectitur, I. *Epistolas numero 287. cum notis doctissimorum virorum Francisci Iureti I. C. & Canonici Lingonensis, & Ioannis Bapt. Soucheti Canonici Carnotensis. Prima Epistolarum illarum editio opera Petri Pithæi, cui dicata fuerat à Iureto, prodijt Parisiis anno 1585. in 4. ex officina Niuelliana, altera anno 1610. in 8. apud Sebastianum Cramosium cum libro Observationum non antea edito eiusdem Francisci Iureti I. C.*

II. *Sermones XXII. de Ecclesiasticis Sacramentis ac Officiis, præcipuisque per annum Festis, quibus additi duo ex MSS. codd. Bibliothecarum Regiæ ac Petauianæ. Vide etiam Bibl. Veterum Patrum & Collectiones Rerum Ecclesiasticarum Colonix & alibi excusas.*

III. *Breue Chronicon de Regibus Francorum à Faramundo vsque ad Philippum I. Regem Francorum & Willelmos Nothum ac Longaspatham primos è Normannis Angliæ Reges. quod autem additur de Henrico, huius fratre, illius filio, regnasse annos 30. id ab alio quopiam adtextum fuit, neque enim ad annum vsque 1135. peruenit viuendo noster Yuo. Verum ineptissimus fuit quisquis ille tandem*

Chronographus & luce publica indignus, saltem in iis quæ de Carolo Simplici, Radulfo, Ludouico Transmarino, eiusque nepote Ludouico, aliisque falsò commentus est. Chronicon illud in præcedentibus Pithæi & Iureti editionibus non fuerat omissum.

Quod autem à quibusdam præterea celebratur Chronicon satis amplum à Nino vsque ad Ludouicum Pium Augustum cuius à Marguardo Frehero Hanouix anno 1611. in Corpore Historiæ Franciæ excusa est pars ferè media sub nomine Iuonis Carnotensis, non aliud esse apparet à Chronico Hugonis à sancta Maria Monachi Floriacensis. Iuoni autem ideo à quibusdam perperam videtur tributum, quod reperiat præfixa in fronte epistola quædam Hugonis illius ad Iuonem Carnotensem, quæ eum rogat, vt Chronicon suum inspiciat, & emendet, si quid in illo emendandum repererit. Vide Tomum III. Historicorum Franciæ Duchesnij pag. 347. vbi de Tribus Hugonis Floriacensis Chronicis eruditè loquitur, I. ad Iuonem. II. ad Matildem Anglorum Reginam. III. ad Adelaidem Comitissam conscriptis.

In Bibliothecis Veterum Patrum extat quoque libellus de Corpore Domini, vtrum datum sit Discipulis in Cæna passibile, an nos illud sumamus impassibile, siue Epistola ad Haymericum Abbatem Aquicinctensem, quæ est inter editas ordine 287. quod monendum reor, ne quis existimet deesse aliquid in nupera editione Parisiensis operum Iuonis Carnotensis.

Iuoni quoque tribuitur à quibusdam quæ dicitur *Pannomia* & corrupta à librariis voce *Pannormia*, siue *Panormia*, quæ ex Decreto Iuonis ab Hugone quodam Catalaunensi in Compendium contracta est, nonnullis præterea additis ex functionibus Innocentij II, Papæ, qui post Iuonem annis 15. in schismate cum Petro Leonis in Romanum Pontificem electus est anno 1130. & post Pontificij regiminis annos fere 14. defunctus est anno 1143.

Z.

Zacharias Chrysoptianus. Bell. p. 296.

ZACHARIAS, Chrysopteos Episcopus, à Sixto Senensi lib. 4. Bibl. sanctæ aliiq; vixisse dicitur initio XII. Æræ Christianæ sæculi sub Paschali II. Romano Pontifice. Quo sanè anno obierit, nescimus. Omnino diuersus fuit à Zachariâ scholastico Mitylene in Lesbo insula Metropolitanano, de quo nihil Bellarminus nec Trithemius, cui solus memoratur Zacharias Papa nostro etiam Bellarmino indiget.

Libri IV. Commentariorum in Euangelicam Concordiam, siue Vnum ex quatuor, *Memoriorum* ab Ammonio Alexandrino Græcè olim elaboratum, prodierunt Colonia anno 1535. in folio apud Eucharium Ceruicorum & Tomo XII. Bibliothecæ Coloniaensis, nam in Pa-

rifensibus hæcenus desiderati sunt.

In fine excusus est *Sermo de Assumptione B. V. Mariæ*, qui incerto potius Auctori adscribendus est, quàm Zachariæ Chrysoptiano, quod etiam visum est ipsi editori.

Postquam hæc scripta fuissent, venit in manus meas locus ex Chronico Alberici Monachi Trium Fontium Ordinis Cisterciensis, seu potius Helinandi Monachi Frigidij montis ex eodem ordine, quo Zachariæ huius ætas, necnon Radulfi Flauiacensis, pressius atque significantius aperitur. Anno 1157. *Florebant hoc tempore quidam Viri venerabiles, quorum vnus Zacharias Chrysoptianus* (Episcopus non vocat, vt perique omnes alij faciunt) *de ordine Pramonstratensium apud sanctum Martinum Laudunensem, fecit volumen illud egregium super Quatuor Euangelia, quod Vnum ex quatuor* (Monotestaron) *appellatur. Et Radulfus ille Niger Monachus Flauiacensis, aliàs Flauiacensis, in territorio Bellouacensi, fecit opus super Leuiticum per viginti libros dispositum, quod pradicatur & probatur magnificum.* Tum subdit pro more nomen Elinandi, ex cuius Chronico siue Historia plurima excerptis, non secus atque Vincentius Bellouacensis dictus, aliquo eo posteriore. Ex his verò colligas velim Chrysoptianum dici fortè Zachariam nostrum quod Bisuntinus seu Vefontionensis esset, eumque non incunte sæculo XII. quod cum Sixto Possuino & Bellarmino multi sentiunt, sed anno 1157. floruisse.

Quamuis autem ad finem properemus, non

erit tamen inutile nonnulla obseruare. I. Vocabulorum quorundam difficultium in sacris paginis obuiorum interpretationem, quæ in editis præmittitur, in Veteri Codice MS. Abbatiz S. Dionysij, quem vidit Petrus Pithæus, ad finem haberi, idque appositè omnino ad mentem Auctoris, vt docet Admonitio ad Lectorem pag. 14. editionis Colonienfis: *Notum facimus Lectori quod expositionis lucem sumpsimus ab Hieronymo. Hilario, Rabano, super Matthæum; ab Hieronymo & Beda super Marcum; in Lucam ab Ambrosio & Beda; in Ioannem ab Augustino & eius abbreviatore Albino. Insuper etiam opus illuminans Augustinus de Concordia, &c. Interpretationes quidem paucas inserimus, quia in fine operis ordine Alphabeti locabimus omnes ad Euangelium pertinentes, vt inde Lector prout opportunis dabit argumetalia.* Alterum, Admonitionem, quæ ad pag. 20. calcem legitur, in eodem MS. Codice Dionysiano ad finem subiunctam esse, III. in eodem Exemplari Zachariæ nomen, nec prolixiori illi de Excellentia Euangelij, &c. Præfationi quæ dicitur prima, nec secundæ, quæ Vitas Euangelistarû breuissimè perstringit, sed Tertiz dumtaxat, quæ excusa habetur pag. 19. & sic incipit: *Vnum ex quatuor Euangelistarum* dictis Euangelium claro studio composuit Ammonius Alexandrinus, qui Canonum quoque Euangelij fertur inuentor. Hoc Eusebius Cæsariensis in epistola præscripta editioni, qua memoratos Euangelij Canones edidit præfati viri imitatus studium, Carpiano scripsit. Ta-

tianus etiam, &c. quæ supra exhibuimus in Tatiano. IV. Ex eadem Præfatione non omit-tenda, quæ pluribus à nobis supra in Ammonio Eusebioque relatis lucem allatura videntur: Huius operis quis auctor, imo ordinatort extiterit, nihil interest ignorare. Etenim tam verba, quàm sententiæ, non nisi Euangelistarum sunt: Matthæi namque dictis reliquorum trium excerpta arte mira magisque breuitate miranda iunguntur. Hoc autem præ-nominatum Ammonium fecisse scribit Eusebius Carpiano. Vt ergo absque scrupulo studiosi mens secura possit hoc vti volumine, sententias Euangelistarum personas (id est similes, congruentes, consonas) numeros per loca congrua curauit diligenter distinguere. Horum alter signis quibusdam (quas vulgò cifras appellant) expressus indicat numeros ipsos in Canonibus Eusebianis. Alter sub hoc pinguiusculis literis effigiatus & vsque ad decem tantummodo procedens, in quoto canone superpositus numerus inueniatur, ostendit. Numeris siquidem luce clarius aperitur, quid propriè, quid communiter, quæue similia dixerint Euangelistæ. Literis quoque eosdem breuitatis necnon differentiz causa indico debere discerni, videlicet per R, literam Marcum; per M, Matthæum; per A, Aquilam summum Euangelistam; per L, verò Lucam. Præterea nemo culpet, & quæ deinceps sequuntur, quæ quia ad rem nostram non accedunt, excubere superfedeo.

Zacharias Propheta.

Bell. p. 24.

ZACHARIAS, filius Barachiz, vnus è XII. Minoribus Prophetis vaticinari cœpit anno 2. Darij Hystaspidæ Perfarum Regis, mense octauo, Mundi anno 3534. Romæ 234. De eo S. Hier. Sixtus Senensis, Ribera, à Lapide, Salianus, &c.

S. Zeno Veronensis.

Bell. p. 88.

S. ZENO, Veronæ Episcopus, sub Gallieno Romanorum Imperatore martyrium passus fuisse vulgò perhibetur circa annum Christi 260. die 12. Aprilis, vt habent Martyrologia & Baronius in Notis ad illum diem, quas amabo per ocium consule. De eo S. Gregorius Papa libro tertio Dialogorum cap. 19. Paulus Diaconus in Historia Langobardorum, lib. 3. c. 23. Hermannus Contractus in Chronico, Onuphrius, Surius, Vghellus, alique.

Falsò tribuuntur ei à quibusdam etiam doctis viris *Sermones de plurimis sacre Scripture locis & rerum Disinarum argumentis numero 90.* qui editi primùm Venetiis anno 1508. opera Guarini Veronensis Oratonis, tum Veronæ in 4. recusi anno 1586. iussu Augustini Valerij Cardinalis eiusdemque vrbs Episcopi, ac deinde in Bibliothecas Veterum Patrum fuere translati. Ita sentiunt ex Catholicis Tractatoribus Sixtus Senensis, Baronius, Molanus, Pos-

seuinus, Bellarminus, Miræus, eorumque simij Cocus, Riuetus, similisque Nouatores Critici, vt oleum operamque apud idoneos iudices perdidisse videantur Raphael Bagatta & Baptista Perettus, qui aduersus Sixti Senensis doctissimam censuram eos saltem omnes Zenoni Veronensi Episcopo & sub Gallieno martyrium passo vindicare voluerunt. Quatuor ex iis inter homilias S. Basilij reperiuntur, alij ex commentariis S. Hilarij in Psalmos & aliunde deprompti sunt, cæteri diuersitate styli, refutatione Arianorum, aliisque notis impressis varios arguunt auctores, ac Galliceni imperio longè posteriores, vt mirum sit Panuinium & Vghellum ista non peruidisse. Ioânes verò Maria in Expurgatorio Indice nihil videtur velle affirmare: Cæterum, inquit, hiis pro assertione sermonum S. Zenonis, obstantibus non magnis coniecturis nonnullos non esse illius existimat Baronius, præsertim, quibus Ariana hæresis confutatur, multas rationes & optimas coniecturas ad id probandum se habere profertur.

Dixi ex communi ac peruulgata plurimorum opinione Zenonem Veronensem Episcopum sub Gallieno Imperatore vixisse & Martyrio vitam finiuisse. Non desunt tamen eruditi viri qui refragentur & Zenonem sub Constantio dumtaxat Arianorum patrono vel eius successore Iuliano Apostata floruisse & sicca morte citra sanguinis effusionem in cælum abiisse contendat. Eorum ego nunc argumenta breuiter

*Imperatores Occidentis à Carolo Magno
ad Leopoldum Aug.*

^{1.} A Carolo ^{2.} Ludouicus, ^{3.} Lotharius, alter
^{4.} Inde ^{5.} Ludouicus, ^{6.} Caluum Crassumque se-
quuntur

Versus Technici

Francorum postremi Arnulfus cum Ludouico.^{7. 8.}

Guidonem atque Berengarium Itale, Lamber-
tūmque,

Bosoniſque Ludouicum, Regēmque Rodulfum.

Hugonēmque Arelate vocas; Lotharius inde

Filius Hugonis, ac Berengarius adſunt.

Conradum, Henricum, tres & Germania^{9. 10. 11. 13.}
Othones^{13.}

Prædicat, Henricum cum Conrado, ac tribus^{14. 15. 16. 17.}
inde^{18.}

III. IV. V. Henricis, tum Lotharium, Conrad, Frideri-^{19. 19. 21.}
cum,

Henricūmque, & certantem cum Othone^{22. 24.}
Philippum,^{23.}

Inde alter ſequitur Fridericus, cōque remoto^{25.}

Henricus, Batauus, Richardus, & Adelfon-
ſus.

Additur Habſpurgus Rudolfus, poſt eum A-^{26.}
dolfus^{27.}

Historia sacra ac Profana.

Victus ab Alberto, dein Lutzeburgicus, at-^{28. 29.}
que

Auſtriaci Friderici hoſtis Bauarus Ludouicus.^{30. 31.}

Tum Carolus Venceſlai pater, atque Ruper-^{2. 31. 34.}
tus,

Poſtque Sigismundum gêner Auſtriſ Adal-^{35. 36.}
bertus,

Quem ſequeris Friderice pater Maxæmiliani,^{37. 38.}

Vt Carolum quintum, Ferdinandūque ſe-^{39. 40.}
quuntur

Maximius, Rudolf, Mathias, duo Ferdinan-^{41. 42. 43. 44. 45.}
di.

Ignati Leopolde patri ſuccedis, auoque.

SECTIO VIII.

*Imperatores Orientis à Constantino ad
Irenen.*

Poſt Constantinum Constantius, & Iulia-^{1. 2. 3.}
nus,

Te Iouiane Valens premit & Theodoſius; il-^{4. 5. 6.}
lum

Arcadius cum Theodoſio; Marcum Leo yter-^{7. 8. 9. 10.}
que,

Versus Technici

^{11.} Zeno & Anastasius; ^{12.} Iustinum ^{13.} Iustinianus;
^{15.} Iustinusque alter, ^{16.} Tiberinus, ^{17.} Mauriciusque,

^{18.} Quem Phocas, ^{19.} Heraclius, ^{20.} nati- ^{21.} que sequuntur,

^{22.} Dein Constans, ^{23.} Pogonatus cum ^{24.} Iustiniano,

^{26.} Qui rediens necat Apsimarum, & te clausit
^{25.} Leonti.

^{27.} Inde Philippicus, ^{28.} Artemius, ^{29.} Monachusque
 Adramytti.

^{30.} Et Conon Leo, ^{31.} tum Copronymus, & ^{32.} Leo
 quartus,

^{33.} Cum Constantino, ^{34.} quem Irene mater abegit.

SECTIO IX.

Imperatores Orientis à Nicephoro.

^{35.} Nicephorus, ^{36.} Michael, ^{37.} Leo, cum ^{38.} Michael
 parente

^{39.} Theophilus, ^{40.} Michael Theodoræ, tum ^{41.} Basilius,

Historia sacra ac Profana.

^{42.} Et Sapiens Leo, ^{43.} quem Frater, ^{44.} Natusque sequuntur.

Inde alij quos Musa fugit comprehendere versu.

Vide Catalogum Imperatorum Constantinopolitanorum una cum serie Patriarcharum eiusdem Regia Urbis, versibus Iambicis paulo liberioribus à Nicephoro Xanthopuli filio, ut volunt, Græcè conscriptum, & ad captam usque à Turcis CP. ab alio quopiam perductum, quem ex Codicibus Manuscriptis post Protrepsicon nostrum ad omnes per Orbem Eruditos de Byzantine Historia Scriptoribus sub felicissimis LUDOVICI XIV. Francorum ac Navararum Regis Christianissimi auspiciis publicam in lucem emittendis, Prima Delineationi Apparatus Historia Byzantina inferendum curavimus.

SECTIO X.

Imperatores Orientis Francicæ Originis.

^{1.} Gallia ^{2.} Balduinum, ^{3.} Henricum, ^{4.} Petrum atque
 Robertum,
^{5.} Balduinumque dedit Constantinopolitanis.

SECTIO XI.

Turcarum Reges & Imperat. Orientis à captà anno MCCCCLIII. Constantinopoli.

1. MEchmeto Baiazethus, Selim, Solimanus
 2. 3. 4.
 Succedunt: dein Selim, Amurath, Mechme-
 5. 6. 7.
 tus & Achmet,
 8.
 9. Mustapha, Osmanus, Mustapha, Amurath,
 10. 11.
 11. Ibraimus.

SECTIO XII.

Francorum Regum Dynastia Prima.

1. FRancorum Primus Faramundus, Cloio Se-
 cundus,
 2.
 3. Tum Meroueus, Childericus, Clodoucus,
 4. 5.
 6. Clotarius, Chilpericus, Clotarius alter,
 7. 8.
 9. Quem premitis Dagoberte, Clodouce, atque
 10.
 11. Clotari.
 11. Hinc Childericus Theodoricusque sequuntur,
 12.

Pars II. Regia Epitomes;

14. Cum Clodouco, Childebertus, Dagobertus,
 15. 16.
 17. Chilpericus, cuique est nomen Cala, Childe-
 18.
 19. que-ricus.

SECTIO XIII.

Francorum Regum Dynastia secunda.

20. Pipinus, Carolus, Ludouicus, Carolusque,
 21. 22. 23.
 24. 25. Tum Ludouici ambo, Carlomannus, Caro-
 26. 27.
 lusque,
 (Crassum atque Odonem, Robertum tolle, Ru-
 dolfumque)
 28. Hinc Transmarinus, Lotharius, & Ludoui-
 29. 30.
 cus.

SECTIO XIV.

Francorum Regum Dynastia tertia.

31. HVgo, Robertus, Henricus, atque Philip-
 32. 33. 34.
 pus:
 35. Post Crassum, Iuuenemque Augustus cum
 36. 37.
 38. Ludouico
 39. Sancti Patre, cui Audacem, Pulchrumque iu-
 40. 41.
 gabis:
 R r ij

Part II. Regiæ Epitomes;

^{42.} Hutinum fratres Longus, ^{43.} Pulchérque ^{44.} sequuntur.

Ex Familia Valesiâ.

Stemma Valesiacum accedit, Sextusque Phi-

^{45.} lippus,

^{46.} Ioannes, & tres ^{47.} Caroli, ^{48.} Ludouic, ^{49.} Carolus-
^{50.} que. ^{51.}

Ex Familia Aurelianensi.

^{52.} Stemmate in Aurelio Ludouic, ^{53.} Franciscus,
& alter

^{54.} Henricus, cum ^{55.} Francisco, ^{56.} Carolo, atque
^{57.} Henrico.

Ex Familia Borbonia.

^{58.} Borbonium Henricum duo suscipiant Ludovicus
uici, Iustus, & Augusto nomen qui à NVMINE
ducit,
A Faramundo Principe sexagesimus hæres.

SECTIO XV.

Vesogothorum, Vandalorum, Burgundionum, Hunnorum, Herulorum, Ostrogothorum, & Longobardorum Reges celeberrimi.

Vesogothos Alarice, & Genferice regebat

Historia sacra ac Profana.

Vandalicos; Gundicarium Burgundio nouit.
Attila Rex Hunnorum, Erulorum Rex Odoacrus.

Odoacrum Theodoricus Rex Ostrogothorum
Excipit: haud longo post tempore Longobardi

Alboino Duce, quos Carolus Termagnus abegit.

Habeant etiam hic Eruditi Vandalos in Africa Reges ordine sibi succedentes.

^{1.} Genfricum, ^{2.} Hunricum, ^{3.} Gunthamundum,
^{4.} Thrasamundum

^{5.} Vandalia, ^{6.} Hildricumque Afris dedit, ac Gilymerem.

FINIS.



Rt iij

A D
STVDIOSAM IVENTVTEM
CAVTIO.

CAETERVM hic Studiosam Iuuentutem monitam velim, ne ex nostris hisce Versibus Technicis, quos Ausonij, Gregorij Nazianzeni, aliorumque Sapientissimorum Virorum auctoritate subnixi, nec nisi a dure necessitatis legibus deuincti, nonnunquam licentiùs expressimus, crassiorique ac Soloce filo contextimus, legem scribendi carminis, atque exempla mutuentur. Habent Adolescentes Poëseos candidati illustratam à nobis pluribus libris Græcam Latinamq; Profodiam, aut Ianuam Musarum à R. P. Ludouico Caualli referatam, quas per ocium consulere poterunt, vt inde tutò Propriorum Nominum, in quibus non semper Scueriores Musas coluerunt Græci præsertim Poëte, etiam venustiores, vt vel ex Anthologià quibus intelliget, Quantitatem certam exploratamque ediscere possint. Certè si Enniana illa, ac verè præ nostris Rudina, Gau pro gaudium, Cel pro cælum, Medix pro Medixtutichas, aut Homericæ δῶ & xεῖ, vt

decantatum Apes, Apes in mediam non adducam, Hesiodicum βῆ, Sophocleum πῆ, Epicharmicum Συγὰν, & similia, de quibus plura doctissimus Strabo libro octauo Geographiæ commemorat, non displicuere antiquis in libero carmine; Quis morosus in operosissimo tot propriorum nominum seriatim suoque ordine descriptorum Catalogo Ludouic pro Ludouico, Marciano, Ponti pro Pontiano, Maximium pro Maximiliano aut Maximino, Transmarinum, atque eiusdem generis nonnulla parè ac nonnisi præfata venia, & verecundè raròque aspersa conqueretur? Neque verò verebor hic addere, quod à tredecim & quod excurrit annis scripsisse memini: In eiusmodi Technicis Carminibus ad subsidium Vacillantis Memoriae conscriptis, nec Cordatos viros venustatem querere, nec æquos Iudices Profodica quædam in vocabulis dumtaxat Propriis errata reprehendere, cum in iis sola ametur, quæ memoriam iuuet, discendi facilitas.



SCRIPTORVM
ECCLESIASTICORVM,
QVOS
EMINENT. CARDINALIS
ROBERTVS BELLARMINVS
ATTIGIT, ABACVS
CHRONOLOGICVS,
PER SÆCVLA,
MVNDANA, ROMANA, CHRIST.
PRÆNOTANDVM.



LECTORES Rerum Ecclesia-
sticarum studiosi indagatores obser-
uene, primis *Era Mundana Saeculis* viginti quinque, nullum exis-
tisse Scriptorem Ecclesiasticum, cuius monumen-
ta ad nostram vsque aetatem peruenerint. *Qua*

enim de ADAMI, SETHI, ENOCHI, ZOROAS-
TRIS, ABRAHAMI, IACOBI, IOSEPHI,
aliorumque suppositiuis aut apocryphis scriptis
circumferantur, nullius aut saltem dubia admo-
dum fidei atque auctoritatis esse copiosè Deo dante
docebimus *Prima Parte Bibliothecæ nostræ Uni-*
uersalis. Qui verò plura de singulis à B. *Barmino*
Cardinale commemoratis Scriptoribus discere vo-
luerit, adeat *Dissertationem nostram, ex qua hæc*
breuissima Elogia ad stabiliendum Seculorum
Chronologiam ab eruditissimo aliâs *Scriptore in*
plerisque aut neglectam aut labefactatam, solerti
diligentia excerptimus.





SCRIPTORES
ECCLESIASTICI
VETERIS TESTAMENTI
ANTE CHRISTI ORTVM.

Mundi seculo. XXVI.

MOSES, Propheta ac Legislator Hebræorum natus anno M. 2464. patre Amramo, matre Iochabetha, educit Hebræos ex Ægypto & in monte Sina à Deo legem accepit anno M. 2544. tum post annos 40. obiit in monte Phasga an. M. 2584. æt. 120.

Eodem habente Mundano sæculo floruit *Iob* Propheta, qui anno M. 2330. natus in Hufitide, an. M. 2399. æt. 70. victor superato dæmone euasit, & an. demùm M. 2539. ætatis 110. obiit.

Iosue, Dux & Iudex Hebræorum post Moysen primus, natus an. M. 2491. explorator missus in Cananitidem an. M. 2544. Iordanem anno 2584. tranſiit, Hierichutem, aliâs-

Ab Orbe condito ad Christum.

que vrbes cepit, & post 17. Principatus annos obiit an. M. 2600. æt. 110.

XXX. *Mundi seculo.*

Samuel, Propheta, & vltimus Israëlitarum Iudex, natus anno 2901. patre Helcanâ, matre Anna, post Heli mortem regere cœpit an. M. 2940. clapsisque Præfecturæ annis 21. Saulem vnxit in Regem, & biennio ante eius cædem obiit anno M. 2977.

XXXI. *Mundi seculo.*

Dauid, Rex & Propheta, anno M. 2950. natus patre Isai Obedi filio, anno M. 2979. cæso Saule vnctus in Regem Iuda, tum post mortem Isboseth in Regem Israël an. 2985. obiit an. M. 3020. æt. 72. regni 40.

Gad & *Nathan* Prophetæ vixerunt cum Dauide, & post eius mortem aliquot annis.

Salomon Rex natus an. M. termillesimo, in Regem viuo adhuc patre Dauide inunctus est an. M. 3020. Templi fundamenta iecit an. M. 3023. regni 4. post Exodum 480. exactisque in regno annis 40. obiit an. M. 3059. ætatis 60.

Ado Propheta viuēbat anno M. circiter 3060.

Auctores Ecclesiastici,

Abias Propheta valde senex vixit vsque ad annum M. 3078. aut seq. quo ad eum venit vxor Ieroboami.

XXXII. *Mundi seculo.*

Ionas Propheta Niniuen adiit an. M. circ. 3168. regni Sardanapali postremi Assyriorum Regis 10. Idem iam prouecta etate vaticinatus est victorias Ieroboami II. Regis Israëll circa annum 3212.

XXXIII. *Mundi seculo.*

Osee Propheta cœpit sub Ozia Rege Iuda an. circ. M. 3270. agnosci, perseveravitque vsque ad Ezechiz Regis tempora & an. V. C. circiter 10 M. 3310.

I. *Romæ seculo, Mundi xxxiv.*

Præter *Osee*, de quo mox diximus, anno V. C. circiter 10. M. 3310. sub Ezechia Achabi filio prophetaſſe dicuntur *Ioel*, *Amos*, *Abdias* seu *Obdias*, *Micheas*, *Nabum*, & *Habacuc*, necnon *Isaias*, qui sub Manasse Rege Ezechiz filio terra sectus est an. V. C. 40. cum iam ab an. Oziz Regis 52. M. 3277. propheta re cœpiſſet.

Eliachim, seu *Ioachim* summus Hebræorum

Ab Orbe condito ad Christum.

Pontifex creditur scripſiſſe librum Iudith, quæ an. V. C. 46. Holofernem ad Bethuliam obtruncavit.

Tobias an. V. C. 11. Annam ducit vxorem, natus annos 36. ducitur captiuus in Assyrios anno V. C. 14. Ezechiz Regis sexto, visum amittit æt. an. 56. V. C. 31. cumque an. V. C. 35. recipit beneficio Raphaëlis Archangeli, tum anno æt. 102. Manasse Regis 40. V. C. 77. moritur, relicto filio Tobia minore, qui vitam vsque ad an. V. C. 110. protraxit.

Sophonias Propheta sub Iosia Rege vixit an. V. C. 96. Mundi 1396.

II. *Romæ seculo, Mundi xxxv.*

Jeremias Helciz filius propheta re cœpit ab anno Iosiz Regis 13. V. C. 106. vsque ad euerſam à Magno Nabuchodonosore Hierosolymam, an. V. C. 146. Sedeciz vndecimo. Anno seq. V. C. 147. ductus in Ægyptum à Iudeis lapidibus oppressus est. De eo Martyrol. Rom. Kal. Maij.

Baruch famulus eius ex Ægypto Babylonem profectus annis aliquot superſuit.

Ezechiel ab anno V. C. 141. seu an. 5. Transmigrationis Iechoniz prophetauit in Babylone vsque ad annum V. C. circiter 170.

III. *Romæ seculo, M. xxxvi.*

Daniel adhuc puer an. V. C. 128. à Magno Nabuchodonosore ductus è Iudæa Babylonem, illi exposuit somnia annis V. C. 153. & 163. tum nepoti eius Balthassari an. 198. cui successit *Darius Mædus*, apud quem auctoritate valuit, & apud *Cyrum*, qui an. V. C. 216. regni Persici 22. capta Babylone toti penè Asiæ imperare cœpit.

Aggeus & *Zacharias* prophetarunt anno 21. Darij Hystaspidæ Persarum Regis, V. C. 234. Olymp. lxxv. primo.

Mardocheus Estheræ patruus, viuebat sub Artaxerxe Longimano an. V. C. 291. & sub eodem Esdras anno 294. è Perside venit Hierosolymam.

IV. *Romæ seculo, M. xxxvii.*

Nehemias, Pincerna Regis Artaxerxis, anno 300. è Perside veniens Hierosolymam, muros eius construere cœpit, ac mox sequentibus annis perfecit. Quo anno obierit non liquet, vt neque *Malachias*, postremus Prophetarum, qui anno V. C. circ. 310. viuebat.

V. *Romæ seculo, M. xxxviii.*

LXXII. Sacræ Scripturæ Interpretes sub Ptolemæo Philadelpho Lagidæ filio vixerunt circa an. V. C. 470. M. 3770.

Eodem fermè tempore vixit *Aristæus*, qui Historiam Translationis illius scripsit.

VI. *Romæ seculo, M. xxxix.*

Iesus, filius Sirach è τῆς πατριῆς ευρωζῆας, vixit tempore Ptolemæi Euergetæ, tertij Ægyptiorum Regis, circa an. V. C. 350. Glycas in calce libri 11. Annalium sub Antiocho Eupatore Epiphanis filio locat. Alij etiam tardius: sed videndum, vt Auus à Nepote distingatur.

VII. *Romæ seculo, M. xl.*

Ioannes Hyrcanus Simoni patri an. V. C. 619. successit in Pontificatu Hebræorum ad annos 31. obiitque anno V. C. 650.

Hactenus Scriptores Ecclesiastici Veteris Testamenti.

Nunc lustranda Æræ Christianæ sæcula, ducto ab eorum Rege initio,



SCRIPTORES
ECCLESIASTICI
NOVI TESTAMENTI,
POST CHRISTI
ORTVM.

Vita CHRISTI *Breuis summa.*

IESVS-CHRISTVS, Scriptorum omnium Ecclesiasticorum Princeps ac Magister, anno V. C. 753. M. 4053. Iuliano 45. Consulibus Cornelio Lentulo & Calpurnio Pisone, conceptus de Spiritu sancto die 25. Martij, & natus die 25. Dec. octavo post die Kal. Ianu. anni Iuliani 46. V. C. 754. M. 4054. *Æræ Christianæ* (quam à vulgari Dionysiana non distinguimus) primi, Consulibus C. Iulio Cæsare, & L. Emilio Paulo circumcisus, adoratus à Magis 6. eiusdem mensis, oblatas in Templo 2. Februarij, in Ægyptum fugit, &c. Dein anno Iuliano 75. *Æræ Christi* 30. Vinitio Quartino & Cassio Longino, qui duobus Geminis successerunt, Coll. die 6. Ianuarij baptizatus à Ioanne

I. Christianæ æræ seculo.

Ioanne Zachariæ filio in Iordane, abiit in desertum, esuriit, tentatus vicit, à Apostolos vocavit, prædicavit, miracula edidit, vsque ad an. *Æræ Christianæ* 33. quo die 3. Aprilis Nisan 15. feriâ sextâ cruci suffixus à Iudæis, expiravit annos natus 32. cum tribus insuper mensibus & diebus 10. Coll. Seruio Sulpitio Galba, & L. Cornelio Sylla Resurrexit die 5. Aprilis Dominica: Ascendit in celum 14. Maij, Spirituque de cælo in Discipulos misso die 24. Maij, Ecclesiam instituit columnam & firmamentum veritatis, vsque ad extremum iudicij diem, frementibus licet Ethnicis, Iudæis, Mahometanis, atque Hæreticis perseueraturam.

I. Christianæ æræ seculo.

S Petrus, Ionæ filius, Andreæ frater, de Cymba à Christo ad Apostolatum, totiusque Ecclesiæ Principatum, vocatus anno *æræ Christianæ* 30. accepto Spiritu sancto die 24. Maij anni 33. Christum audacter prædicare cœpit Iudæis, Romam venit anno 43 die 18. Ianuarij, Claudij tertio, tum elapsis 24. annis sub Nerone patibulo fixus obiit die 29. Iunij anni 67.

S. Paulus, ad fidem conuersus cùm veniret Damascum die 25. Ianuarij an. 34. & ab Anania baptizatus, Athenis Dionysium ad fidem an. 50. conuertit, Romam victus à Syria ducitur an. 56. Neronis 2. à quo iussus est capite minui die 29. Iunij anni 67. Sf

Auctores Ecclesiastici,

Philo, Iudæus, sub Caio Cæsare Caligulâ an. Christi 40. Romam venit, ac deinde sub Claudio Imp. vbi cum S. Petro locutus perhibetur.

Achaia Presbyteri & Diaconi mortem S. Andree Apostoli die 30. Nou. an. 59. aut 60. Patris crucifixi scripserunt.

S. Mattheus, siue *Leui*, ex Publicano Apostolus, Euangelium scripsit omnium primus an. 40. Martyrium passus die 21. Sept. an. circ. 60.

S. Marcus, discipulus S. Petri: eius iussu an. 43. Euangelium scripsit, vulgauitque, missusque in Ægyptum primus Alexandria Patriarcha fuit. Passus est die 25. Aprilis an 61. aut 62.

S. Iacobus, Minor dictus, & Frater Domini, primus paulò post mortem Domini anno 33. institutus Hierosolymitanorum Antistes, an. Neronis 8. ante initium Belli Iudaïci 4. fallonis fuste trucidatus Kal. Maij anno 61. aut 62.

S. Indas, Apostolus in Perside mortem pro Christo oppetiisse dicitur an. Christi 61. aut 62.

L. Annæus Seneca, Marci F. Neronis Imperat. præceptor, eius iussu necem sibi sectis venis intulit anno Christi 65. biennio antequam S. Paulus capite truncaretur, cui scripsisse dicitur, idèoque à S. Hieronymo relatus in numerum Scriptorum Ecclesiasticorum.

S. Lucas, Antiochenus Medicus, atque Euangelista, itinerum S. Pauli comes, obiit

I. Christianæ æræ sæculo.

81. natus annos, circa annum Christi 70.

S. Marialis, Lemouicum Episcopus, Aquitanorum Apostolus, à quibusdam obiisse dicitur an. 72. ætatis 59. Episcopatus 28. Alij ad tertium sæculum reuocant cum Gregorio Turonensi, &c.

S. Linus, S. Petri in sede Romana ab anno 67. successor, passus est die 23. Septembris an 78.

De *Abdia* Babylonis Episcopo nihil exploratum.

S. Hermas, discipulus D. Pauli, dictus Pastor, obiit 9. Maij circa annum 80. At *Hermes* frater Pij I. Papæ, obiit anno circiter 150.

S. Prochorus, vnus de septem Diaconis, passus est Antiochiæ die 9. Aprilis exeunte sæculo Christi primo.

Fl. Iosephus, Mathaniæ filius, natus anno Christi 40. captus à Romanis an. 67. Vespasiano prædixit imperium, Romam venit, scribebátque adhuc anno Christianæ æræ 94. quo anno obierit N. L.

S. Ioannes, Zebedæi filius, & Iacobi frater, discipulus quem diligebat Iesus, Apostolus & Euangelista, obiit E. hesi die 27. Decembris an. Christi 99.

S. Clemens, Apostolorum Petri & Pauli discipulus, & post Linum & Cletum Romanus Pontifex ab anno 91. per an. 9. m. 6 & dies 6. vsque ad 23. Nouembris an. 100. quo in Chersoneso Taurica passus est, primum Christianæ æræ sæculum feliciter clausit.

II. Christianæ ære sæculo.

S *Ignatius*, Antiochiæ post S. Euodium (cui tribuitur epistola η ρ ω ς) ab anno circiter Christi 69. Episcopus, Romæ in amphitheatro à feris discerptus est Kalendis Februarij anni 108.

S. *Dionysius* Areopagita, anno Christianæ æræ 50. ad fidem conuersus, & à sancto Paulo Athenarum Episcopus constitutus, multorum opinione missus à S. Clemente in Gallias an. circ. 93. peruenisse dicitur vsque ad an. 117. aut 119. quo die 9. Oct. capite plexus est prope Lutetiam Parisiorum cum sociis Rustico & Eleutherio, ex Mart. Rom. Baronio, &c. Alij an. circiter Christi 93. sub Domitiano Athenis passum volunt die eiusdem mensis tertio, & diuersum ab eo statuunt Parisiorum Episcopum sæculo Christi tertio post annum 250. Lutetiæ in Monte Martyrum aut in ipsa vrbe capite truncatum.

Hermes, frater S. Pij Papæ I. obiit circa an. 150.

S. Iustinus, Philosophus, pro Christo sanguinem fudit die 13. Aprilis anno 161. vel 163. Alij sub Pio aliquot ante annis Martyrium fecisse contendunt.

S. Polycarpus, Smyrnæ Episcopus, S. Ioannis Apostoli discipulus, passus est valdè senex vel 23. Februarij an. 167. vel 20. Ianuarij anni 169. Alij quoque aliter censent.

II. Christianæ ære sæculo.

S. Melito, Sardenfis in Asia Episcopus, viuebat an. circ. 170.

Athenagoras, Philosophus Christianus, viuebat an. circ. 170.

S. Theophilus, Antiochiæ Episcopus, obiisse dicitur 13. Octobris an. 180. Verum Eusebius in Chronico eius initia collocat anno Christi 168 & successoris eius Maximini anno 177. Heroti vero eius decessori annos 24. adsignat ab an. 143. ad 168.

Hegesippus, vir Apostolicorum temporum, viuebat, an. circ. 180. Qui verò Pseudo-Hegesippus dicitur, vel est Ambrosius, vel aliquis ætate suppar, & anno 969. longè vetustior.

Tatianus, Syrus Sophista, post magistri sui S. Iustini obitum lapsus in hæresim, viuebat an. circiter 180.

III. Ære Christianæ sæculo.

S. Irenæus, S. Polycarpi discipulus ac Lugduni gost S. Pothinum seu Photinum ab anno circ. 180. Episcopus, passus est die 18. Iunij anni 201.

Q. Septimius Florens Tertullianus, Afer, in hæresim Montani, seu $\tau\iota\omega$ $\chi\tau\iota$ $\Phi\rho\upsilon\gamma\alpha\epsilon$ lapsus, atque Ecclesiæ ab anno circiter 208. hostis, obiit an. circ. 215. Is licet Romanas leges edoctus, diuersus tamen videtur à IC.

Minucius Felix, Causidicus Romanus, viuit initio huius sæculi, vel ex aliorum mente

Auctores Ecclesiastici,

sub finem præcedentis, an. circ. 180.

Clemens, Alexandrinus & Stromateus dictus, Catecheseon Magister post Pantænum, floruit à fine superioris sæculi, obiitque anno circiter 210. aut 220.

S. Hippolytus, Portus Romani Episcopus, martyrium passus est die 22. Augusti anni 230. Paschalis eius canon ab anno 222. incipit.

Iulius Africanus, insignis Chronologus, florebat anno 220. & vixisse dicitur vsque ad an. circ. 232.

Ammonius, Alexandrinus, Philosophus Christianus, Saccas dictus, magister Origenis & Plotini, obiit anno circiter 230. vel 240.

S. Cornelius, Papa ab an. 251. per an. 2. m. 4. die 17. vsque ad diem 14. Septembris an. 253. quo passus est.

Origenes, Adamantius & Chalcenterus dictus, Alexandrinus Presbyter, obiit an. 254. ætatis 69.

S. Sixtus II. Papa creatus an. 257. post mens. 11. dièsque tredecim, passus est die 6. Augusti anno 258.

S. Cyprianus, Carthaginensis Episcopus, Africæ Primas, ab an. circ. 248. passus est die 14. Septemb. eodem anno Christi 258.

Pontius, eius Diaconus, & vitæ scriptor, obiit die 8. Martij post annum illum 258.

S. Zeno, Veronæ Episcopus, passus dicitur die 12. Aprilis an. circ. 260. Quod si verum est, alius ab eo fuit, qui S. Ambrosij ætatē vixit Veronæ Episcopus Syagrii decessor.

IV. Christianæ æræ sæculo.

S. Gregorius, Thaumaturgus, dictus etiam Theodorus, Origenis discipulus, ac Neocæsariæ in Ponto Episcopus, obiit die 17. Nouembris anni 265.

S. Dionysius, post Heraclam Alexandrinus Episcopus, obiit die 17. Nouembris an. 265.

IV. Christianæ æræ sæculo.

S. *Methodius*, Olympi, seu Patarorum in Lycia, tum Tyri in Phœnicia Episcopus, passus est die 18. Sept. anni 303.

S. Victorinus, Petabionensis in Pannonia superiori, non verò Pictauiensis in Aquitania II. Episcopus, passus est die 2. Nouembris anni 303.

Arnobius, Afer, Siccensis Rhetor, scribebat an. 297. & ex Hieronymo peruenisse videtur vsque ad an. 326.

Cælius Laclantius Firmianus, iure dictus Cicerò Christianus, Crispi Cæsaris filij Constantini Magni Magister, viuebat adhuc anno 328.

C. Veltius Aquilinus Iuuenius, Hispanus Presbyter, & Poëta, viuebat anno Christi Domini 329.

Constantinus Magnus, post Constantium patrem anno 306. imperare cepit, Maxentium profugauit die 24. Septembris an. 312. Concilio Nicæno præfens interfuit an. 325. dedicauit C. P. an. 330. deinde mortuus est die 12. Maij Dominica Pentecostes an. 337.

Auctores Ecclesiastici,

Eusebius, Cæsareæ in Palæstina ab anno 315. Metropolitanus, Arianzæ factionis, obiit anno 340.

Iulius Maternus Firmicus vivebat an. 334 quo Solis ab eo memorata Eclipsis contigit, & iam factus Christianus post annum 340. libellum ad Augustos Fratres misit de erroribus profanarum Religionum.

S. Antonius, Abbas, Monachorum Pater, Constantino eiusque filiis ac Magno Athanasio carissimus, obiit die 17. Ianuarij anni 356, ætatis 105.

S. Serapion, Thmucos in Ægypto Episcopus obiit die 21. Martij an. circ. 356.

Eusebius Emesæ in Syria Episcopus Arianzæ factionis, obiit an. circ. 360.

Dorotheus Tyri Presbyter passus die 5. Iunii an. 362. Hic alius est à duobus Dorotheis Eunuchis, Martyre vno, altero Presbytero, quorum meminit Eusebius.

S. Hilarius, Pictaviensis Episc. factione Arianorum missus in Asiam exul, rediit in Gallias an. 360. & die 13. Ianuarij obiit, anno 367. aut sequenti.

Victorinus Afer, è Rhethore Christianus, multa scripsit, obiitque anno circiter 370.

Zeno, Veronæ Ep. Vide quæ supra diximus ad an. 260.

Titus, Bostrorum in Arabia Petræa Episc. obiisse videtur an. circ. 370.

S. Optatus, Milevitanus in Africa Ep. obiit die 4. Iunii an. circ. 370. aut 380. neque enim ad Siricij Papæ tempora pervenisse videtur.

IV. Christianæ ære sæculo.

Lucifer, Calaritanus in Sardinia Ep. exul pro fide per multos annos in Oriente, vnde reuersus obiit an. circ. 370.

S. Athanasius, Alexandrinus anno 326. vix elapsis quinque mensibus à Synodo Nicæna, cui interfuerat, creatus Patriarcha, sæpè deiectus à sede, sæpè restitutus, obiit in pace die 2. Maij an. 373. Episcopus 46. absoluto, aut 371. ex mente Socratis.

Apollinaris iunior, Laodiceæ Episcopus, ob hæresim à Damaso Papa damnatus an. 375. obiit paullo post sub Theodosio Imperatore, sed ignoratur annus.

S. Pacianus, Dextri pater, Barcinonensis Ep. obiit die 9. Martij an. circ. 380.

S. Ephrem, Edessenæ Ecclesiæ in Syria Diaconus, obiit Kal. Feb. an. 378.

S. Basilus, Cæsareæ in Cappadocia ab anno 370. Archiepiscopus, obiit Kal. Ianuarii an. 379.

S. Damasus, Papa Romanus ab an. 367 per an. 17. m. 2. dies 28. vsque ad diem 11. Decembris anni 384. quo obiit.

Hilarius, Diaconus Luciferianus, vixisse videtur adhuc an. 384.

S. Cyrillus, Catecheson auctor, cum adhuc iunior esset, Ep. Hierosolymorum à sua sede sæpè deiectus, sæpè restitutus, obiit die 18. Martij an. 386.

Idarius Clarus, si idem est cum Ithacio Priscilliani apud Maximum tyrannum accusatore, vivebat anno 386.

S. Philastrius, Brixianus Ep. obiit Kal. Au-

Auctores Ecclesiastici,

gusti anni 387. succedente S. Gaudentio.

S. Gregorius Nazianzenus, dictus Theologus, Salimorum à S. Basilio creatus Ep. mortuo Valente Augusto an. 379. venit CP. & in Concilio Generali II. anno 381. pro pace Ecclesiæ loco sibi debito cedens, rediit in patriam, ibique rure obiit die 9. Maij anni 389. *Cesarinus* eius frater aliquot ante eum annis defunctus est.

S. Macarius senior, Ægyptius Abbas, obiit die 15. Ianuarij anni 391.

Gregorius Bæticus, Eliberitanus Ep. viuebat adhuc anno 392: quo S. Hier. scribebat Catalogum de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Phœbadius, Agenni in Aquitania II. Episcopus, viuebat adhuc an. 392.

Fasstinus, Diaconus Schismaticus, viuebat adhuc an. circ. 392.

S. Amphilocheus, Iconij Ep. obiit die 23. Nouembrijs anno circ. 393.

Didymus, Alexandrinus, ab infantia cæcus, S. Hieronymi præceptor, obiisse videtur an. circ. 394.

S. Pachomius, Tabennensis in Ægypto Abbas, obiit die 14. Martijan. circ. 393.

D. Magnus Ansonius, Burdegalensis, Poëta, Consul cum Olybrio an. 379. obiit an. circ. 394.

S. Gregorius Nyssenus Ep. S. Basilij Cæsariensis & Petri Sebasteni Antistitum frater, diu vixit, obiitque die 9. Martij an. circ. 395. aut sequenti.

Nectarius, ab an. 382. Archiepiscopus CP.

IV. Christianæ æræ saculo.

obiit an. 397. successorem nactus S. Chrysostomum

S. Ambrosius, anno 333. natus, Mediolanensis Arch. post Auxentium Arianum consecratur die 7. Decembris anni 374. obiit diluculo Sabbati sancti die 4. Aprilis anni 397. ætatis 64. *Paulinus* Diaconus eius vitæ scriptor peruenit ad initium sequentis sæculi quo Simpliciano successerat iam Venerius.

Gelasius, senior, Cæsareæ Palæstinæ Ep. viuebat anno circiter 398.

Oresesius, Abbas Ægyptius, S. Pachomij æqualis, vixit an. 400.

Marcus, Eremita, vixisse videtur circa an. 400.

Asterius, Amasææ in Ponto Episcopus, viuebat anno 400. quo in Homilia de Calendis Eutropium Eunuchum anni præcedentis Consulem occisum fuisse retulit.

Diadochus, Photices Episcopus, dicitur vixisse hoc circiter tempore.

S. Vigilus, Tridentinus Ep. occisus est à Gentilibus die 26. Iunij anni vel 400. vel 405. Stilicone Consule.

V. Christianæ æræ saculo.

S. *Epiphanius*, Salaminæ, seu Constantiæ in Cypro Insula Episcopus, obiit die 12. Maij an. 403. ætatis 115.

Philo, Carpathi Insulæ ab eodem Epipha-

Auctores Ecclesiastici,

nio ordinatus Episcopus, vixisse eodem videtur tempore.

S. Macarius, iunior, dictus Alexandrinus, obiit in Sceti die 2. Ianuarij anni 404.

Aurelius Prudentius Clemens, Poëta Christianus, scribebat præfationem in Cathemerinon an. 405. æt. 57. natus Saliâ & Philippo Coss. an. 348.

S. Ioannes Chrysostomus, Archiepiscopus CP. creatus an. 398. dein ab Episcopis damnatus factione Eudoxiæ Arcadij vxoris eiectus in exilium obiit Comanis die 14. Septembris an. 407. ætatis 53. Adductæ eius reliquæ an. 438. sub Theodosio iuniore Imp. CP. & Proclo Patriarchâ.

Severianus, Gabalorum in Syria Ep. vixit sub Theodosio iuniore an. 408.

S. Chromatius, Aquileiæ Ep. obiit die 2. Decembris, an. circ. 410. cum annis 18. mensibus nouem sedisset.

S. Gaudentius, Brixianus, post S. Philastrium Episc. obiit die 35. Octobris, aut an. circ. 410. aut vt quidam, 418. vel 427.

Theophilus, post Tim. Alexandrinus Patriarcha, S. Chrysostomi aduersarius, obiit die 15. Octobris an. 412.

Synesius, Cyrenæus, seu Pentapolitanus Episc. viuebat an. circ. 412. Quo obierit die vel anno nescimus.

B. Lucianus, Presbyter, Hierosolymis scripsit epistolam de Inuentione Reliquiarum S. Stephani primi Martyris facta exeunte Decembri an. 415.

V. Christianæ ære seculo.

Ioannes Hierosolymitanus post S. Cyrillum auunculum suum ab anno 386. Episcopus, Origenistarum saltem per aliquod tempus amicus, obiisse anno 416. dicitur succedente Praylio.

Ruffinus Toranius, Aquileiensis Presbyter, S. Hieronymi aduersarius, obiisse videtur circa annum 410. aut sequentem in Sicilia ex S. Hieronymi pluribus locis vbi eum sub Grunni, Scorpij, aliisque titulis designat.

Palladius, Galata, Helenopoleos Ep. obiisse quoque creditur in Asia, circiter anno 418. aut 420.

S. Hieronymus, Stridonienis Dalmata, Presbyter à Paulino Patriarcha Antiocheno an. 378. ordinatus, obiit Bethleemi prope Hierosolymam die 30. Septembris an. 420. ætatis 91.

Seuerus Sulpitius, Primuliacensis in Aquitania Presbyter, obiisse videtur circa annum 422. Libros sacre Historiæ duos absoluerat anno 400. paullo ante obitum sancti Martini.

S. Aurelius Augustinus, Tagastæ in Africa natus an. 355. baptizatus 388. creatus Episcopus Hipponensis 396. obiit die 28. Aug. anno 430. ætatis 76. dum Hippo Regius à Vandalis obsideretur.

S. Pontius Paulinus, vir nobilissimus, ditissimus, & doctissimus, Consulatum gessit an. 375. Presbyter Barcinone ordinatus anno 394. Mediolanum & Romam venit, atque ad tumultum S. Felicis secessione factâ, Nolanus

Auctores Ecclesiastici,

creatus Episcopus, sanctissimè mortem obiit die 22. Iunij an. 431. æt. 78. quam descripsit Vranius Presbyter.

Claudius Marinus Victor, seu Victorinus, Rhetor Massiliensis & Poëta, vixit an. circ. 430. aut 440.

Sedulius, Presbyter, qui ad Macedonium Carmen, tum deinde Opus Paschale quinque libris scripsit, vixisse dicitur an. circ. 430. aut 440. Ab eo diuersus qui Comm. in S. Scripturam edidit.

Isidorus, Pelusiotà, discipulus S. Ioannis Chrysofomi & Abbas, vivebat adhuc an. 432. quantum ex eius Epistolis colligi potest, quas ad S. Cyrillum post Nestorij damnationem scripsit. Obiit 4. die Februarij.

Hesychius, Presbyter Hierosolymitanus, cuius meminerunt Cyrillus in vita Euthymij Archimandritæ & Theophanes, obiit anno 433. De eo aliisque vide infra initium sæculi septimi.

S. Vincencius, Lerinenfis Monachus & Presbyter, Commonitorium sub Peregrini nomine scribebat aduersus hæreses anno 414. triennio post Ephesinam Synodum : obiit die 24. Maii.

Socrates Scholasticus CP. & *Hermias Sozomenus*, patria Salaminius, secta Nouatiani, scribebant Historiam anno circiter 439. aut 440.

S. Sixtus III. Papa ab an. 432. per an. 7. & menses 11. vsque ad diem 28. Martij an. 440. quo obiit.

V. Christianæ ære sæculo.

S. Nilus, ex Præfecto Urbis CP. Monachus; obiit 12. Nouembris anno circiter 440. Alij annum 420. designant.

Draconius, Poëta sub Theodosio iuniore, vixit cir. annum 440. Carolo Magno longè antiquior.

S. Cyrillus, Alexandrinus post patrum suum Theophilum ab an. 412. Patriarcha, præfuit nomine Cælestini Papæ Synodo Ephesinæ an. 431. & obiit die 9. Iunij, an. 444. aut seq.

S. Proclus, ex Cyzici Ep. factus post Maximianum an. 434. Arch. CP. obiit 24. Octob. an. 446.

Ioannes Cassianus, Scythæ origine, patria Atheniensis, an. 404. S. Ioannis Chrysofomi Arch. CP. Diaconus, Massiliam postea secessit, ibique fundato S. Victoris Cœnobio, Asceticos libros annis 424. 426. 428. scripsit, & aduersus Nestorium de Incarnatione anno circ. 431. obiit die 23. Iulij, an. circ. 448.

S. Petrus Chrysologus, Rauennatensis ab an. 433. Episcopus, obiit die 2. Decembris anni 449. aut sequentis.

S. Hilarius, post S. Honoratum an. circ. 419. aut 430. creatus Arelatensis Archiepisc. vixit vsque ad diem 5. Maij anni 454. Ab eo diuersus Hilarius homo laicus, qui cum Prospero ad S. Augustinum scripsit.

S. Eucherius, senior, Lugdunensis Arch. ex Lerinenfi Monacho, vixit vsque ad diem 22. Iunij an. 454.

Basilus, Seleuciæ in Isauria Episcopus vi-

Auctores Ecclesiastici,

uebat post Chalcedonensem Synodum an.
circ. 455.

Valerianus, Cemelensis prope Nicaense
castrum trans Varum Episcopus in prouincia
Alpium Maritimarum, viuebat adhuc an. circ.
455.

S. Prosper, Aquitanus, cuius chronicon vsque
ad annum 455. & Urbem à Genferico captam
porrigitur, sub finem eiusdem anni, aut se-
quenti labente obiit, quantum ex Victorio A-
quitano erudito temporum calculatore datur
intelligi. Nec Regij - Lepidi, nec Reiorum,
nec Aurelianensis fuit Episcopus. Neque eer-
tum, eiusne, an alterius qui fuerit Antistes, me-
moria fiat die 25. Iunij aut 29. Iulij.

S. Simeon Stylita, Magnus dictus atque ad-
mirandus, obiit die 5. Ianuarij feriâ sextâ an.
460. ætatis 109.

Theodoretus, Cyri in Augusta Euphratesia
Episcopus ab an. Christi 423 interfuit Concilij
Generalibus Ephesino, & Chalcedonensi an-
nis 431. & 451. vixitque vsque ad annum sal-
tem 460. aut 466. ac sub Leone Aug. obiit
teste Gennadio.

Arnebius, qui dicitur iunior, vixisse vide-
tur an. circiter 460. Dicauit Comm. in Psal-
mos Leontio Arelatensi & Rustico Narbo-
nensi Archiepiscopi.

Salonius, S. Eucherij ante Episcopatum fi-
lius, institutus circa an. 426. in Lerinensi in-
sula, ac deinde Saluiani discipulus, & viuente
patre cum Verano fratre Ecclesiarum Magi-
ster, florebat an. circ. 460.

S. Leo

V. Christianæ æra sæculo.

S. Leo I Papa, natione Tuscus, ab an. 440.
per annos 20. menses 11. vsque ad diem 11.
Aprilis anni 461. quo obiit.

S. Maximus, Taurinensis in Alpibus Epi-
scopus obiit 5. Iulij anno circ. 466.

Claudianus Mamertus, Presbyter, ac fratris
sui S. Mamerti Viennensis Archiepiscopi ad-
iutor, obiit circa annum 466.

Idarius, siue Hydatius, Lemicæ in Gallecia
natus, & Aquarum-Flauiarum Episcopus,
Chronicon suum perduxit saltem vsque ad
annum 467.

Gelasius, Cyzicenus Cæsareæ Episcopus,
viuebat anno 476.

Faustus, ex Lerinensi Abbate post S. Maxi-
mum Reiensis in Prouincia II. Narbonensi
Episcopus, obiit die 16. Ianuarij an. circiter
480.

C. Sollis Apollinaris Sidonius, Aruernor-
um Episcopus, obiit die 23. Augusti, anno
482.

Saluianus, Massiliensis Presbyter, an. circ.
490. viuebat in senectute bona, teste Genna-
dio: cum libris de præsentij iudicio & Guber-
natione Dei scripsisset an. circ. 442.

Victor, Vticensis, seu Vitenensis in Africa Ep.
obiit die 23. Aug. an. circ. 488. aut 490.

Æneas, Gazzus sophista, scripsit circa
an. 490.

Cerealis, Castulensis in Africa Ep. viuebat
an. circ. 490.

Gennadius, Massiliensis Presbyter viuebat
an. 494; fortè etiam aliquot deinceps annis.

Auctores Ecclesiastici,

Sunt tamen qui obiisse velint anno 492. quod à vero abludivit.

Iulianus Pomerius, natione Maurus, apud Arelatem Abbas, vixit non tantum anno Christi 495. sed etiam post an. 500.

Andreas, Cæsareæ in Cappadecia Archiep. collocari solet circa an. 500.

VI. Christi ære seculo.

R*Vricius senior*, Lemouicensis Ep. vivebat adhuc anno 506. Quo anno ad superiores accesserit, non liquet.

Eugippius, Abbas Lucullanensis, vitam S. Seuerini Noricorum Apostoli scribebat an. 511.

Paschasius, S. R. E. Diaconus, obiit die 31. Maij, an. circ. 512.

Procopius, Gazæus ab Historico Cæsariensi diuersus vivebat an. circ. 520.

S. Alcinus Ecdicius Anitus, post Isicium patrem Viennensis Archiepiscopus ab an. circ. 490. vsque ad an. 520. aut seq. quo obiit die 5. Februarij.

Magnus Felix Ennodius, Ticinensis primum sub S. Epiphanio Diaconus, tum eiusdem vrbis Episcopus, pro Symmacho Papa Apologiam scripsit an. 503. missus CP. an. 517. obiit die 17. Iulij an. 521.

Anicius Manlius Severinus Boetius, Consulatum solus gessit an. 510. eiusque duo filij an. 522. deinde coniectus Ticini in carcerem ne-

VI. Christi ære seculo.

atus est iussu Theodorici Ostrogothorum Regis die 23. Octobris an. 524.

Ioannes Maxentius, Scytha, & Presbyter Antiochenus, vivebat an. 523. quemadmodum & *Petrus* ille Diaconus, qui ad S. Fulgentium de Fide Incarnationis & Gratia Christi anno 519. scripsit.

S. Fulgentius, venit Romam an 500. nondum Rulpentis Episcopus: in Sardiniam exulare iussus cum alijs Africanis Præsulibus iussu Thrasamundi Vandalorum Regis, sub Hildericio rediit an. 523. vixitque vsque ad Kalendas Ianuarij anni vel 529. ex Baronij aliorumque sententia, vel vt Chiffletius non ster contendit 533.

Dionysius, natione Scytha, Exiguus dictus, Romanus Abbas, vivebat adhuc an. circiter 533.

Eugippius, seu Euippius, aut Egiptius, Abbas Africanus, S. Fulgentio, Dionysio Exiguio, Ferrando Diacono, & Cassiodoro Senatori notissimus floruit circa an. 534. Erravit Sigebertus qui ad annum circiter 578. retulit Pelagij Papæ & Tiberij Imp. tempore.

Marcellinus Comes, Chronicon ab an 379. perduxit vsque ad annum 535. Appendix vsque ad an. 566. porrigitur.

Iustus, Orgellitanus Episcopus, frater Iustiniani, Nebridij & Elpidij Antistitum, vivebat, an. 540.

Arator, S. R. E. Subdiaconus an. 543. P. C. Basilij tertio, Actus Apostolorum Heroïco carmine expressos, Vigilio Papæ obtulit.

Auctores Ecclesiastici,

S. Casarius, ab anno 501. Arelatenfis Archiep. præfuit Concilio Agathenfi an. 506. & Arauficano II. an. 529. obiitque die 27. Aug. anni 43. aut fequentis.

Victor, Capuanus Epifcopus, aduerfus Victorij Canonem Palchalem fcribebat anno 545.

Ferrandus, Diaconus Carthaginenfis Ecclefiæ, S. Fulgentij vitæ multoꝝ umque aliorum opufculorum fcriptor, viuebat adhuc anno 548.

Vigilius, Afer, Diaconus, dein vt voluit Thapientifis in Byzacena prouincia Epifcopus, qui multa contra Arianos fub nomine fancti Athanaſij, & aduerfus alios Hæreticos fcripfit, viuebat an. 550.

Ruficus, S. R. E. Diaconus, Papæ Vigilio in caufa trium Capitulorum aduerfarius, viuebat an. 550.

Primasius, Adrumeti in Africa Epifc. viuebat anno 552. non verò, vt plerique allucinati funt, anno 40. sæculi præcedentis.

Iunilius, ignotæ vrbis in Africa Ep. viuebat an. circ. 552.

S. Datus, feu Dacius, Mediolanenſis Archiep. obiit CP. die 14. Ianuarij anni 552. aut vt alij 555.

Liberatus, Carthaginenſis Diaconus, viuebat an. circ. 560.

Dorotheus, Archimandrita, vixiſſe dicitur an. 560.

M. Aurelius Caſſiodorus Senator, Conſulatum geſſit ſolus an. 514. ac Theodorico, eius

VI. Chriſti æra ſæculo.

que ſucceſſoribus Gothorum Regibus cariffimus, tum relictis negotiis publicis, vni Deo vacans, poſt an. 562. in Viuarienſi Cenobio nonagenario aliquot annis maior obiit.

Victor Tononenſis in Africa Ep. auctor Chronici, trium Capitulorum defenſor acerrimus, obiit CP. an. 566.

Martinus, patria Pannonius, ex Dumienſi Abbate in Gallecia Bracarenſis Archiepiſc. obiit an. 580.

S. Ioan. Climacus, Abbas Montis Sina, obiit 30. Martij in circ. 580. aut vt alij malunt 605. cùm in eremo annos præter propter 60. in vniuerſum 81. vixiſſet.

Leontius, Byzantius, viuebat an. circiter 590.

S. Gregorius, Turonenſis, ab anno 572. Archiepiſcopus, obiit die 17. Nouemb. an. 594.

Ioannes, leiunator, poſt Eutychem Patr. CP. obiit anno 596.

Euagrius Scholaſticus, Hiſtoriz finem poſuit an. 597. Mauritij Imp. II. non verò Chriſti 595.

S. Anaſtaſius, Sinaïta, an. 572. à ſede Antiochena ſubſtituto Gregorio detectus, illo mortuo, eandem recuperavit an. 594. obiitque die 11. Aprilis an. 599.

Ioannes, ex Bielarenſi Abbate Gerundenſis Epifc. viuendo perueniſſe videtur vſque ad an. 600. Eius Chronicon an. 666. inchoatum, terminatur an. 589. teſte S. Iſidoro.

VII. *Ære Christi sæculo.*

S Gregorius I. Magnus, Pontifex Romanus per annos 13. menses 6. & dies 10. ab an. 590. vsque ad diem 12. Martij anni 604. quo obiit.

Hefychius, siue Esicius, Isaacium Græci quidam scriptores vocant, ex Presbytero Patr. Hierosolymitanus, viuebat eodem, cum sancto Gregorio tempore. Nondum video quamobrem non potuerit esse Auctor Commentariorum in Leuiticum, quos alij minus rectè Isicio, Salonitano siue antiquiori siue recentiori, alij Hefychio S. Gregorij Nazianzeni discipulo, alij Hefychio Presbytero Hierosolymitano cuius meminit Cyrillus in vita Euthymij, Theophanes & qui ait obiisse an. Theodosij iunioris 26. Christi 433. ideòque non floruit anno 460. alij Hefychio Presb. Hier. qui sub finem quinti aut initio sexti sæculi cum Procopio Gazæo vixerit. Non dubium enim quin plures fuerint Hefychij, itque Presbyteri Hierosolymitani.

S. Anastasius, Sinaitæ successor in sede Antiochena, occisus fuit à Iudæis die 21. Decembris anni 608.

Antiochus, Monachus Palæstinus, Pandetæ in 130. Homilias diuisi auctor, viuebat anno 616.

Leontius, Neapolcois in Cypro Ep. vitæ S.

VII. *Christi ære sæculo.*

Ioannis Eleemosynarij scriptor, viuebat in circiter 620.

Ioannes Moschus, dictus etiam Euiratus, auctor Prati spiritualis, viuebat anno circiter 630.

Georgius Pisides, Ecclesiæ CP. Diaconus, scribebat anno 630.

S. Isidorus, post S. Leandrum fratrem suum Hispalensis Archiepisc. obiit die 4. Aprilis an. 636.

Sophronius, Patriarcha Hierosolymitanus; obiit die 11. Martij anno 636 Heraclij 26.

Isaias, Abbas, hoc sæculo vixisse creditur, quem admodum & *Aponius*, qui scripsit in Cantica, an. circ. 660.

S. Desiderius, Cadurcensis in Aquitania I. Ep. obiit die 19. Nouembris an. 660. certe hoc sæculo VII. non V. aut VI. initio.

S. Maximus, Abbas & Confessor dictus, iam ab anno 641. clarus, in exilio defunctus est die 13. Augusti anni 662.

Theodorus, Monasterij Rhaytu Abbas, videtur vixisse eodem anno 662.

S. Eligius, Nouiomensis an. 646. Episcopus die 14. Maij cum S. Audoen Rotomagensi Archiepiscopo creatus fuit, vixitque vsque ad finem 2. Decembris, quo obiit anno 662.

Ionas Italus, Bobiensis Monachus, & Abbas Cœnobij nondum comperti, viuebat adhuc an. circ. 665.

S. Ildefonsus, post S. Eugenium II. Toletanus Arch. obiit 23. Ianuarij an. 667.

Auctores Ecclesiastici;

Julianus Pomerius, post S. Quiricum S. II. defuncti successorem Toletanus Arch. obiit 8. Martij an. 690

Felix, post Iulianum Archiep. Toletanus an. 693. præfuit Concilio Tol. XVI.

VIII. Christi ære sæculo.

S *Adelmus* seu Alclmus, ex Maidubiensi Abbate Scirebargensis in Anglia Ep. obiit 28. Martij an. 709.

Sedulius, Episcopus Britannix de genere Scotorum cum Fergisto Episcopo Scotix Pictæ sub scripsit Synodo Romanæ sub Gregorio II. an. 711

Marcellinus, Presbyter, socius S. Suitberti, Dauentrix obiit die 14 Julij an. circ. 730.

S. Gregorius II Papa per an. 16. menses 8. & dies 26. ab an. 714. ad diem 15. Febr. an. 731.

Ven. Beda, Presbyter, & Monachus Anglus, natus an. 663. obiit die 26. Maij an. 735. non verò vt Baronius, Spondanus, &c. an. 776. ætatis 66.

S. Germanus, ad anno 714. Patr. CP. Leonis filium Constantinum Copronymum an. 719. sacro fonte abluit, propter cultum sacrarum Imaginum abdicauit anno 730. & obiit die 12. Maij circa an. 740

Gregorius III. Papa per annos 10. menses 9. & dies 21. ab an. 731. ad diem 28. Nouembris anni 741.

VIII. Christi ære sæculo.

S. Ioannes, cognomento Manzor, seu Chrysoforhoas, patriâ Damascenus, floruit ab anno 730. ad annum circiter 750. obiit die 6. Maij.

Antonius, Monachus, qui ab opere suo dicitur Melissa, videtur pauld post sanctum Damascenum vixisse, aut certè eius quisquis fuit interpolator.

S. Bonifacius, natione Anglus, à Gregorio II Papa missus an. 722 in Germaniam Episcopus, ac deinde ab anno 745. Moguntinus Archiepisc. occisus est à Frisus Paganis die 5. Iunij anni 754.

Ambrosius Auperius, malè vulgò dictus Ansbertus, ex Gallia oriundus, in Monasterio O. B. in Samno ad fontes Vulturini sito diu vixit, cùmque eius Abbas non duobus integris annis fuisse, obiit an. 778 Ind. 11. idèò que errant plerique omnes qui hæcenus sæculo nono addixerunt sub Carolo Crasso circ. an. 885. Authpertus Abbas Casinensis per annos tres obiit an. 837.

Hadrianus I. Papa per an. 23. menses 10. & dies 17. ab an. 772. vsque ad diem 26. Decembris an. 795.

IX. Ære Christianæ sæculo.

P *Aulus* Warnefridi, patriâ Langobardus, Diaconus Aquileiensis, cum Desiderio Rege Langobardorum, cui erat à secretis, captus anno 774. à Carolo Magno, postea Mo-

Auctores Ecclesiastici,

nachus Cassinensis, obiisse dicitur initio sæculi IX. circa an. 801.

Paulinus, Aquileiensis Patriarcha, obiit die 11. Ianuarij an. 802. aut potius sequentis.

Albinus Flaccus Aemius, Britannus Carolo Magno carissimus, S. Martini Turonensis Abbas, obiit die 19. Maij an. 804.

Vsuardus, Monachus O. B. in cœnobio S. Germani de Prato, atque ex Blondelli & quorundam opinatione S. Saluatoris Vicecomitis Abbas vivebat an. 806. sub Carolo Magno ex communi sententia: Rectius tamen facere eos, qui cum Bollando nostro ad tempora Caroli Calui, eaque, vt opinor, extema, Martyrologum illum reuocant, docet inter cætera mentio vel vnus S. Eulogij Martyris Cordubæ in Hispania passi die 11. Martij Sabato hora nona Æra 897. hoc est anno Christi 859. post multos alios annis 851. 853. 857. interfectos tempore illius Persecutionis Arabicæ. Quod verò Vsuardus eius meminerit die dumtaxat 20. Septembris, inde id factum reor, quod in illum incidit corporis eius Translatio anno 860. facta. Plura paullo post vide in Addendis ad II. Tomum.

S. Ludgerus, Monasteriensis in Westfalia Ep. obiit die 26. Martij anni 809.

Amalarius Fortunatus, Arch. Treuirensis obiit an. 814. saltem ante annum 817. quo Hetti Treuiris sedebat.

Theodulfus, ex Italia à Carolo Magno adductus, eiusque studio electus Abbas Floriacensis, & Ep. Aurelianensis saltem ab anno

IX. Christiana æra sæculo.

794. in carcerem coniectus est an. 818. ex quo egressus iussu Ludouici Pij Imp. obiit an. circiter 821. cum adsuam rediret Ecclesiam.

Sedulius, Scotus, sacræ Scripturæ Interpres, floruisse dicitur anno 818.

Claudius, natione Hispanus, Felicis Vrgelitani discipulus, ex Clerico Palatii Ludouici Pij, Taurinensis Episcopus, obiit an. circ. 825. S. Crucis & Imaginum hostis.

Theodorus, Studita, Archimandrita doctissimus, obiit die 11. Nouembris an. 826. ætatis 67 Michael Monachus eius vitam scripsit.

S. Nicephorus, Patriarcha CP. ab anno 806, electus à Leone Armeno an. 814. obiit in exilio die 13. Martij anno 828.

Halitgarus, Cameracensis Ep. obiit die 25. Iunij anni 830. sepultus in monte S. Eligij prope Atrebatum.

Dungalus, Diaconus, floruit sub Carolo Magno, eiusque filio Pio, vsque ad an. circ. 830.

Amalarius, Metensis Ecclesiæ Diaconus, an. 816. in Concilio Aquisgranensi Regulam Canoniorum scripsit, & an. 827. libros 4. Officiales dictos, missus Romam ad Gregorium IV. Papam à Ludouico Pio antequam scriberet Antiphonarium, vixitque vsque ad an. circ. 836.

Eginarthus, vitæ Caroli Magni an. 814. defuncti, scriptor, eiusque, vt ferunt, gener ac Notarius, tum Abbas Selingenstadiensis O. B. vivebat adhuc an. 840. obiisse dicitur 25. Iulij 843. aut sequentis, sed falsò, si verè scri-

Auſtoris Eccleſiaſtici,

piſt Trithemius inter fuiſſe Concilio Moguntino aduerſus Gotſcalcum an. 848.

Hilduinus, Abbas S. Dionyſij, S. Medardi, S. Germani, &c. Ludouico Pio, eiufque filio Lothario cariffimus, obiſſe dicitur 30. Octobris an. 842. neque tamen res controuerſia vacat.

Ionas, poſt Theodulfum ab an. circ 822. Aurelianenſis Ep. obiit an. 842. aut ſequenti poſt mortem Ludouici Pij ſub Carolo Caluo, cui libros de Imaginum cultu dicauit.

Ardo, Smaragdus dictus, Cœnobij Anianæ in Septimania diœceſis Magalonenſis Monachus, obiit ſexagenarius die 7. Martij an. 843.

Eusebius libri v. Historiæ cap. 24. ex Poly-cratis epistola ad Victorem Papam, Melitonom hunc *ἢ δι' ἄλλων* vocat, *ἢ ὡς ἀρχιεπίσκοπος πάρις παύλος ἐπίσκοπος*, ἢ καὶ τῶν ἐν Σαρδίαι περὶ ἄλλων *ἢ δι' ἄλλων* οὐρανῶν ἐπισκοπῆς, ἢ ἢ ἐκ τεικῶν ἀεισῶσται. Videndus quoque S. Hieronymus in Catalogo v. Polycrates. Idem Eusebius ex libris Melitonis, quos nemini ignotos esse asserit, citat libros de Pascha, Excerpta siue Eclogas ex sacris Scripturis, & Apologeticum, quem v. c. Henricus Valeſius in Notis colligit post obitum Lucij Aurelij Veri scriptum fuisse, si eo superstite prodiiſſet pro verbis *μετὰ τὸ παύσει*, dixisset omnino *μετὰ τὸ ἀδελφῶν* cum Lucius frater adoptiuus Marci Antonini fuerit. Addit quoque ex Chronico Alexandrino Epistolam ad Commune Asiæ datam, quæ extat cap. 13. libri 1v. non ab Antonino Pio, vt Eusebius censuit, sed à Marco fuisse missam, qua vetabat, ne quis impoſterum Christianos religionis suæ causa calumniaretur. Quod si Marcus Antoninus Melitonis aliorumque Christianorum Antistitem supplicationibus permotus id præstitit, dicendum profecto est eam, non anno eius Imperij primo Tribunitiæ potestatis 15. sed anno demum decimo post Lucij obitum conscriptam fuisse, quo Apologeticum illum elucubratum esse coniuncta Eusebiana & Alexandrini Chronicorum auctoribus persuadet. Verùm cum epistola in ti-

tulo disertè annum Tribunitiæ potestatis xv. Consulatum verò tertium designet, atque in fine capituli ipse Melito Sardenſis Ecclesiæ Episcopus tanquam huius epistolæ testis laudetur in Apologetico illo longè vtilissimo, quem ad Imp. pro religione nostra conscripſit, dubitationi nullus debet esse locus, quin epistola ad Commune Asiæ Apologeticum præcesserit: in quo errauit auctor Chronici Alexandrini, qui eodem anno vtriusque meminit. In fine legè quæſtione siue interrogatione xx. in Genesim, non in Exodum, vt nescio quo pacto irrepſit.

De Methodio Martyre.

PAg. 88. ad Magnam] his verbis: Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes; alteri Methodius, Eusebius & Apollinarius fortissimè responderunt: quorum Origenes octo scripsit libros; Methodius vsque ad decem millia procedit versusum; Eusebius & Apollinarius 25. & 30. volumina condiderunt. Eiusdem meminit S. Maximus Martyr in scholiis ad caput 7. libri Hierarchiæ Ecclesiasticæ. Cur verò omiserit eius meminisse Eusebius, inde id profectum volunt, quod in Origenem styulum strinxisset Methodius. Sixtus Senensis libro 4. annotat operis eius in Apocalypsin fragmenta legi in Rhapodiis explanationum Aretæ Cæsariensis in eandem S. Ioannis Apocalypsin.

De Mose Propheta.

PAg. 97. Philo] & Iosephus Iudæi, Clemens Alexandrinus libro primo Stromaton ubi illud ex Numenio Pythagorico Philosopho *ἡ Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀνιμάζων*, Constantinus Magnus Orationis ad sanctorum cœtum cap. 17. Eusebius pluribus locis, Theodoretus libro 2. aduersus Gentes &c. Accusatus Magiæ à Plinio libro 30. cap. 1. Historiæ naturalis & inter Magos cum Iamne & Iotape recensitus: accusatus etiam inscitæ à Iuliano Apostata apud S. Cyrillum, & à Galeno lib. 2. de vsu partium, & à Celso Epicureo apud Origenem libro 4. defenditur cum ab aliis, tum à Theophilo nostro in Hoplothea aduersus istum calumniæ.

De Nicephoro Callisto.

PAg. 101. Andronico iuniore] Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ sanctæ meminit octodecim librorum Historiæ Ecclesiasticæ & Synopses seu Contuitus totius Diuinæ Scripturæ Iambicis dimetris digesti, in quo argumenta omnium Sacrorum voluminum breuiter complexus est, sed malè asserit claruisse sub Emanuèle Imperatore anno Domini millesimo centesimo. Ducentis enim annis posterior fuit Nicephorus; nec anno 1100. imperabat Constantinopoli Emanuël, sed auius eius Alexius Comnenus.

De S. Nicephoro Patriarcha CP.

PAg. 105. labefactare] anno 1539. Beatus Rhenanus excudendum curauit Basileæ post Eusebij Ecclesiasticam & Cassiodori Tripartitam Historiam fragmentum ex Anastasij Bibliothecarij Historia Ecclesiastica è Syncelli Theophanisque lucubrationsibus expressa, cui hunc titulum dedit: Historia Ecclesiastica à Nicephoro Græco Monacho conscripta, incertum quonam interprete, iam olim Latine versa. Incipit autem à temporibus Theodosij iunioris, in qua Tripartita desinit, & quatuor deinceps Imperatorum tempora continet. Origo erroris inde promanauit quòd Anastasij Historiæ Ecclesiasticæ præfixa esset ab eodem Anastasio Latine versa sancti Nicephori breuis Chronologia.

Pag. 108. lege, quam & nos post nostras in Michaëlis Glycæ Annales Annotationes recudendam curauimus.

Pag. 109. cum marginalibus notis & argumentis ab homine hæretico S. G. S. Geneuæ anno 1593. stabulanti, atque Hadriano Iunio Tyongio Dordraceno dedicanti. Ego si quid auguror ex vestigiis singularum illarum notarum agnoscendum censeo Simonem Goulartium Siluanectensem, inter Calvinianæ hæreseos mangones eo tempore non postremum. Quod si quis alius coniecerit felicius, diuinationem ille suam omnibus prodat.

De Nicolao Cabasila.

P Ag. 115. noster Bellarminus] Sixtus Senensis O. P. vir doctissimus libro 4. Bibliotheca sanctæ tradit Cabasilam scripsisse anno Domini 1300. (forte dicere voluit 1350.) observationum in visionem quatuor animalium Ezechielis Prophetæ librum vnum, in quo inter cetera de Throno & specie hominis desuper apparente, qui Græcè in Vaticano seruaretur. Nondum produisse arbitror.

De Nicolao Cusano.

P Ag. 117. de Genesi] Sixtus Senensis loco supra indicato ait virum illum supra quam cuique credibile est eruditissimum, cui docta quædam tam in verbis quàm in sententiis amica fuit obscuritas, edidisse in principium Geneseos breuem Dialogum tantæ obscuritatis, vt vix à doctissimis viris possit intelligi. Item in illud Iacobi cap. primi, Omne datum optimum ad Gerhardum Episcopum Solonensem de dato Patris luminum librum vnum. Item sermones encyclicos per anni circulum & quadragesimam: quorum longitudinem ipse pertæsus collegit ex his veluti ex vberissimis campis flores elegantiores & in libros 10. Exercitationum (in editis vulgo Excitationes dicuntur,) spiritualium prænotatos digessit. Horum initium est, Tu quis es?

De Nicolao Gorrano.

P Ag. 119. Verùm] Sixtus Senensis, qui anno salutis nostræ 1390. collocat, Alfonso Fernandes, similèque Dominicani, &c. Idem Sixtus ex breuibus eius in vniuersa Biblia scholasticò & aperto sermone scriptis Commentariis ac sacrorum voluminum studiosis valdè proficuis se vidisse Venetiis in Bibliotheca Diuorum Ioannis & Pauli, in *Pentateuchum*, in *Psalterium*, in *Ecclesiasten*, in *Ecclesiasticum*, in *Threnos*, in *Cantica Canticorum*, in *Mathæum*, in *Marcum*, in *Lucam* & *Ioannem*, & in omnes *Epistolas Pauli*. Trithemius in sententias & alia plura addit.

De Nicolao Lyrano,

P Ag. 122. allegorias, &c.] Sixtus Senensis à Trithemio deceptus natione Anglum, vel ex Lyra Brabantia oppido ex aliorum æquè falsa opinatione asseruit; librorum 85. postillæ eius œconomiam bellè exposuitiis additis: Scripserunt Annotationes ac Censuras in omnia eius opera Paulus Episcopus Burgenfis, Diegus Deza, & Mathæus Doringus: quorum prior Lyranæ expositiones ceu Hebræis & Christianis aucto-ribus contrarias oppugnauit, posterior aduersus locos aliquot, in quibus Lyranus Diuo Thomæ aduersatur, defensiones edidit: tertius pro Lyrano aduersus Episcopum Burgensem decertat.

De Odone Cameracensi.

PAg. 129. Colonienſis inſeruit] nimirum, de peccato originali libros tres; de blaſphemia in Spiritum ſanctum librum vnum, & Homiliam de Villico iniquitatis ad caput xvi. Euangelij ſecundum Lucam. Huius dumtaxat meminit Sixtus Senenſis, qui apud ſuos præcipuum declamatorem appellat, & de eius ætate omnino ſilet.

De Oecumenio.

PAg. 133. Sixtus Senenſis libro 4. Bibliothecæ ait Græcum hunc auctorem, qui vt ex temporibus auctorum, qui ab eo citantur apparet, claruit poſt annum Domini 800. in veterum Commentariis aſſiduè euoluendis verſatum collegiſſe ſolerti curâ ex dictis præſtantiſſimorum Græcæ Eccleſiæ Doctorem nobiles annotationum Commentarios in Oſteuteuchum, quos ipſe in Commentariis ſuis in Epistolam ad Hebræos capite ſexto ſe ſcripiſſe teſtatur. Addit quoque præterea ſcripiſſe perſimili induſtria Catenam explanationum in quatuor Euangelia. Quod verò ſubiungit de libro vno in Apocalypſim videtur Aretæ opusculum, quod extat, Oecumenio tribuiſſe, qui teſtimoniis SS. Patrum ſuas pariter explanationes proprio nomine prænotatas inferre ſolet, vt ex titulo cognoſcat Lector, quid ab ipſo, & quid ab aliis Patribus habeat.

*De**De Olympiodoro.*

PAg. 134. Sixtus Senenſis libro 4. Bibliothecæ ſanctæ duos Olympiodoros ſtatuit: primum Monachum natione Græcum, Peripateticæ ſcholæ Philoſophum, cuique tribuit, tum præclaros in Ariſtotelis Meteora Commentarios, tum elegantem iuxta triplicem ſenſum in Eccleſiaſten Salomonis enarrationem. Alterum verò Diaconum pariter Græcum, qui Græcè ſcriperit in totum librum Iob erudiſſimos & elegantiſſimos iuxta literæ ſenſum Commentarios: quorum multa fragmenta extant Genuæ in Catena Græca ſuper Iob in Bibliotheca Saulia; opus verò integrum in Bibliotheca Vaticana ſeruetur.

M. Antonius Agellius anno 1598. Romæ in 4. apud Franciſcum Zannetum edidit, ſed Latine dumtaxat, Excerpta ex Commentariis Origenis, Olympiodori, & aliorum quorundam in Threnos Ieremiæ fragmenta, vt poſtea in Origene commonebimus.

Quod ſi Commentariorum Meteorologicorum auctor fuit Olympiodorus ille Philoſophus magiſter Procli circa annum Chriſti 470. longius proſectò aberrant, qui eundem cum Monacho aut cum Diacono confundunt; qua de re eorumque omnium ætate ampliandum cenſeo.

C c c

De Optato Milenitano.

PAg. 138. Baronius verò] scribe ad annum 368. contendit pluribus coniecturis, tum ex SS. Hieronymo in Catalogo & Augustino aduersus Parmenianum & lib. 2. de Doct. Christ. c. 40. tum ex ipso opere, &c.

Sic itaque legi debet eximius ille Optati locus ex libro secundo quo vel solo conuicti Nouatores omnes ad Catholicam redirent Ecclesiam, si vel exigua in eis pietatis ac veræ, non dicam fidei, sed etiam rationis scintilla remanisset: *Sedit prior Petrus. Cui successit Linus, &c. Iulio Liberius, Liberio Damasus (Damaso Siricius) hodie, qui noster est socius: cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat. Vestra cathedra vos (Lutherani, Caluiniani, Sociniani, Anabaptistæ, &c.) originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare. Unde est ergo, quòd clauis regni vobis usurpare contenditis, qui contra Cathedram Petri vestris presumptionibus & audacis sacrilegio militatis? In consilio impietatis itum est à maioribus vestris, ut dividerent Ecclesiam: Inerunt etiam peccatorum viam, dum Christum pariri conati sunt, &c. ad quæ schismatis hæreseòque fautores prouoco, vt respiscant. Intelligite serò vos esse filios impios, vos esse ramos fractos ab arbore, vos esse abscissos palmites à vite, vos esse riuum concisum à fonte, &c.*

De Origene.

PAg. 139. & seqq. de eo multa strictim diximus, & ad illos, qui diffusè de eodem egerunt Lectores amandauimus, quibus adiunge V. C. Henricum Valesium, qui in Annotationibus plurima passim de Origene inserit, Spencerum, Theophilum pag 47. Hoplothezæ & alibi. Expectamus quoque virorum doctorum lucubrationes, qui plurima Originis volumina Græcè & Latine publicanda pollicentur, cum dissertatione Critica de variis operibus, aut sub eius, aut sub aliorum nomine falsè hætenus euulgatis, hæc in antecessum pauca.

I. Porphytius in tertio aduersus Christianam religionem volumine teste Eusebio libri 6. cap. 19. tradit Origenem versatum fuisse assiduè cum Platone; Numenij, Cronij, Apollonphanis, Longini, Moderati, Nicomachi, & aliorum è Pythagoræ (scholâ, Chæremonis quoque Stoici, & Cornuti libros lectitasse, cumque ab iis allegoricum mysteria explicandi modum didicisset, ad Iudaicas scripturas transfulisse, &c.

II. Idem asserit Ammonij Christiani Philosophi auditorum fuisse Origenem nostrum Chalcenterum. An verò præter hunc fuerit & alter eiusdem Ammonij cum Herennio & Plotino discipulus Origenes, disputat Valesius pag. 120. euincitque prolatis Longini in libro de Fine, & Porphyrij in vita Plotini

testimonium ex quibus aperte colligitur alterum illum Origenem Philosophum Platonicum pauca admodum scripsisse, & Adamantio substitum ad aliquot annos fuisse sub Gallieni Augusti imperio.

III. Origenis obitum rectius in annum Christi 254. quàm 252. conferri debere: neque enim aut Eusebium libri 7. cap. 1. disertè docet circa initia imperij Galli mortuum esse, sed eo dumtaxat imperante, *Ὡς ἴσως ἐς πύτυ τι λήθη*, & vox illa dubitantis prope apud S. Hieronymum ep. 65. ad Pammachium indicat non præcisum se, sed popularem numerum iniuisse. Valentiora verò sunt, quæ pro anno Galli tertio proferruntur ex eodem Eusebio, aliisque argumenta.

IV. Eusebium libro 3. de Vita Pamphili *ἱερομαρτυρος* scripsisse Indices librorum Origenis, ut docet S. Hieronymus Apologia 2. aduersus Rufinum, qui si nunc præsto essent, haud ægrè spuria & suppositicia à veris genuinisque separare liceret & deperditorum iacturam lugere cum plerisque viris eruditis. S. Hier. Proœmio Comm. in librum 1. in Esaiam Prophetam refert Origenis 30. volumina, è quibus vicissim sextus liber non inuenitur; Ferruntur & alij sub nomine eius de visione *πνευματικῆς* duo ad Gratam libri, qui pseudographi putantur, & viginti quinque Homiliæ, & *συνομιλίαι*, quas nos Excerpta possumus appellare, ut omittam quæ de Eusebio, Didymo & Apollinario adtexit. Idem aliique Origenem testantur scripsisse in Iobum, in Psalmos, in Præ-

uerbia Salomonis, in Ecclesiasten, in Ieremiam, in Threnos, in XII. Prophetas, in Marcum, similisque Scripturæ libros Commentaria, in quatuor Geneseos capita continnatæ explanationis Tomos XIII. ex quibus fragmentum exhibet Euf. lib. 6. de Præparatione Euangelica cap. 9.

V. Ex Origenis, Olympiodori & quorundam aliorum in Threnos Hieremiæ Commentariis multa instar Catenæ edidit Latina dumtaxat dialecto M. Antonius Agellius cum suis ad vulgatum S. Hieronymi versionem explanationibus Romæ iam ab anno 1598. apud Franciscum Zannetum in 4.

VI. Cùm hæc nostra de Origenis libris aduersus Celsum sub prælo versarentur, nondum venerat in manus meas Anglicana studio. Guillelmi Spenceri Cantabrigiæ Collegij SS. Trinitatis Socij procurata in 4. anno 1658. cum eiusdem Origenis Philocalia, cuius etiam versionem recognouit & Annotationes adiecit cum Indice locupletissimo. Quod verò ad Historiam Susannæ attinet, extat quoque de eadem fragmentum ex Origenis Stromatum libro 10. apud S. Hieronymum in Commentariis in Danielem Prophetam.

VII. Origenis Epistolas ad Philippum Arabem Imperatorem eiusque coniugem Seueram Augustam eruditus viris confictas videri, quanquam earum mentionem fecerit Eusebius cap. 35. libri vi.

Pag. 141. In lib. Regum de Cantico Annæ homilia vna.

Pag. 144. Græcè scripsisse] cùm alij ex Ægypto, Syria, Asia, atque Europa, Ariani id commodius præstare potuerint.

Et Tractatus 35.] Sixtus Senensis obseruat Origenem composuisse in totum Matthæi Euangelium Tomos 36. ex quibus decem Tomi primi desiderantur, cæteri supersunt, ab explanatione videlicet eius loci. *Tunc dimissis tuis venit in domum suam*, quos librarij imprudenter in Tractatus siue Homilias 35. diuiserunt, cùm nec vestigium in ipsis appareat homiliatici generis, quod semper à breuibz exordiis in præfatiunculas & doxologiis decurrit. Idem addit ex 25. Homiliis in varios Matthæi locos extare modo sex, atque vltimæ, quæ est de aduentu filij hominis ad iudicium, priorem partem resectam esse ex Tractatu Origenis in Matthæum 34. posteriorem verò partem videri continere duo Latinorum Patrum fragmenta: quorum alterum habetur in sine Commentariorum Hieronymi in Isaiam, alterum apud Gregorium libro 15. Moralium capite 14. Nec dubium esse, quin pleraque iis similia hinc inde excerpta inueniri etiam in nonnullis homiliis, quæ sub Origenis nomine in varios Euangeliorum locos leguntur. De homiliis 39. in Lucam & nouem Tomis integræ explanationis in Ioannis Euangelium ad Ambrosium Alexandrinum à Perionio ex veteri codice Regiæ Bibliothecæ versis dabit plura idem Sixtus, quem in his aliisque consuluisset

non pigebit, modò postrema eius de Origene verba corrigas, quibus asserit anno ætatis 70. mortuum esse Tyri, atque ibidem sepultum anno à Christo nato 260. neque enim ad ea tempora peruenerunt Gallus & Volusianus. Scripsisse pro Origene apologeticos libros memorant Pamphilum Cæsariensem Martyrem, Eusebium, Didymum, Methodium, Basilium & Nazianzenum, Rufinum, Mirandulam, Merliam Viçturniensem, aliòsque.

De Paschasio Raberto.

Pag. 156. Peccauit quoque in assignanda ætate Paschasij Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ, qui elaruisse ait sub Carolo Crasso Imperatore anno Domini 880.

Pag. 157. dissimulante Aubertino] Legenda quoque Præfatio Viri eruditissimi Nicolai Mamerani ad Reuerendum in Christo Patrem Adolphum Archiepiscopum Coloniensem, &c. ex qua sub finem VIIII. Tomi editionis primæ Bibliothecæ Veterum Patrum anni 1576. hæc leguntur excerpta post Indices quatuor: Verum videamus in pauculis aliquot huius falsarij temerariam audaciam. Ac primum, sic ille ritus Ecclesiæ Romanæ exosos habuit, vt vbicumque in Paschasio vel Sacerdotis, vel altaris, vel immolationis, vel consecrationis, vel pœnitentiæ nomen inuenit, id aut omiserit, aut eo expuncto aliud subrogauerit: nimirum loco Sacerdotis vbique ministrum Ecclesiæ aut ministrum verbi Christi po-

fuit, quod non est Paschasianum; loco altaris; mensam Domini: loco immolationis, intercessionem: loco consecrationis, benedictionem: loco penitentiae, agnitionem peccati. Fidei vocabulum & credentis & credulitatis ubique de suo ad nauseam vsque pro more no-
 uae ipsorum Ecclesiae inculcat & ingerit. Sunt autem Sacramenta Christi, inquit Paschasius, in Ecclesia Baptismus & Chrisma, Corpus quoque Domini & Sanguis: Hic Gustus perfidè omisit, & Chrisma, adiecitque de suo post vocem, Ecclesia, Catholica quasi vera & Catholica Ecclesia tantum duo habeat & agnoscat Sacramenta: insuperque in margine, vt perfidiam hanc auget, annotauit; Duo tantum sunt Sacramenta, cum tamen Paschasius tria ponat, neque vocem hanc, tantum, habeat, vt ad ternarium numerum Sacramenta Ecclesiae restringat. Item corruptit hunc locum: Quod à credente in verbo Christi diuinitus per Spiritum sanctum reuera esitatur, pro eo, quod Paschasius habet, quod per Sacerdotem super altari in verbo Christi per Spiritum sanctum diuinitus consecratur, ubi in pauculis verbis infinitam vide ex proposito malitiam perfidiamque. Item initium, cap. 19. quod incipit, Vnde Sacerdos, & totum omisit. Item capitis 20. initium, Ceterum Angelorum, &c. omisit. Cap. 24. perfide hæc Paschasij verba: Quotidie pro nobis Christus mysticè immolatur, mutauit non ferens quotidianam immolationem, & sic posuit. Quotidie Christi intercessione opusest.

&c. quæ in demonstratis fontibus inuenies copiosius exposita ad Nouatorum infamiam semperniternam.

De Paulinis Aquileiensis & Nolano.

PAg. 159. aut potius sequentis] vt modò numerare solemus more Romano. O Pauline pater pastor, &c. in morem Epitaphij scripsit Alcuinus. Ex Walafridi cap. 25. de rebus Ecclesiasticis discimus composuisse hymnos.

Pag. 160. sæpe iam editus] Primo in 16. Enchiridij forma apparuit anno 1569. studio Eli. Phil. hoc est Ioannis Tilij ex Briocensi Meldensis Episcopi post opus Carolo Magno Francorum Regi adscriptum de Imagino cultu. Eli. Phil. ne cum multis anxius hæreas, Eliam Philyram designant Hebræo Græcòque vocabulis.

Pag. 166. S. Paulino Nolano, quem tanti fecit S. Hieronymus vt diceret; Paulinus, in Epistolari studio prope Tullium repræsentans, voce me prouocat ad scribendum, terret eloquentiã, Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ tribuit de Benedictionibus Patriarcharum iuxta allegoriam Latino ac nitido sermone librum vnum, ad imitationem Ruffini Aquileiensis Presbyteri, à quo epistolis impetrauerat eiusdem argumenti libros duos. Verùm nec extat liber ille, nec eius vlla mentio apud Gennadium capite Catalogi supra laudato.

Pag. 168. nonnullis veteribus] certè con-

suetudinem inter Apostolum Paulum ac Philosophum Senecam innunt verba illa Venerabilis Petri Cluniacensis Abbatis ad articulum primum Hæreseos Petrobussianorum: Nonne ipsi Paulo famosus ille Philosophus Seneca dixit, nullas se credere suffecturas ætates ad litterarum illarum altitudinem capiendam? nonne & illa crudelis bestia Nero his eodem Philosopho recitante auditis mirari se dixit, vnde homini, vt dicebat, indocto tanta scientia inesse potuit.

De Paulo Baryensi.

Pag. 169. O...A. aliósq[ue] J Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ tradit in gratiam filij sui differuisse ex singulis Diuinæ Scripturæ libris loca quamplurima aduersus Nicolai Lyrani commentarios, quibus has decertationes, suas adiecit, conatúmque in his esse omnes Lyrani explanationes vel tanquam reprehensione dignas corrigere, vel tanquam in absolutas deficientesque supplere. Vide supra v. Nicolaus de Lyra. Idem asserit natione Hispanum fuisse, ex oppido S. Mariz, leuitici generis, &c.

De Paulo Diacono.

Pag. 171. Petrus Diaconus J Monachus ac Bibliothecarius sacri Casinensis Archiepiscopi in opusculo de Viris Illustribus Casinensibus nuper ex Bibliotheca Barbarina excuso

opera Ioan. Bapt. Mari Romani sancti Angeli in Foro Piscium Canonici cap. 8. nonnulla eius opuscula recitat, Hymnos nimirum & Versus, Homilias 50. S. Gregorij vitam, expositionem Regulæ S. Benedicti, Historiam Longobardicam, & in Historia Eutropij quamplurima adiuncta. Vniuersas etiam lectiunculas à principio Mundi vsque ad suam ætatem vna cum annali computo Rhythmicè compositas. Addit sub Theodemario Abbate ad Casinum peruenisse, sepulúmque in eodem cœnobio iuxta Eccl. S. Bened. ante Capitulú. Grandè verò natu oportuisset fuisse, cum defunctus est, si verè scripsisset Leo Ostiensis cap. 17. libri 1. Chronici Casinensis eo tempore, quo primùm in Italiam Longobardi ingressi sunt, cum eis etiam Paulum venisse, & à puero disciplinis liberalibus eruditum, &c. Certè plusquam ducentis vixisset annis, cum hi anno 568, venerint, ille an. 774 adhuc esset superstes. Verùm hoc de abano scripsit.

Pag. 173. sed falsò J non equidem negauerim appendicem scripsisse ad Eutropij historiam, cum ea extet 8. libris (non tantum duobus) comprehensa ab xi. ad xviii. siue à Valentiniano I. ad annum 222 Christianæ 730. sed illud dumtaxat à veritate alienum censeo, Historiam quæ Miscella passim dicitur, tota quanta est, ab hoc Paulo Diacono aut à Landulfo Sagaci fuisse conscriptam, falsòque in editione Pithœana anni 1569. apud Petrum Pernam Basilicæ titulum hunc Miscellæ in 24. libris distributæ præfigi Eutropij Historia, cui Paulus A-

quilegientis Diaconus addidit rogatu Aldeber-
 ge Beneuentanz Ducis: deinde idem Paulus
 ex diuersis auctoribus colligens à Valentiniani
 Imperio vsque ad tempora Iustiniani perdu-
 xit: quem Landulfus Sagax sequutus plura &
 ipse ex diuersis auctoribus colligens in eadem
 Historia addidit, & perduxit vsque ad Impe-
 rium Leonis, id est annum Dominicæ Incar-
 nationis DCCCVI. Indi&ione VII. Hunc enim
 titulum mendacij redarguere potuit vel ipsa à
 Pithæo illi primum editioni addita præfatio A-
 nastasij Bibliothecarij ad Ioannem Leuitam seu
 Diaconum, quem longè aptius, vt mihi qui-
 dem semper visum est, dixerim Auctorem col-
 lectæ illius Historicæ, quæ Miscellæ no-
 men præfert, & sæpe sæpius excusa est. In edi-
 tione Hannouiana opera Iani Gruteri cum alijs
 Augustæ Historicæ Scriptoribus in folio procura-
 tata titulus grauissimo infectus est mendo,
 annus enim septingentesimus sextus pro octin-
 gentesimo sexto ex Græcanica scilicet suppu-
 tatione numerato expressus reperitur, neque
 hoc in notis suis obseruauit Gruterus in litera-
 rijs dumtaxat Grammaticorum more minu-
 tijs intentus: In eadem editione initio libri
 XVI. adscribitur continuatio Landulfi Sagacis,
 cum idem sit tenor sequentium ac præceden-
 tium librorum, idemque contextus orationis
 hinc inde varia soloce crassôque filo consarci-
 nantis. In Appendice verò, quæ dicitur Pau-
 li Diaconi, principium Iustiniani Magni Im-
 peratoris, à quo dicitur inchoasse Landulfus,
 occurrit sub medio libri XVII. vt videas om-

nia ista, non ab vno Paulo Diacono, sed à
 pluribus fuisse digesta: qua de re aliàs.

Ioannes Bapt. Matus in Notis obseruat præ-
 ter ea, quæ præmisimus, I. reperiri Epistolam
 vnam Pauli Diaconi ad Carolum Magnum
 Imp. MS. in Bibliotheca Casinensi, & aliam
 nomine Theodemari & Cas. Congr. scri-
 ptam. II. scripsisse de gestis Episcoporum Pa-
 pientium librum vnum. quem se vidisse testa-
 tur Galestinus. III. versus ad Arichem Prin-
 cipem Beneuentanum generum Desiderij Re-
 gis culos esse in Historia Principum Longo-
 bardorum Camilli Peregrini pag. 235. IV.
 Hymnū de passione S. Mercurij apud Petrum
 Pipernum Beneuentanum lib. 5. cap. 20. de
 effectibus Magicis, ac etiam alterum in tran-
 sflatione corporis eiusdem Beneuentum. V.
 Hymnū Alcaicum Dactylicum in festo Assum-
 ptæ Virginis Mariæ decantari solitum in Ec-
 clesia Beneuentana. VI. Vitam S. Gregorij
 Papæ I. tribus libris ab eo conscriptam serua-
 ri cod. 145. Bibl. Casinensis cum quibusdam
 homilijs, quarum vna de seruo debitore extat
 inter opuscula SS. Patrum Lugduni anno
 1615. edita per Thomam Galletum. VII. ex
 Henrico Ernstio in Medicea Bibliotheca ha-
 beri nonnullas eiusdem Pauli Homilias. VIII.
 Commentaria in Regulam S. Benedicti quæ
 Hugo Menardus Ruthardo Monacho Raba-
 niac Strabi auditori tribuenda censebat. IX.
 ab eodem Camillo excusam Syllogem quon-
 dam Chronologicam cum Historiola sub titulo
 ignoti Casinensis. Reliqua inedita vel imper-

fecta refert quæ tu apud eum per ocium Lectas cum epitaphio ab Hildericho Abbate Casinensi eius discipulo conscripto.

De Petro Chrysologo.

PAG. 191. Sixtus Senensis] Moritur, inquit lib. 4. Biblioth. suæ, apud Foro cornelienes circa annum Domini quingentesimum sub Anastasio Augusto, cum iam præfuisset Ecclesiæ Rauennati annos circiter sexaginta, duobus Consiliis quibus summa cum laude interfuit, magnopere illustratus. Quæ ut cernis procul à veritate defleunt. Sermones autem Petri idem breues quidem vocat, sed sensus grauitate venerandos, candore sermonis venustisque verborum stoliculis amœnos, argutis quibusdam sententiolis naturali quadam facilitate fluentibus incundos & validis quibusdam affectibus, tragicis interdum verbis expressis admirandos. Nuperi Eucharisticarum Lectionum Collectores mortem eius designant 3. Decembris anni 450. cum tamen Martyrologia diem præcedentem annotent, ac sancti Germani Episcopi Antissiodorensis sanctitate ac miraculis celeberrimi, tredecim minimùm annis, quàm oportuerit, celerius mortem Rauennæ obitam anno, scilicet Christi 435. affigunt. In nostram quoque Dissertationem irrepsit nescio quo pacto geminus error iam alibi obseruatus. Debuerant quippe Typothecæ exhibere 37. S. Leonis epistolam ad Leonem Rauennæ Episcopum datam sub Consulatu Mar-

In II. Tomo Addenda, &c. 783
 tiani Augusti. Hippolytus Maraccius mendosè patria Foroliuensem fuisse tradit & sermonem de Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis qui inter ipsius opera modò non extat, citari docet à Bartholomeo Pisano in præfatione librorum de Vita B. Mariæ.

De Petro Cluniacensi.

PAG. 144. Ministri Zuingliani] operæ prætium esset Saracenicæ omnia opuscula, quæ in his tribus Tomis continentur, quæque cum ex antiquioribus, tum ex recentis memoriæ Scriptoribus adiungi possent, iterum typographicis formis excudere, expunctis Hæreticorum aliorumque damnatæ memoriæ auctorum nominibus & quisquiliis. Hoc enim & ad Romanæ Ecclesiæ gloriam conduceret plurimum, & eis qui in Turcarum Imperio, in regnis Persarum & Mogorum. totòque Oriente cum Mahometanis congregati ac disputare nonnunquam solent, omnino necessarium. In Expurgatorio Indice iussu Pij IV. Romæ edito apud Paulum Manutium an. 1564. hæc leguntur pag. 25. Alchoranus Mahometis Basileæ impressus, & similes, cum scholiis & impiis annotationibus & præfationibus, item in vulgari lingua, non nisi ex concessione Inquisitorum haberi possit.

De Petro Damiani.

P Ag. 203. apud Bernardum] sunt quoque qui affirmant plerosque ex sermonibus illis, neque enim de omnibus id verum videtur, scriptos fuisse ad H. Campaniæ Comitem à Nicolao, qui ex Monacho Cœnobij Aremarenensis in Campania, transfuit ad Ordinem Cisterciensem, & sancto Bernardo Claraualensi Abbati fuit per aliquod tempus à secretis, ac deinde transfuga.

In cæteris quoque opusculis multa latere, quæ ad alios auctores pertineant, non diffiteor maiori otio & seueriori examini referenda.

De Petro Lombardo.

P Ag. 208. studia Theologorum] hoc sententiarum opus quadripartitum falsò quidam apud Gilbertum Genebrardum in Chronographia Bauduino enidam tribuerunt, cum verus sit Petri Lombardi fœtus, non secus ac Collectanea in Psalmos & Epistolas sancti Pauli. Quod verò Bauдини nomen aliquis fortè codex MS. prætulit, inde factum videtur, quòd librarius vel exscriptor fuerit ille, vel sanè quod codicis illius possessor. Cæterum Sixtus Senensis & alij minus exactè locuti videntur, cum eum claruisse anno 1140. scripserunt sub Conrado III. Imperatore.

De Petro Paludano.

P Ag. 211. materiam Confessionum] Reperi in Codice 874. Bibl. S. Victoris Parisiensis libellum huius, ut fallor, Petri Paludani: qui sic incipit: Quoniam sicut dicit Isidorus in libro de summo bono ad conuersionem & correctionem mortalium multum profunt exempla Sanctorum: idcirco ego, qui sum de Ordine Fratrum Prædicatorum, cogitavi ordinare ad vtilitatem peccatorum & consolationem Prædicatorum vnam Tabulam per alphabetum super Legendas Sanctorum compilatas à Fratre Iacobo de Voragine Ianuensi de Ordine Prædicatorum, ita quod prædicatoribus suis Prædicationibus exempla magis conuenientia citius & leuius inueniant, &c. tum in fine. Explicit legenda dicta Tabula super legendas Sanctorum, edita à Domino Patriarcha Hierosolymitano de Ord. Præd. Amen.

De Philone Indæo.

P Ag. 219. Sixtus Senensis] De Biblicarum Antiquitatum libro hæc crudité pronuntiat: in quo per modum breuis Historiæ vetus omne Testamentum perstringitur vsque ad obitum Saulis, sed pharisis eius vbique Hebraismum redolens & narratio rebus apocryphis passim abundans indicant opus, aut huius non esse Philonis, aut si fortè eius sit, non Græco, sed Hebraico sermone ab ipso fuisse conscriptum. Idem rectè subiungit Fragmentum

tum *Quæstionum & solutionum* in *Genesim* ex ipsa doctrina & phrasi esse Iudæi alicuius, non tamen Philonis, qui in eis aliquoties citatur, & mentio habetur Apollinaristarum hereticorum, qui in Christo Domino animam fuisse humanam negabant. At quæ præcedunt nunquam viris eruditissimis placitura arbitror: *Epitome Chronicorum*, hoc est, *Breviarium temporum*, in quo ommissis fabulosis *Gentilium Historicorum* supputationibus omnem annorum numerum ab initio Mundi usque ad Christum iuxta veritatem *Scripturæ sacræ* & secundum tempora vitæ Virorum illustrium veteris Testamenti exactissime fidelissimæque supputavit. Hunc Ioannes Annius Viterbiensis Ordinis Prædicatorum locupletissimis commentariis ex Beroso, Methastene, Manethone, Xenophonte, Fabio Pictore & Catone collectis splendidissime illustravit. Nolle hæc in patrocinium quisquiliarum Annianarum à viro acerrimi alioquin in plerisque iudicij, sed rei Chronologicæ parum gnari, fuisse in medium prolata. Longè castigatiori trutinâ expenderat laboriosissima illa otiosi hominis, si tamen vnus, *cu quoque*, iudicio atque eloquentia non vulgari præditus Benedictus Pererius noster in *Commentariis* in *Danicem Prophetam* libro xi. valeat & in perpetuum valeat hæc *Chronologia Anniana*, & quæ toties à viris doctis profligata & iugulata est, iaceat in posterum sempiterna hominum obliuione sepulta: nec sit posthac qui eam exhumare & ad fidem aliquam atque au-

toritatem quasi ad vitam reuocare audeat. Satis adhuc eam, cum non eruat bene nota, imposituisse multis. Nunc detectis atque in apertum prolatis fucatis eius mendaciis & fallaciis, si quem circumuenerit ac deceperit, nimis profectò stupidum & vicedem eum fore necesse est: Plura in earumdem sordium execrationem Ioannes Goropius Becanus, Gaspar Varreus ab Andrea Schouto nostro editus, alique omnium Ordinum viri ingenio atque eruditione florentes. Addit idem Sixtus in *Bibliotheca Wolfangi Lazij Viennensis Cæsareæ Maiestatis Historici* extitisse *Commentaria* quædam Philonis in *Genesim & Exodum* cum præfatione S. Hieronymi ab incerto interprete translata: quæ nondum lucem vidisse arbitror cum pluribus aliis, in *sacra Biblia eiusdem monumentis*, quæ periisse dolemus.

V. C. Henricus Valæus in notis ad *librum II. Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Pamphili* obseruat in fine *Legationis ad Caium* aperte indicare Philonem, alium huius argumenti *librum* subsequi debere, quem vocat *Palinodiam* in Caium, qui nihil est aliud, quam eiusdem Philonis liber in Flaccum, qui proinde proximè sequi debet, non antecedere, vt in editis & MSS. fieri solet, *Legationem ad Caium*, vt docet Photius in *Bibliotheca*. Subiungit *librum secundum de Virtutibus* ab Eusebio cap. 6. memoratum non posse alium esse quam *librum* in Flaccum. sic ergo pagina 217. nostræ *Dissertationis* concipienda sunt ista. *In Flaccum, siue de Virtutibus liber secundus, qui*

male præmittitur, & de Legatione ad Caium Imperatorem, siue de Virtutibus liber primus.

De S. Polycarpo.

PAg. 219. Magnum Sabbatum] idem Henricus Valeſius in Notis ad librum IV. Eusebianæ Historiæ plures recenset sententias de die necis S. Polycarpi. Primam R. P. Egidiij Bucherij in libro de Paschali Iudæorum Cyclo cap. 8. magnum Sabbatum dici in quod prima Azymorum dies incidisset. Id autem contigisse anno vulgari Natalis Dominici 169. die 26. Martij: quo die passum esse Polycarpum auctor Chronici Alexandrini disertè testatur. Secundam Edouardi Lieveleij, qui Sabbatum magnum dici censuit illud, in quod solemnitas Purim seu dies sortium inciderat: id autem accidisse anno Christi, 167. die 22. Februarij iuxta hodiernum computum Iudæorum quo die captum esse Polycarpum, sequenti uerò 23. passum vult itidem Lieveleius. Tertiam Iacobi Vſſerij Armacani qui Sabbatum magnum in hac Smyrnenſium Epistola dici ait illud quod Pascha proximè antecederat: Neque enim Christianos aliud vnquam Sabbatum ita appellasse quàm illud quod Paschalem solemnitatem præcedebat: seu proximè illam præcederet, vt sit apud eos qui semper die Dominico Pascha celebrant, seu diebus aliquot interiectis, quod fiebat apud eos qui cum Iudæis Pascha celebrabant nulla ha-

bita ratione diei Dominicæ: quorum è numero fuisse Polycarpum omnesque Asiæ Ecclesias testatur Eusebius. Porro anno Christi 169. Sabbatum quod Lunam Paschalem 14. antecessit in Martij diem 26. incurrisse, quo die passum Polycarpum auctor Chronici Alexandrini testatus est. Quamobrem autem nulla ex iis opinionibus docto viro fecerit satis, apud ipsum pluribus leges. Quin etiam paullo post martyrium Polycarpi collocat anno Christi 167. Marci Imperatoris 7. cum ex Eusebiana in Chronico supputatione, tum quòd L. Statius Quadratus sub quo passus esse Polycarpus videtur, eo præcisè Marci Imp. anno, non uerò 8. aut 9. Proconsulatum Asiæ gesserit. Diem uerò Xanthici mensis secundum aduersus Vſſerium ostendit fuisse 23. Februarij seu VI. Kal. Martias quo die Smyrneni & omnes Græci memoriam S. Polycarpi semper celebrarunt, vt constat tum ex Actis S. Pionij Martyris tum ex Menæis Græcorum. Quod uerò ad Magnum Sabbatum attinet prætere ait tueri sententiam eam, quæ Smyrnenſium omniumque Orientalium tabulis confirmatur, quàm incertis de Magno Sabbato coniecturis & Iudæorum traditionibus inniti. Hæc strictim ex eius longioribus Annotationibus decerpta ad nostrum institutum satis.

De S. Proclo P. CP.

PAg. 243. nondum videre mihi contigit]
 V. C. Claudius Iolius Ecclesie Parisien-
 sis Canonicus eruditissimus iuxta atque huma-
 nissimus, librum illum Lugduni Bataurum
 apud Ioannem Marci in 12. anno 1617. excu-
 sum exhibuit, in quo hæc continentur:

Epistolæ Fide ad Armenios G. & L. in-
 terprete Antonio Agellio Acernensi Episco-
 po.

Homilia de Domini nostri I E S U CHRIS-
 TI Natiuitate G. & L. interprete Theodoro
 Peltano Soc. I E S U Theologo.

Sermo in Transfigurationem eiusdem D.
 N. I. C. non notato interprete.

Epistola Synodica ad Dominum Episcopum
 Antiochenum G. & L. cum veteri Transla-
 tione.

Epistola ad Armenios de Fide Latinè tan-
 tum, Dionysio Exiguo interprete.

Homilia in Natiuitatem D. N. I. C. Græ-
 cè tantum.

De Traditione Diuinæ Liturgiæ Græcè &
 Latinè, vbi non solum Transsubstantiationis
 panis & vini aqua mixti oblatorum in altari
 ad sacrificium tam apertis patentibusque ver-
 bis meminit, vt nulla tergiuersatione eludi
 queant, aut in alienum sensum detorqueri; sed
 etiam cultum religiosum in Ecclesia semper
 obseruatum, & vsque ad finem sæculorum
 vsurpandum appellat sanctam Liturgiam seu

Missam, quam quoddam prolixior initio initio
 esset à SS. Basilio & Ioanne Chrystostomo in
 breuiorem formam redactam docet: vt vel
 huius libelli perfunctoria lectioe qui nondum
 obfirmatus in malo est, possit nullo negotio
 omnium Sacramentariorum Zuinglij, Caluini-
 que catulorum impudentiam detestari.

Panegyrica oratio in sanctum Ioannem
 Chrystostomum Latinè dumtaxat.

De Proclo duo dicit Sixtus Senensis libro 4.
 Bibl. I. cum Scythæ dūce Ruga aduersus Ro-
 manorum imperium arma sumpsissent, edidit-
 se in Prophetiæ Ezechielis caput 39. Fili
 hominis vaticinare contra Gog & Magog,
 luculentissimam orationem, in qua adaptans
 vaticinium ad occasionem præsentis belli pœ-
 nas ab Ezechiele prædictas Barbaris immine-
 re prædixit, quam prædictionem statim Deus
 comprobauit igne calitus demisso, & præci-
 puis Barbarorum incendio absumptis. II.
 scripsisse etiam in illud Esaïæ 9. Puer natus
 est, sermonem vnum, quem citat Theodorus
 Monachus in libro, Quod pater semper ge-
 nerat. Errat verò quod claruisse velit sub
 Theodosio Iuniore anno Domini quadringen-
 tesimo, cum octo tantum elapsis ab illo annis
 Arcadio patri successerit Theodosius, nec ma-
 nifestus fuerit orbi huiusmodi Procli splendor ni-
 si post annum 420. aut 430.

De Procopio Gazæo.

PAg. 245, [codex ille quantum pretij] ille ipse est, quem Curterius, Vsserius, Valeſius, & quidam alij librum Renati Marchali vocant; ego verò longè meliori titulo, vt ſanctiſſimi viri & in Societatem noſtram quoad vixit beneficiſſimi memoriam ſempiternam colam & ad poſteros propagem ſoleo Rupifucaldianum appellare. Sixtus Senenſis obſeruat Procopium in Geneſi & Exodo fuſiorem eſſe, preſſiorem in ſex libris ſequentibus, in quibus veluti annotationes quaſdam collegit Adiditque ediſſere eum iuxta quadruplicem Diuinæ Scripturæ intelligentiam non ſolum LXX Interpretum, Aquilæ, Symmachi, Theodotoniſque editiones, & Samaritanorum ac Iudæorum codices; ſed & Diui Hieronymi quem ſæpe nominatim citat verſionem, à Sophronio (vt opinatus eſt) ex Latino in Græcum conuerſam. Quod verò ad Commentarios in Iſaiam eodem ordine & cura conſcriptos ſpectat, eos nondum ſua ætate Latine verſos in Marciana apud Venetos Bibliotheca ſeruatos fuiſſe teſtatur.

De S. Proſpero.

PAg. 246. & ſeqq. vſque ad 261.] Nuperi Eucharifticarum Lectionum editores quidquid in Tabula Hiſtorica & Chronologica de Proſpero dixerunt à vulgariſis fabulis alio-

numid R. P. Iacobo Sirmundo in notis ad Sidonium aliſque operibus acceptum referunt, nec tamen per pudendum ingrati animi vitium limpidiſſimum ex quo ipſi alii que hauſerunt fontem coronare dignati ſunt. Is enim primus depromptis ex recondita eruditionis ſuæ vberriſimo penu validiſſimis rationibus nec Regij in Italia, nec Reiorum in Narbonenſi ſecunda Episcopalem inſediſſe Cathedrali, nec Presbyterum, aut Diaconum, ſed Laicum fuiſſe docuit, atque ex illius & Chiffletij noſtri MSS. codicibus Andreas Duchefnii Chronicon Proſperianum multis annis aliàs diminutum vſque ad annum 455. perduxit; quo anno, vel ſaltem ſequenti, obiiſſe nec vano nec futili argumento ex præſatione Canonis Paſchalis Viſtoriani demonſtrauimus. Neque enim ex ſine Chronici, ſi nihil aliud accedat, duci poteſt inuictum de morte eius argumentum à Porturegalenſibus Lectionariis, cum & Euſebius pariratione paulo poſt annum 326. & Hieronymus non procul ab anno 379. deuiſiſſe dicendus eſſet: quantumuis hic anno demum 420. ille verò 340. diem clauſerit extremum, vt ſciunt temporum accuratiſſimi ſcrutatores.

De Prudentio.

PAg. 261. Hiſpanus] natione, atque vt Sixtus Senenſis habet ex vrbe Cæſar auguſtana qui etiam Maſſaliæ, forte legendum Maſſiliæ, Conſulem appellat, ſui temporis Poëtam ce-

lebratissimum & omnium disciplinarum varietate ornatum qui volumen hexametri carminis *ἑξήκαιον* idcirco prænotauerit, quod in ipso ex omnibus Historiis veteris ac noui Testamenti quasi duplicem cibum parasset *ἑξήκαιον* enim duplex & *ἑξήκαιον* cibus.

Pag. 263. aperte proficitur] his verbis composuit *ἑξήκαιον* de toto veteri & nouo Testamento personis excerptis. Subiungit in morem Græcorum commentatum esse Hexæmeron de mundi fabrica vsque ad conditionem hominis primi & præuaricationem eius. An verò liber Hymnorum vnus & alter quem fecit in laudem Martyrum sub aliorum nominibus Inuitatorum ad Martyrium iidem sint cum libris *ἑξήκαιον* & *ἑξήκαιον* qui extant eruditus viris diiudicandum permitto. Quod idem Senensis claruisse asserit anno 380. sub Gratiano Augusto, id ex aliis quàm quæ edita sunt operibus diuinare debuit: si enim, vt ipsemet præmisit, cum per quinquaginta & septem annos mundanis vanitatibus inseruisset Prudentius, tandem iis in senectute relictis, totum se Diuinarum Scripturarum studio dedicauit, in quo multa carminibus scripsit, consequens est, non anno 380. sub Gratiano, sed anno 405. qui fuit vitæ eius 57. sub Arcadio & Honorio Augustis claruisse.

De Rabano Mauro.

PAG. 268 Bellarminus & alij] Vide Sirtum & quæ prioris Tomi nostri pagina 439. & Addendorum pag. Quare inducendam arbitror obseruationem Mariani eiusdem Victorij Amoretti quam Indici Rerum & Verborum operum Diui Hieronymi inseruit his verbis: Qui in Lamentationes Hieremias tres circumferuntur libri (quos nos vti maxime ad Hieronymi & spiritum & eruditionem accedentes suo non dimouimus loco) Rabani Mauri esse aliqui existimant: & hoc nomine in Germania inter Rabani opera typis iam sunt excusi. Ego cuiusuis, etiam ipsius Hieronymi, potius quàm Rabani existimarem: cum non suo ingenio ac propria lucubratione exponentem, sed coaceruatorem quendam ac suorum auctorum propriis verbis propriisque sententiis opus suum intertextentem Rabanum nouerim.

De Radulfo Flaniacensi.

PAG. 276. Samuelis Marsij inscitia] quam vt Lectores siue Orthodoxi siue Cæcodoxi, siue amici, quorum exiguus est etiam suos inter Calvinistas numerus, siue inimici, quos liberis calami linguæque petulantia in se armasse dicitur, penitus agnoscant, sciendum est Radulfum illum Tungrensis Ecclesiæ Decanum vixisse adhuc anno Christi 1403. vsque

ad diem 2. Nouembris siue sancti Huberti Episcopi festum, quo ad superos euolasse perhibetur in Calendario Tungrensis Ecclesie scriptibus Melchior Hittorpio, Valerio Andrea, aliisque, idcoque nisi pluries ducentis trecentisve annis vixerit non potuisse inter auctores sæculi XII. floruisse. Quod vt euidentius meridiana luce pateat, placet ex eiusdem Radulphi libro de Canonum obseruantia, cuius ne vel vnam lineolam videtur legisse Maresius, nonnulla decerpere, quibus euincam post annum 1200. vixisse. Age ergo Tomum X. Bibliothecæ Patrum vltimæ editionis, Parisiensis vtique, quam Morellianam Bibliopolæ vocare solent, in manus fumanas, ad eam enim nos prouocare videris. Pag. 1103. Prop. I. librum suum dedicat Religiosis Patribus Dominis Priori de Windesselm & suis Comprioribus Fratribusque Ordinis S. Augustini diocesis Traiectensis, citatque S. Bernardum. Quo autem sæculo cæperit Congregationem Windesselmensis, quo cænobium Viridifualis disce ex Chronicis Miræi, &c. Propositione VII. sit mentio Regulæ B. Francisci & Clementis V. his verbis: Imperatius sermo est cadens sub præcepto, vt in simili in Clementina Extiut §. de Verborum significatione de officio Fratrum Minorum declaratur, vbi dominus Papa verba Regulæ B. Francisci, vt Clerici faciant officium secundum Ordinem sanctæ Romanæ Ecclesie. Consule finem pag. 1110. Quo autem obierit anno sanctus Franciscus Minorum institutor, quove Clemens V. Pontifex

In II. Tomo Addenda, &c. 797
 recesserit, sine se, docebunt te discipuli tui. Pag. 112. Propositione VIII. In Pragensi Ecclesia Metropolitanâ Bohemæ agitur iugis & continua laus Dei dic noctuque per psalmodiam horis videlicet & temporibus quibus alia Diuina officia non celebrantur. Et Felicis memorie Carolus IV. Ecclesiasticus Imperator (è viuis abiit anno 1378.) ad huiusmodi continuam laudem agendam aliud quàm Psalterium congruentius non inuenit. Prop. X. pag. 1117. Domini de domo Teutonicorum & Carmeliticæ memorantur. Prop. XI. pag. 1122. sciendum etiam quòd Romani more Fratrum Minorum non legunt de sanctis Romanis Lectiones Chronicales sumptas ex Pontificali Chronico Damasi & cæterorum, sed eorum Ecclesie habent libros antiquos sermonibus & homiliis multis & Sanctorum passionibus plenos. Propositione XIII. pag. 1125. hymnus Te Deum laudamus ab Ambrosio & Augustino compositus vt probatur in proemio Milleloquij, &c. Propositione XV. pag. 1132. Urbanus tamen VI. Purificationem faciebat in Dominica Septuagesimæ obseruari. necnon Benedictus XII. & auctor Glossæ, ac sæpe sæpius Prædicatores, Minorésque, &c. Propositione XVI. pag. 1138. Hodiernis temporibus Romæ & in Curia Romana solemniter habetur festiuitas sanctæ Trinitatis in octaua supra dicta (Pentecostes) quod etiam plures Alemanni cæperunt sequi postea. Per Octauam autem S. Trinitatis & SACRAMENTI seruetur, &c. Prop. XVII. pag. 1139. Item ex Constitutio-

ne Bonifacij Papæ V III Festa principalia duodecim Apostolorum, quatuor Euangelistarum & quatuor Doctorum sub duplici festo in Ecclesia celebrantur. Item secundum statuta Leodiensium SS. Dominicus, Franciscus, Leonardus, &c. Festiuitates Cartusienium Thomas Cantuariensis & ratione ordinis duo Hugones (quorum Lincolnienfis Ep. in Anglia Londini obiit anno 1200.) cum festo reliquiarum. Prop. XXI. pag. 1149. Innocentius III. mandauit suis Capellaribus vt in Quadragesima diceretur & hoc seruant Fratres Minores. Prop. XXII. pag. 1150. Urbanus IV. mandauit Egidium teneri sub no- uem Lctionibus & pag. 1151. Item sicut Fratres seruant festiuitates Sanctorum sui Ordinis vt Francisci cum maioribus Octauis, Antonij Paduani, & sanctæ Claræ, qui non sunt in Officio Romano, quare non similiter Romani habent sanctos suos locales, ad quos Fratres non tenentur: tum paullo post: Sciendum tamen quòd Nicolaus Papa III. natione Romanus de genere Ursinorum qui cepit anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo & Palatium apud sanctum Petrum construxit, fecit in Ecclesiis Urbis amoueri Antiphonarios, Gradualia, Missalia, & alios libros officij antiquos 50. & mandauit vt de cætero Ecclesiæ Urbis vterentur libris & Breuiariis Fratrum Minorum, quorum regulam etiam confirmauit: vnde hodie in Roma omnes libri sunt noui & Franciscani, &c. Poteram longè plura congerere ex eodem libro

de ætate auctoris argumenta, ex quibus, nisi omnino amens sit Marefius, colligere poterit non sæculo XII. sed XIV. & XV. floruisse Radulfum de Riuo Tungrensem Decanum, eumq; toto cælo differre à Radulfo Flauiacensi Monacho O. B. quem ex Helinando eiusdem fere ætatis scriptore claruisse anno 1157. testatus est Albericus Trium-Fontium O. C. Monachus sæculi XIII. scriptor, licet hunc imperitiosè confundere voluerit cum Alberico IC. patria Bergomensi. Et si autem indocto homine audacius nihil excogitari posse, qui de rebus sibi ignotis pronuntiare non veretur, vniuersa meritò censuerit Philosophia: non arbitrator tamen adeò perfrictæ frontis fore impostereum Marefium, vt de Radulfo Flauiacensi, de Alberico Trium-Fontium Monacho, de Alberico Bergomensi, de Radulfo Tungrensi, vel verbulum vnicum aduersus nostram hanc castigationem mutire audeat. Quod si attentare præ furoris impotentia non extimescat, non ampliùs imprudens, qui temere se in foueam tenebrosam præcipitauerit, sed impudens, qui contra apertissimam veritatem decertare præsumperit, ab omnibus, siue Catholicis, siue Acatolicis, siue viuens, siue mortuus habebitur. Quis enim Pontifices Innocentium III. Urbanum IV. Nicolaum III. Bonifacium VIII. Clementem V. Benedictum XII. Urbanum VI. laudari, SS. Hugonem Lincolnensem Ep. Dominicum, Franciscum, Antonium Lusitanum, Claram, tanquam mortuos, Carolum IV. Imperatorem, Fra-

GRANADA

tres Minores, Prædicatores, &c. memorari, ab eo qui anno Christi 1157. floruerit, vel dormiens somniet? Cætera Lectori expendenda per ocium relinquo, quæ de Festis Augustissimi Sacramenti & sacrosanctæ Trinitatis, Milleloquij auctore, similibusq; strictim attingi, ac pluribus, si luberet, amplificare facillimum esset in dedecus *Πατριωτιαν 1750* Nouatorum: Quos omnes odere boni cane peius & angue.

De Remigio Antissiodorensi.

PAG. 284. nihil hic dicam, vt neque] de Commentariis eiusdem Remigij in Evangelium S. Matthæi quæ MSS. dicuntur fuisse Viennæ ad Danubium in Bibliotheca Imperatoria & Venetiis in Bibliotheca S. Gregorij Maioris.

De Rufino Aquileiensis.

PAG. 30 Capta anno 409. vrbe Romana à Wefegothis secessit in Siciliam: vt cum ex aliis conficitur tum ex epistola eiusdem Rufini ad Ursacium præfixa interpretationi Homiliarum Origenis in Numeros quam nuper ex MSS. exemplari doctissimi viri Emerici Bigotij emisit in lucem V. C. Henricus Valeus pag. 129. Annotationum in Eusebij Cæsariensis Ep. Ecclesiasticam Historiam: vbi fugitur per varia discrimina & ne ipsa quidem absque metu habeatur exilia. In conspectu etenim, vt

vide-

videbas etiam ipse, nostro Barbarus qui Rhegino oppido miscebat incendia angustissimo à nobis freto, vbi Italiæ solum Siculo dirimitur, arcebatur. Mortuus verd iam tum fuisse in eadem insula videtur cum S. Hieronymus ad B. Eustochium scriberet Præfationem Commentariorum suorum in Ezechielis Prophetiam: cum enim præmisisset subid mortem sibi Pammachij atque Marcellæ, Romana vrbis obsidionem, multorumque fratrum & sororum dormitionem nuntiatam, seque ita conseruatum obtupuisse, vt nihil aliud diebus ac noctibus nisi de salute omnium cogitaret, seque in captiuitate Sanctorum putaret esse captiuum, cum clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, imo Romani imperij truncatum caput & in vna vrbe totus orbis interit, subiungit paullo post: Verùm quia & tu indefinenter hoc flagitas, & magno vulnere paulatim cicatrix obducitur: scorpūsque, id est Rufinus, inter Enceladum & Porphyrum Trinacriæ sinu premitur & Hydra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessauit, &c. Obierit ergo in Sicilia vel anno 410 vel sequenti, quod etiam ex proæmio in sibrum primum Commentariorum in Heremix Prophetiam datur intelligi, vbi cum Gunnium memorasset præcursorem Cælestij sue Pelagij, quem vocat stolidissimum & scortorum (alij Scottorum) pultibus prægrauatum addit: Legat eiusdem operis Apologiam quam ante annos plurimos aduersus magistrum eius gaudens Roma suscepit: & tunc

Ecc

animaduertet alienis se vocibus blasphemare, & in tantum esse imperitum, vt ne maledicta quidem habeat propria, sed inimicorum etiam olim sepulcorum contra nos vtatur rabie. Confer proœmium in sextum librum Comm. in Ezechielem. Putabam quod medio serpente confosso non reuiuiscerent hydrę nouella plantaria, &c.

Pag. 309. cap. 22. in eundem Prophetam] Miserabilis Grunnius, qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguamq; suam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gentilissimi vnum librum interpretatus est in Latinum, diuisitque eum in duos volumina, & sub nomine sancti martyris Xysti vrbs Romanę Episcopi ausus est edere: in quibus nulla Christi, nulla Spiritus sancti, nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum fit mentio: & hunc librum solita temeritate & insania Annulum nominauit qui per multas provincias legitur & maxime ab his qui *apostolice* & impeccantiam prædicant. Quomodo igitur Dominus Iechoniam instar anuli de manu sua & digito se proiecturum comminatur, ita Lectorem obscuro, vt nefarium librum abiciat, legatque si voluerit, vt ceteros Philosophorum libros non, vt volumen Ecclesiasticum.

De Saluiano Massiliens.

PAG. 520. vt quidam iuniores] nuperrimè quoque Innominati Læctionum Eucharisticarum Collectores ad hunc scopulum alliserunt. Ainut enim pag. 530. Saluianum Presbyterum ac deinde Massiliens Ecclesię Episcopum fuisse: atque in eam rem hoc vnum argumentum proferunt ex Gennadio petiitum, non vt Albani Torini, Mariani Victorini, Suffridi Petri, Auberti Mirai, aliorumque editiones representant, sed ex editione Erasmi quam veram esse asseuerant, in qua tamen non secus atque in aliis Presbyter dicitur. Verum eos opinione sua falsos multa edocent. I. ipsemet Gennadius qui si Episcopus vnumquam fuisset Saluianus, absque vlla aduersus inuidos præfatione potuisset illum vocare Episcoporum magistrum, atque illud, & vt absque inuidia loquar potuisset amandare, audacterque profiteri multas Homilias ab eo Episcopis aut ad Episcopos factas. II. Quis enim Veterum hoc illum titulo condecorauit, vt eodem quo illi aduersus Prosperi Episcopales infulas vtar argumento? III. Honorius Augustodunensis Gennadij breuiator Presbyterum vocat non Episcopum, vnde patet in MSS. quibus vsus est codicibus non hanc, sed illam voculam legisse. Idem de Trithemio, Gesnero, Simlero, atque operum Saluiani eruditissimis editoribus Ioanne Alexandro Brasciano, Petro Pithæo, aliisque licebit affirmare, quibus vnus

Ecc ij

Erasmi in corrigendis, quos in lucem emisit, auctoribus interdum audacissimi censoris non præponderare debet auctoritas, ut nihil dicam de laudatis supra viris accuratissimis qui Gennadiani Catalogi editiones ad MSS. codices exactas procurarunt. IV. ut ostendam omnium inquinatissimam esse Erasmi editionem, placet hic ex Bibliothecæ sancti Germani Præsentis antiquissimo exemplari totam hanc de Saluiano periochen exscribere: Saluianus apud Massiliam Presbyter, humana & diuina literatura instructus, & ut absque inuidia loquar, Episcoporum Sanctorum Salonij & Verani magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa: ex quibus ista legi: De Virginitatis bono ad Marcellum libros tres: & aduersus auaritiam libros quatuor: De præsentis iudicio libros quinque: & pro eorum præmio satisfaciendo ad Salonium Episcopum librum vnum est expositionis extremæ partis libri Ecclesiastes ad Claudium Ep. Vienn. lib. vnum: Et in morem Græcorum à principio Genesis vsque ad conditionem hominis compositum versus quasi Hexameron librum vnum: Homilias, ad Episcopos factas multas: Sacramentorum verò quantas nec recordor. Viuit vsque hodie senectute bona. Sirmondus alium codicem MSS. viderat fere in omnibus persimilem ex quo etiam illud emolumentum percipias velim, quòd Claudianum Viennensem ut in Chronico Adonis legitur, Presbyterum, non Claudium Episcopum, ut vulgatæ editiones cum plerisque manu exaratis libris præse-

runt, impostum appelles. Accedat quintum, illudque inuictissimum argumentum ex eodem Gennadio depromptum: Is capite 99. atque pene ultimo (quod quædam MSS. exemplaria non agnoscunt, legitur tamen in supraddito Corbeiano seu Sangermanensi & in omnibus editionibus) pluribus exequitur laudes Honorati Massiliensis Ecclesiæ Episcopi viri eloquentis & absque vlllo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesia declamatoris, qui litanias ad supplicandam Dei clementiam cum plebe sibi credita pro viribus agebat tum, cum scriberet catalogum suum Gennadius. Non ergo Saluianum eodem viuente tempore cum Honorato vocauit Ecclesiæ Massiliensis Episcopum, aut doceant, amabo, duos in vna cathedra eademque ciuitate sedisse simul Antistites. Erroris fons atque origo prima nisi fallor manauit ex membranarum quibus vsus est aut ex correctione quam architectatus est Erasmus. Cum enim legeretur *Homilias Episcopis factas multas* ut Suffridus Petrus, Auberterus Miræus, alique deinceps ediderunt: vel *Homilias ad Episcopos factas*, quemadmodum ex codice vetustissimo Corbeiano docuimus, ipse eiusdem amanuensis aut corrector imperitus, cum non intelligeret quid ista vellent in contrarium sensum ac Gennadio omnino repugnantem commutauit, scripsitque *Homilias Episcopus factus multas*, vnde in quædam editiones mendam propagatum est, donec alij accuratiores Critici consultis MSS. pluribus Gennadium pristino nitore restitue-

runt. Desinant ergo veram appellare Eras-
mianam editionem, quæ tot sædissimis men-
dis infecta est, vt iis plures si vacaret pagina
impleri possent. Nos certè, si vnquam res ipsa
postulet, habemus nonnihil quo Lectoribus
in hac parte gratificari valeamus *in m. e. v. l. u. s.*
u. p. e. r.

De Sedulio Presbytero.

PAg. 334. de eburneo Euangeliorum apud
Leodienses operculo, sic enim legendum] operculum illud ab eburneis diptychis Leo-
diensibus diuersum esse inde auguror quod
cum ad me miserit R. P. Alexander Wil-
themijs antea liquot menses Diptychon suum
Leodiense ex Consulari factum Episcopale
cum suo in illud Commentario excuso Leodij
in folio apud Ioannem Matthiam Houium
anno 1659. nihil omnino repererim quod ad
derogendam Asterij Ex-Consulis ætatem con-
ferre potuerit.

De LXXII. Interpretibus.

PAg. 339. Vsserius, &c.] Nuperrimè
quoque prodiit in lucem post Annotatio-
nes in Eusebij Cæsariensis Ecclesiasticam Hi-
storiam V. C. Henrici Valefij epistola ad Ia-
cobum Vsserium Armacanum qua illius sen-
tentia de versione LXX. Interpretum de que
Hexaplis Origenis confutatur: Consulant cu-
riofii rerum sacrarum scrutatores.

De Stephano Eduensi.

PAg. 372. hoc nomine primus] Norgau-
do leu Nortgaldo Episcopo, sic enim cor-
ruptam à Typothetis vocem restituendam mo-
neo, successit anno 1112. De eo Petrus Clu-
niacensis Abbas ep. 6. libri 5. ad Humbertum
de Balgiaco Archidiaconum Augustoduncen-
sem. Addat tibi stimulos veniendi ad Religio-
se vita castra venerabilis ille & cum honore
nominandus Stephanus Eduensis Episcopus,
auunculus, vt audio, tuus, qui spretis paren-
tibus, nobilitate, fastu, diuitiis, ipsis etiam
Episcopalibus infulis abiectis pauperem Chri-
stum pauper sequutus est, & in sancta deuotio-
ne toto mentis affectu perdurans atque inter
manus meas extremum Deo spiritum reddidit
cum veneratione tanto Sacerdoti congrua tam
à me quàm à fratribus Cluniaci conditus est,
& quæ sequuntur. Plura de eo vtraque Gal-
lia Christiana. Tractatum illum de Sacramen-
to Altaris & iis quæ ad illud pertinent à Ioan-
ne Montolonio Eduensi Cantore anno 1517.
primùm editum dicatumque Iacobo Huralto
eiusdem vrbs Episcopo omnes ferè quos vidi
tribuunt huic primo Stephano, sed nondum
vidi qui ratione aliqua id stabilire fuerit aggres-
sus. Plura de vtroque & nos alias dicturi su-
mus Deo dante in proprio Tractatu.

De Tatiano.

PAg. 379 per ocium leges] multa de Tatiani professione antequam Christo nomen daret congerit Henricus Valesius pag. 76. Annotationum in Eusebij Historiam Ecclesiasticam & pag. 84. hæc de eius Harmonia obferuat: De hoc Tatiani Euangelio sensit B. Ambrosius in præmium Lucæ cum ait de Hæreticis: *Plerique etiam ex quatuor Evangelij libris in unum ea quæ venenatis putauerunt assertionibus convenientia referferunt.* Cæterum quod Baronius obseruauit opus hoc Tatiani quod *ἡ ἁρμονία* vocabatur, hodie exstare in Tomo 7. Bibliothecæ Patrum diligentius inquirendum est: ego certè re attentius examinata tandem deprehendi opus illud quod post Ammonij harmoniam editum esse dixi, longè differre ab Euangelio Tatiani. Quippe opus illud, sicut Lectio ipsa indicat, nihil aliud est quàm paraphrasis quatuor Euangeliorum seu potius epitome eleganter conscripta ab homine Catholico. At Euangelium Tatiani ipsismet Euangelistarum verbis contextum fuit resectis dumtaxat iis quæ ad Dauidicam Christi genealogiam spectant. Præterea in opere illo quod editum est, Christus filius Dauid dicitur non semel. Denique tres anni prædicationis Christi in illo opere distinguuntur: cum veteres annum dumtaxat vnum prædicationi Christi tribuerint. Hæc ille vir doctissimus.

De Theophylacto.

PAg. 416. Fortè Simocattæ] Archiepiscopo Achridano potius quàm cæteris Theophylactis fragmentum illud adiudicandum censeo quod in Bibliothecis Veterum Patrum occurrit: *Quin & hunc morem introduxit, qui hodie obtrinet, quod in splendidis atque solemnibus Festivitatibus Deo & Sanctorum recordationi fit contumelia per sædas cantilenas ac risus & insanos clamores, quibus adhibitis sancti Hymnicantantur, &c.*

De S. Thoma Aquinate.

PAg. 418. præter ea quæ de eo diximus, plura quoque possunt edisseri de sanctissimi Doctoris laudibus eiusque operibus seu sinceris seu suppositiis, in quibus collocatur à Vossio pag. 308. editionis II. de Historicis Latinis libri quatuor de Regimine Principum ad Regem Cyprî Bellarmino præunte. Neque quisquam est paullò in istis intelligens qui lectis tantùm aliquot pagellis non illicè exclamet aliter olere canes, aliter sues. Tantum enim absunt à libris septem S. Thomæ Aquinatis de eruditione Principum quatuor illi de Regimine inscripti, quantum ab Oriente Occidens à Septentrione Meridies. Is verò quisquis fuerit Au&or qui de Marscallis & Senescallis, Valuafallis, aliisque adeo ridicula profert à Gregorio V. Papa ad sua tempora

numerat annos 270. aut circiter lib. 3. cap. 19 & Iulij Celsi atque Aimoini meminit cap. 9. libri 11. & cap. 21. libri tertij.

Pag. 436. & Lugdunensi anni 1556.] sunt quoque qui Commentarios illos sancto Thomæ Aquinatis tributos in singulas Epistolas Canonice primùm typis mandatos fuisse asserant Parisiis anno 1543. & in iis haberi locum maximè notandum in hæc verba *volens aliquos perire* cap. 3. 11. Petri, ubi docet Deum non modo voluntate signi, sed etiam voluntate beneplaciti antecedente voluisse omnes homines saluare: quod præterea in Commentariis ad cap. 2. I. ad Timotheum. Qui in dubium non reuocantur, disertis verbis professus est.

De Victorinis Afro & Perabionensib.

Ag. 467. siue vt alij malunt] cum Sirmundo nostro in Notis ad Ennodium Ticinensem Ep. Fabius Laurentius Marius Victorinus quæ integra est nomenclatio clarissimi Rhetoris qui in Ciceronis libros de Arte Rhetorica scripsit: proprium verò nomen quod postremum, &c. Non fuisse S. Hieronymi præceptorem docet Marianus Victorinus in eius vita, tum in Notis Indici operum insertis maximè ex libro 1. adu. Ruffinum.

Pag. 473. S. Hieronymus alij; inter Latinos] Vide Proœmium in librum primum Commentariorum in Esaia: Prophetiam: Magni

laboris & operis est omnem Esaia: librum vel le edisserere, in quo maiorum nostrorum ingenia sudauerunt: Græcorum dico. Cæterum apud Latinos grande silentium est, præter sanctæ memoriæ Martyrem Victorinum, qui cum Apostolo dicere poterat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Scripsit enim in hunc Prophetam iuxta editiones quatuor, vsque ad visionem quadrupedum in deserto. Tum de Græcis Origene, Eusebio, Didymo & Apollinario verba facit ac concludit: Ex quo animaduertis, quantæ difficultatis sit, vt Latini nostri, quorum aures fastidiosa sunt & ad intelligendas Scripturas sanctas nascant, plausûque tantum eloquentiæ delectantur, mihi ignoscant si prolixius locutus, fuero, cum Esaia: duodecim Prophetis iuxta numerum versuum aut æqualis aut maior sit, &c.

Porro occasione Victorini huius Petabionensis placet huic loco inserere, quam ab amico rogatus ante aliquot menses conscripsi, *Censuram Tabula Chronologica, quam Io. Conf. subiicit Historia Scholastica de Apocryphis.*

In primo sæculo, siue Centuria, Philo Iudæus haud dubiè præmitti debuit Iosepho.

In II. S. Clemens Romanus Pontifex obiit 23. Decemb. anni Christianæ ætatis 100. Quomodo ergo florere potuit anno eiusdem 102?

Dionysium Arcopagitam Veteres asserunt passum sub Domitiano, Non ergo floruit an-

no 110. Quod ad opera passim ei tributa, plerique Lutherani ac Calvinistæ contendunt esse Magno illi Viro supposita, & ad sæculum V. deiciunt ante aut post Concilium Chalcedonense.

Iustinus Philosophus martyrium passus est an. circiter 163. aut aliquo præcedenti si sub Antonino Pio, longè antequam obiret Melito, quem Eusebius in Chronico refert ad annum 170.

In III. Iulius Africanus senior erat Origene, qui obiit dumtaxat anno 254. idè què illi præponendus erat.

S. Cyprianus Martyr non fuit anno 250. sed eodem, quo Sixtus II. Romanus Pontifex anno 258.

In IV. S. Hilarius obiit ante S. Athanasium, & S. Basilium ac Nazianzenus ante S. Epiphanium, qui eis præmittitur.

S. Io. Chrysostronus perperam dicitur Patriarcha C. P. anno 390. Cum decessor eius Nestorius tantùm obierit an. 397.

In V. Innocentius I. Papa ante Augustinum obiit annis minimùm tredecim.

Massiliensis, qui dicitur, Theologus an. 426. scripsisse ad S. Aug. maximo errore vocatur pag. 122. Hilarius Arelatenfis Archiepiscopus, cum fuerit dumtaxat homo laicus Prosperi Aquitani pariter laici socius.

In VI. Cassiodorus annum 562. & Iustinianus 565. viuendo superarunt, & Anastasius Sinaita Patriarcha Antiochenus anno demum 599. aut præcedenti decessit, cum iterum

post Gregorij obitum sedem illam obtinuisset.

Victorinus, cuius citatur Comm. in Apocalypsin, nec Pitauiensis in Gallia fuit Episcopus, sed Pectauionensis in Pannonia, nec vixit anno 599. cum sub Diocletiano anno Christi circiter 303. martyrium fecerit, cuiusque meminerint S. Hieronymus & alij anno 599. longè antiquiores.

In VII. S. Gregorius I. Romanus Pontifex pluribus annis in sæculo vii. Ecclesiam rexit, quàm in vii. electus anno 590. mortuus 604.

De Tempore Auctoris libri de Mirabilibus sacræ Scripturæ inter opera S. Augustini, nondum planè constat. Sunt enim qui post an. 700. collocent.

Antiochum auctorem Pandectæ constat vixisse an. 616. an peruenerit vsque ad 630. valdè incertum.

S. Isidorus Hisp. Archiep. obiit 4. Apr. 646. floruisse ergo dicendus erat an. vel 620. vel 610. ex methodo seruata in alijs, vt Epiph. Aug. Athanasio, Anast. &c.

In VIII. S. Io. Damascenus nondum florebat anno 710. sed 730. aut 740. posterioꝝque fuit Venerabili Beda, qui senex obiit 735.

Hadrianus Græcus Auctor, Photio cod. 11. Myriobibli memoratus, non vixit anno 760. sed ante annum 500. aut circiter, cum eius meminerit Cassiodorus libro de Diuina Lectionibus.

Ad hoc sæculum reuocandi erant li-
bri, tum Alcuini aduersus Elipantum, tum
Carolo Magno Francorum Regi tributus
de Imaginibus, quem male collocat anno
810.

In IX. Alcuinus obiit 804. & Carolus
Magnus Imperator 814. ac longè ante annos
Tabula ac libro designatos floruerunt, cum
grandi vterque ætate decesserit.

Nicephorus à Patriarchatu C. P. deicæus
fuit an. 814, obiitque 13. Martij 828.

Rabanus Maurus malè Moguntinus Arch.
dicitur an. 830. cum Otgaro successerit tan-
tum anno 847.

Strabum collocat anno 835. cum iunior fuis-
se videatur: præsertim si à Walafrido Strabo-
ne distinguamus. Certè præmittendus erat illi
Strabo Fuldenſis Monacho Agobardus Lugd.
Arch. qui obiit 840.

Anastasius quoque S. R. E. Bibliothecarius
Adoni erat postponendus, si verè censuit Ba-
ronius superstitem fuisse anno 887. Quidquid
sit, Ado Viennensis imperitè dicitur vixisse
anno 879. cum certum sit obiisse anno 874.
certè ante 876.

In Ambrosio Ansberto multa peccantur. I.
quia scribi debuit Autpertus. II. quia dicitur
Doctor in Lombardia. III. quia adscribitur
an. 890. cum obierit Abbas Cænobij ad Fon-
tes Vulturni an. 778. Ex Lectiōne eius Com-
in Apocalypſin & Scriptoribus aliis ap-
paret eius ætas, vt supra suo loco obseruau-
mus.

In X. Giselbertus, seu Gislebertus West-
monasteriensis Abbas, obiit 1107. ideòque ad
sequens sæculum pertinet. Nec certum est,
vtrum Alcatratio, cuius citatur 1. caput,
ei adiudicanda sit.

In XI. Rupertus florebat iam ab an. 1111. o-
biitque 1135.

Petrus Mauricius electus Cluniaci Abbas
an. 1122 obiit 1157. ideòque postponendus Hu-
goni Victorino, qui pag. 158. mendosè dicitur
Abbas, cum nequidem fuerit Prior S. Victo-
ris. Is verò cum obierit 11. Febr. anni 1139.
more Gallico, vel vt quidam alij contendunt
ex veteri Chronico MS. anno 1138. qui potuit
florere anno Romano 1140. nisi fortè per men-
sem paucòsque dumtaxat dies?

Richardus verò. qui verè fuit, nec in Ta-
bula aut libro vsquam dicitur, Prior S. Victo-
ris, malè Gratiano & S. Bernardo (qui obiit
1153.) præponitur, cum vixerit vsque ad an-
num 1.73.

Philippus Solitarius auctor Dioptræ iis om-
nibus fuerat præfigendus, vt qui anno 1105.
scripsisse dicatur.

Petrus ex Cellensi ac S. Remigij Abbate
Carnotensis Ep. non florebat an. 1190. cum
obierit 1187. & Petrus Comestor Decanus
Trecensis 1198. qui inter Italos non nisi ex ani-
li fabulà potuit accenseri.

In XII Ioannem Semecam non vidi, qui flo-
ruisse asserat anno 1275. dicitur enim obiisse
an. 1245. aut in 1267. vel 1269. differtur.

In XIII. Nicephorì Callisti ætatem anno

1325. aut 1330. conuenire multa docent.

Nicolaus Liranus, non fuit Brabantinus, sed Normannus ex Lira oppido prope Vernolium. Deceptus est falso ac ridiculo Epitaphio, quod ab impostore suppositum est, cum sincerum extet Parisiis apud Minores, ubi sepultus est, mortuus in eadem vrbe anno 1340.

Mortuus quoque est in Germania anno 1347. Will. Ocham; idèoque vterque postponendus erat Heruzo Natali Britoni, qui malè floruisse dicitur 1340. cum obierit 1323. Erratum pariter quod eidem Heruzo adscribantur Commentaria in Paulum.

In XIV. S. Antoninus obiit 1459. Tostatus 1454. proptereaque hic illi præponendus.

In XV. Franc. Ximenius non emisit in lucem anno 1502. Biblia Complutensis, sed ea post plures annos prodierunt.

Mirandum porro est qua ratione Ioannes Picus Mirandulæ Comes, qui an. 1494. obiit, post mortem rediuiuus appareat anno 1510. Quid etiam causæ fuerit, cur Ludouicus Viues, Valentinus, Hispanus, inter Italos DD. recenseatur, vt alibi inter eosdem Comestor, qui fuit Trecentis Gallus, Ado Viennensis Archiep. inter Germanos, Hugo Cardinalis inter Hispanos, &c. Cùmque S. Hier. patriâ Stridonensis, Palæstinis, & Richardus atque Hugo Victorini Gallis, quod in Palæstina & Gallia obierint, adiuncti sint; Cur, amabo, iisdem Gallis non fuerunt annumerati Alcuinus, Sarisberiensis, Waldensis, Pagninus?

aut

aut Ochamus Germanis? Cur inter Patriarchas cum aliis pag. 203. non fuit relarus S. Athanasius? Cur Antiochus Monachus in Palæstina, Græcis adscriptus cum Hadriano, Philippo Solitario, Leontio, Zonara, Callisto, quorum postremi saltem in Thraciam relegandi, ubi Byzantium & Constantinopolis.

Sunt & alia plura, quæ cursim paginas peruoluendo quasi per nebulam atque incognitæ linguæ transfennam deprehendi notatione digna: sed hæc sufficient. Næc deerit fortasse aliquis Veritatis Catholice Vindex, qui per octium scribat librum hoc titulo: *Subiecta fides Georgij Calixti Germani, & Ioannis Cosini Angli in citandis exponendisquæ Conciliis, Parribus, Doctoribus, aduersus Libros sacros à Iudæico Canone exulantes, sed ab Ecclesia pro Canonici habitos, & in ea cum veneratione Diuina autoritatis auditos, vt loquitur S. Augustinus lib. 18. de Ciu. Dei cap. 36. lib. 1. de Prædest. SS. cap. 14. & alibi.*

De Vincentio Bellonacensi.

PAg. 485. qua de re seorsim agendum erit] vt ordiar ab eo quem Bellarminus indicauit loco. Is habetur cap. 101. libri xxxi. Speculi naturalis: Eo tempore claruit in Ordine Fratrum Prædicatorum vita, doctrina & miraculis B. Petrus Mediolanensis, quem etiam Innocentius Papa prædictus anno Pontificatus sui decimo (Christi ætæ 1153.) canonizauit.

Rex autem Ludouicus de manu Saracenorum licet à multis ei dissuaderetur, maluit tamen adhuc differre passagium & morari per aliquod tempus in regno Syriæ, quàm Christi negotium desperatum relinquere. Alfonso vero Pictauiensem & Carolum Andegauensem Comites videlicet fratres suos ad matrem suam consolandam duxit in Franciam remittendos. Acta sunt hæc anno Domini 1150. regni vero Ludouici 24. Tuminio capitis sequentis 102. Ecce tempora ætatis sextæ vsque ad annum præsentem summam perstringendo auxiliante Deo descripsimus, qui est annus ab Incarnatione Domini 1150. à creatione Mundi 5222. Hic est annus Pontificatus Innocentij Quarti (omisit numerum ogdoadis librarius aut Typotheta vnde tenebræ illæ quibus inuoluitur Ioannes Paulus Nazarius opusculo primo) vacationis Imperij Romani scilicet à depositione Friderici quintus, Regni vero Christianissimi nostri Regis Francorum videlicet Ludouici XIV. corrigi 24. vt pauld ante absque mendo expressum legitur.

Hæc Tomo I. Vincentius: quibus non in omnibus quadrare videntur, quæ continentur Tomo IV. siue Speculo Historiali: ac primò quidem cap. 102. libri XXXI. eadem fermè habet quæ ex capite 101. libri XXXII. speculi Naturalis modò retulimus de S. Ludouico eiusque fratribus anno 1150. Regni Ludouici 24. ex Oriente in Galliam reuersus & cap. 103. & 104 pluribus agit de S. Petro Mediolanensi Martyre eiusque miraculis ac Canonizatione

facta anno Innocentij IV. Pontificis decimo: deinde c. 105. inquinatissima hæc subiiciuntur; quibus in fraudem inducti plerique etiam eruditissimi viri fœdissimè hallucinati sunt: Ecce tempora sextæ ætatis vsque ad præsentem annum summam perstringendo descripsi, qui est annus Christianissimi Regis nostri Ludouici 18. imperij vero Friderici 33. Pontificatus autem Innocentij Quarti secundus qui est porro ab Incarnatione Domini 1244. à creatione verò Mundi 5206. &c. quæ ostendunt per incuriam, aut amanuensium, aut ipsiusmet Vincentij, è proprio loco, nimirum cap. 152. Libri XXX. auulsa ad calcem Libri XXXI. post condemnationem Friderici Imp. in Concilio Lugdunensi, profectioem S. Ludouici in Orientem, eædem & Canonizationem S. Petri Mediolanensis, ac familia, quæ post annum 1244. omnium confessione contigerunt, fuisse reiecta. Quæ sequuntur vsque ad annum 1486. & 1491. ex Chronicis nouis fuisse addita narrantur, initio ducto à Pontificatu Innocentij IV. & Alexandri itidem IV. vsque ad electionem & coronationem Maximiliani Cæsaris Friderici Imp. filij in Regem Romanorum factam 10 Aprilis in Aquensi ciuitate, ac Conuentionem Principum Germaniæ Nurembergæ peractam anno 1491. Huius Chronologicæ Appendicis cap. 11 hæc de Auctore nostro leguntur. Vincentius Gallus, patria Burgundus, Belluacensis, Historicus & Theologus Ordinis Prædicatorum frater, per hoc ipsum tempus claruit; & innumerabiles

historias multis sub voluminibus comprehendit Quatuor enim specula edidit de omni scibili materia, Doctrinale, Morale, Naturale & Historiale: quod vsque ad annum Domini 1254. perduxit. Atque alia multa, composuit videlicet librum Gratia; Librum de sancto Ioanne Euangelista: Librum de eruditione puerorum Regalium: & Consolatorium de morte amici: & quam maximè de laudibus Diuæ ac gloriosæ Virginis Mariæ tractatum celeberrimum edidit. Hæc ibi à nobis non omittenda.

De Vsuarido Monacho.

P Ag 490. Ioannes Bollandus]is Præfationis Genera'is in Vitas Sanctorum ad Abbatem Latiensem cap. 4. §. 7. multa habet de Vsuarido I. ipsius Præfationem siue Epistolam qua opus suum Carolo Regi dedicat è veteri codice MS. optimæ notæ excudendam curauit aliquantum discrepantem ab ea quæ in plerisque excusis & calamo descriptis exemplaribus legitur. II. ex ea statui non posse asserit vtri Carolo Francorum Regi id dicarit opus, Magno an Caluo, III. Caluum præferre videtur ipse his rationibus ductus: Florum Vsuardus citat virum memorabilem quem sub Lothario Calui fratre post annum Christi 840 superstitem fuisse ex Wandelberti ad Otricum epistola constat: neque comminisci licet Florum Martyrologum ab illo Lugdunensis Ecclesiæ Subdiaco;

no quem Sanctum & nominatissimum virum Wandelbertus appellat, distinctum. Cur non eos Ado proximus temporum illorum discreuit? Cur quando Venerabilis Flori meminit, non iuniorem dixit, aut aliud statuit discrimen cum vigeret adhuc in Lugdunensi Ecclesia Flori alterius nomen & fama eruditionis? si iam inde Caroli Magni tempore editum hoc opus erat ab Vsuarido, cur Wandelbertum ex Flori Bibliotheca sumere codices oportuit vt natales Sanctorum perdisceret, cum ex Vsuaridi libro si iam extabat, minori labore haurire omnia posset? At neque Ado Vsuaridi meminit. IV. pro contraria opinione duo expromit argumenta; primum petitum ab Vsuaridi exemplaribus excusis & MSS. in quibus epistolæ inscriptio his effertur verbis: *Domino Regum piissimo Karolo Augusto Vsuardus indignus Sacerdos & Monachus perennem in Christo coronam* quod tamen non multum vrget si quis dicat post annum Christi 875. scriptam fuisse ab Vsuarido Epistolam, cum Carolus Caluus à Ioanne Papa VIII. Imperij corona Romæ donatus fuisset: alterum, si eodem quo Wandelbertus tempore Vsuaridus scripsit, cum imperium Lotharius, Franciæ Occidentalis regnum Carolus administrabat, cur hic vt ille translationis sancti Sebastiani sub Ludouico Pio factæ non meminit? V. denique paratum esse se, vt à peritioribus quid certi opinari queat, lubens addiscat. Cæterum Bollandus subscripsisse videntur Launois & Valefius; hic in Annotationibus ad Eusebij Ecclesiasti-

cam Historiam, ille in variis quæ scripsit opusculis. Ego quoque in altera Abaci mei Chronologici editione pronuntiare veritus non sum rectius opinari eos, qui vsuadum vsque ad Caroli Calui, eaque extrema tempora, atque ad eodè annum circiter 876. deiiciunt, illo potissimum fretus argumento, quod vsuardi omnes tum MSS. tum excusi codices, quantum saltem hætenus deprehendere potui, S. Eulogij Martyris meminerint, testibus etiam Molano, Baronio, aliisque, qui die 11, Martij Fertia septima hora nona Cordubæ in Hispania pro Christo decollatus est æra 897. hoc est anno Christi 859. vt de aliis sileam qui tempore eiusdem Persecutionis Arabicæ annis 851. 853. 857. aliisque, vitam in atrocissimis cruciatibus finierunt: Neque verdè par est ratio Vientij in Monte Verziaco ad diem 13. Ianuarij, Molanus enim & post eum fusè Bollandus inter Additamenta reiciunt, ac merito sanè, cum & à plerisque MSS. exulet hæc periocha & translatio in illum Burgundiæ locum anno 924. sub Manasse Domino seu Comite Vergiacensi peracta sit. At hæc paucis perstrinxisse sufficiat ad euellendam, quæ multorum etiamnum animis hæere firmiter videtur, de ætate vsuardi Monachi persuasione.

Ad Paginam 736.

HVnc verdè Catalogum scriptorum Augustinianorum Eremitarū, imo & Sanctorum auctiorem tibi exhibere licuisset, si vel tenuissima rationis aut vllius probabilitatis vmbra in Philippi Elfsij Bruxellensis Encomiastico Augustiniano similibusque, quos citare solet, scriptoribus appareret, dum inter Monachosque Eremitas suos recensere non veretur S. Adelardum Corbeiensensem in Gallia Abbatem, S. Agnellum, Albinum Flaccum, Alcuinum, Amadæum Sabaudia Ducem I. ac deinde Felicem V. Antipapam, Amandum Abbatem Lirinensem qui obierit an. 420. Anastasios S. Maximi Martyris socios, S. Antoninum qui Pamia colitur, S. Arnulfum Episcopum Metensem, S. Arthuzum Gothum filium Recaredi Regis Hispania, S. Attalam Abbatem Bobiensensem, S. Auream Virginem, S. Baldericum, S. Balfridum, Bernardinum de Rosergio Arch. Tolosanum, S. Casariam eiusque fratrem S. Casarium Arelatensem Archiepiscopum, S. Caprasium, Clementem Britannum primum in Vniuersitate Parisiensi Theologiae Professore circa annum 700. qui etiam vocatur B. Claudius coliturque; 20. Martij, SS. Columbanum atque Columbanum Hibernos, S. Eloquium Abbatem Latinianensem, S. Eucherium Arch. Lugdunensem, S. Eugendum, Eugipium, Euodium Vzalensem Ep. S. Eustasium Abbatem Luxouien-

sem, S. Eutropium Episcopum Araucanicum cum ipsum qui scripsit Epitomen Historiæ Romanæ ab Vrbe condita vsque ad Iouiani (sic enim scribendum) mortem, Faustum Reicensem Episcopum, quem ait à S. Fulgentio emendatum errorem deseruisse, S. Franciscum Assisiatem Minorum Fundatorem, S. Fulgentium; S. Fursem, S. Gallum, S. Gelasium I. Papam, S. Genovesam Virginem Lutetiæ Patronam, S. Germanum Antisiodorensis Antistitem à B. Amatore decessore suo S. P. Augustini cuculla & cinctorio donatum, S. Germanum Parisiensem Episcopum, Gildam Badonicum, S. Guadrerium seu Gualterum in Lemonicensi territorio, Guillelmum Durantem speculatorem dictum Mimatensem Episcopum quem dicit confundi cum Guillelmo de S. Porciano Meldenis Episcopo. Durandum dicere volebat Ord. Dominicani, S. Guillelmum Ducem Aquitanix & Comitem Pictauiensem Philipp. IV. Hispaniarum Regis avum 18. Hectorem Ferrandum, Hermolaum Barbarum, S. Hilarium Arelatensem Archiep. discipulum S. Augustini vnà cum Prospero scriptorem epistolæ quæ extat aduersus reliquias Pelagianorum, S. Honoratum eiusdem vrbis Antistitem qui obierit anno 445. Iunilium Episcopum, S. Leonardum S. Liffardi fratrem, Leporium Vticensem in Bætica Episcopum, aliumque anno 409. Primatem Carthaginensem in Africa, Licentium Romaniani filium, S. Liphardum, S. Lupum Episcopum Trecentem, S. Malachiam Ep. Conuerthen-

sem in Hibernia, Martinum Francum Confessorem Episcopum Bituricensem mortuum anno 576, S. Martinum Bracarensem in Gallicia Præsulem, S. Maximum Reicensem Episcopum, S. Maximum Monothelitarum hæreseos impugnatorem, cum duobus Anastasis discipulis, S. Nazarium, S. Othmarum Abbatem S. Galli. S. Palladium Scotorum Ep. primum, S. Patricium Hibernix Apostolum, qui fuerit Scotus ac nihilominus S. Martini Turonensis Præsulis ex sore nepos, S. Paulinum Nolanum Ep. qui anno 424. fundauit Monasterium Meridæ in Lusitania & in Eremo Aragoniæ, deinde electus sic in Italia Præsul, &c. Paulum Orosium anno 471. mortuum Carthagine Spartaria centenariu maiorem cum iam ab anno 416. partem non exiguam reliquiarum B. Stephani Proto-martyris Augustinianis Eremitis in Africa tradidisset, S. Pharam, Sanctum Pinianum S. Melanix iunioris coniugem, S. Porcarium Abbatem Lirinensem, S. Primasium Vticensem Ep. S. Principium Ep. Succionensem (quidam & S. Remigium eius fratrem?) S. Prosperum Aquitanum de quo nos plura suo loco, S. Radegundem cum suis Monialibus Pictauiensibus, S. Romaricum mortuum anno 617. S. Rosaliam Virginem Panormitanam, S. Salabergam, S. Salonium S. Eucherij filium eiusque fratrem Veranum, S. Saluianum Ep. Massiliensem, S. Seuerinum Norricorum Apostolum, S. Seuerum Arch. Treuirensis, S. Simplicianum Med. Arch.

S. Stephanum de Mureto, Valentinum Adrumetinum Abbatem, Viatorem S. Iusti Arch. Lugdunensis Comitem, S. Viacientium Lirinensem, S. Valericum, vt innumerabiles alios omittam. Dolendum certe est bonas chartas amplissimis clarissimi Ordinis & in Ecclesia Dei $\psi\chi\omega\theta\epsilon\lambda\epsilon\iota\sigma\tau\omega$ destinatis præconias tam malè perdi, resque sacras $\phi\iota\lambda\alpha\upsilon\tau\eta\sigma\alpha$ & simplicitate quorundam sciorum & perexigui nec sat subacti iudicij virorum æquissimo eruditorum ludibrio exponi.

Ad Paginam 739.

Post Thomas Waldensis, adde sequentia : Quibus caue sis cum Marco Antonio Alegrio Casanatenasi in Paradiso Carmelitici decoris iungas Ammonium Alexandrinum Philosophum, Amphiloichium Ep. Iconiensem, Anastasium Sinaitam, S. Andream Apostolum, Antiochum Monachum, S. Antonium Magnum, S. Basilium Magnum, Benedictum XII. Papam, Bertramum Presbyterum, Bessarionem Cardinalem, Cæsarium Arelatensem, Cassianum, SS. Cyrillos Arelatensem & Hierosolymitanum Antistites, Didymum Alexandrinum, S. Dionysium Papam, Dorotheum Archimandritam, S. Epiphanium Ep. S. Ephrem Syrum, Esaiam Abbatem, Euegrios siue Antiochenum, siue Ponticum, S. Eucherium Lugdunensem Ep. S. Georgium Martyrem, SS. Gregorios Nazianzenum & Nyssenum, Hagesippum Historicum, Henri;

cum Steronem, Hieraclidem Monachum, Hefychium Presbyterum, S. Hieronymum Ecclesie Doctorem, S. Hierotheum Arcopagitam, S. Hilarium Arelatensem Arch., S. Honoratum eius magistrum ac decesserum, S. Iacobum Nisibitam, S. Ignatium Martyrem, S. Io. Chryostomum, S. Ioannem Climacum, S. Ioannem Damascenum, S. Ioannem Eleemosynarium, Ioannem Scotum Erigenam, Ioannem Hierosolymitanum XLIV. Episcopum, S. Isidorum Hispalensem Arch. Isidorum Pelusiotam, S. Leandrum Arch. Hispalensem, S. Ludouicum Gallie Regem, SS. Macarios, S. Marcum Euangelistam, Marcum Eremitam, S. Martialem Ep. Lemouicensis, S. Martinum Ep. Turonensem, S. Maximum Monachum, S. Nilum, Olympiodorum Philosophum, Oresiesim Monachum, S. Pachomium Abbatem, Palladium Ep. Scotie, S. Paulum Thebæum Eremitam, S. Platonem CP. Ruffinum Aquileiensem, S. Sabbam, S. Serapionem Ep. Thmucos, S. Simeonem Stylitam, S. Simplicianum Mediol. Ep. quem imperitè ait obtisse anno 415. Sophronium, Seuerum Sulpitium quem vocat Sanctum & Bituricensis Archiepiscopum anno Christi 420. S. Telephorum Papam, S. Theodorum Studitam, Theophanem, Vigilium Diaconum an. 420. Vincentium Lirinensem, & innumerabiles alios, siue Veteris, siue noui Testamenti sanctos doctoresque Viros, quos vel de nomine solo appellasse, apud eruditos Historie & Antiquitatis Ecclesiasticæ

Iudices refutasse est. Iis sanè nullum arbitror
locum dabit in Bibliotheca sua Carmelitica
R. P. Ludouicus Iacob à S. Carolo, aut quis-
quis alius iudicio atque antiquitatis intelligen-
tia pollere dignoscitur.



DIATRIBA
DE AIMOINO
HISTORIÆ
FRANCICÆ AVCTORE,
EIVSQVE CONTINVATORE
ET INTERPOLATORE
MONACHO S. GERMANI
PARISIENSIS.

AIMOINVM Cœnobij Floria-
censis Monachum, qui anno MIV.
florebat, verum esse librorum
quatuor Historiæ Francicæ aucto-
rem, nec plura de hoc argumento extare ab eo
scripta, quàm quæ ab eruditissimis Andrea
Franciscôque Duchesniis anno 1641. III. To-
mo Coætaneorum Franciæ Historicorum ex-
cusa sunt; tam mihi certum atque exploratum

fuit semper, quàm quod in rebus Historicis potest esse certissimum. Quod ut aliis quoque planum faciam, Varias primùm operis illius editiones percurram, tum allatis pro Aimoino Floriacensi rationibus, lustratisque per singula ac sedulò deprehensis quæ à Monacho sancti Germani partim adiecta sunt, partim interpolata, quamplurimos Recentiorum, qui à nobis discepare videntur, errores referam, refellamque.

§. I.

Quæ fuerint hætenus Aimoinianæ Historiæ editiones.

PRIMUM S. ignotam antea eruditis viris Aimoini Historiam Parisiis in folio publicavit anno Christi 1514. Iodocus Badius Ascensius, eamque Regiæ Confessionis auditori Guillelmo Paruo Ord. Prædicatorum Theologo dicauit hocce titulo insignitam: *Annoij Monachi Benedictini discreti & veridici, quorumdamque aliorum venerabilium eiusdem professionis Patrum de Regum Procerumque Francorum Origine gestisque clarissimis usque ad Philippum Augustum Libri quinque.* Idem editor, quoddam tum codice MS. Cœnobij sancti Germani vsus fuisset, ad calcem operis adscripsit: *Annoij illum fuisse Diui Germani in suburbio Parisiensi Monachum.* Illius porò editionis folio LXXIX. verso hæc leguntur post caput 41. Libri IV. *Huc usque protenditur Liber Mo-*

nasterij S. Benedicti super Ligerim: quibus idem qui supra Typographus, aut qui editionis curator vulgo creditur, Guillelmus Paruus, ista quoque subiecit: Verisimile autem est sequentia esse alterius Auctoris: nam & mortem & sepulturam Dagoberti repetit, & alia multa inculcat stilo minus elegantis. Neque enim ista reperiri memini in codice MS. S. Germani, sed post extrema verba capituli illius 41. interuallum vnius columnæ vacuum occurrit, & quæ sequuntur alterius quaternionis frontem occupant.

Elapsis quinquaginta circiter annis V. C. Ioannes Nicotius Supplicum Libellorum in Regia Magister emendatos à se ad codicem MS (Pithæus obseruauit fuisse eiusdem Cœnobij S. Germani) libros Historiæ Franciæ, expunctoque Annoij nomine, vero auctori Aimoino restitutos tradidit Andreæ Wechelo, qui Parisiis excudit in 8. anno 1567. Is plura, quàm quæ supra annotauimus, inseruit verba post caput 42. libri IV. pagina 378. in hunc modum. *Hætenus Liber Floriacensis Monasterij S. Benedicti supra Ligerim gesta Francorum recitat. Quæ verò sequuntur, non Aimoini, verum alterius cuiusdam Historiographi sunt: nec vnius quidem tantum, verum duorum. Nam & obitus sepulturæque Dagoberti Regis, & alia pleraque præcisio nimium rudique stylo repetuntur. Et cum ad Caroli Martelli gesta ventum est, poliori magisque Latina oratione, tum illius, tum cæterorum gesta res explicantur. In ipso verò, qui tum primum apparuit locuple-*

ultimo Indice, hæc quoque leguntur: *Aimoinus usque ad Pipinum Caroli Magni patrem scripsit: quæ tamen à HLudouico Dagoberti filij regno interiecta sunt, imperij cuiusdam diuina sunt, Theoderico Dagoberti Iunioris filio regnante confecta. Reliqua autem Aulicis cuiusdam Annales sunt Carolo Rege Magno & HLudouico Caroli Magni filio rege conscripti. Quod autem Historiam precedentem se ex Adhemari Commentariis retulisse ait pag. 541. nisi de intertextura Diariorum illorum accipias, suspicionem inicit: ni forte malis Aimoinum postea Pipinum Caroli Magni patrem excessisse, eundemque Monachum atque Aulicum. Auget suspicionem quod hæc librorum series ac textura non admodum cum Aimoini distributione conueniat. Eadem quoque Freherus, etsi parum veritati in plerisque consentanea, ab editione sua abesse passus non est, neglexerat Breuius.*

Totidem ferme euolutis à Wecheliana editione annis, in eadem Parisiorum vrbe apud Ambrosium & Hieronymum Drouartos emittit anno 1603. in folio Libros V. de Gestis Francorum, additis quampluribus alijs, Dominus Iacobus Breuius, Monachus S. Germani à Pratis septuagenario maior. Is Aimoino eiusdem quondam Cœnobij Monacho (cuius extant de Translatione reliquiarum S. Vincentij Leuitæ ac Martyris à Valentia Hispaniarum vrbe ad Castrum Monasterium Albigenisium Diœcesis libri duo cum aliquot versibus, & de Miraculis sancti Germani Parisien-

sis Episcopi ab anno 845. ad 863. libri totidem) vindicare constituit in sua ad Lectorem Prefatione, in qua iis se libenter assentiã pronuntiat, qui licet totum illius Historiæ librum quintum non esse Aimoini, sed alterius aut plurium appendicem asserant; fatentur tamen Aimoinum inchoasse librum illum quintum, & ad aliquot vsque capita perduxisse. Quod autem subiungit Floriacenses Cœnobitas habuisse codicem MS. Aimoini, qui caput 41. libri quarti non excederet; illud vltro omnes admittimus: Verum pernegamus in eo sex Cœnobij sancti Germani à Pratis Abbates, qui præcesserant; Autharium videlicet, Droctoueuum, Scubilionem, Desiderium, Gauscionem atque Germanum, Abnuinius quoque ibidem extitisse diplomata ac priuilegia, quæ tum ipse postea; tum ante eum Anonymus anno 1165. inseruit. Delusum sanè fuisse oportet atque in fraudem inductum obseruatione, quam ad calcem capituli illius 41. in editione sua adscripsit Badius, amplificauit in Wecheliana Nicotius. In Floriacensibus quippe membranarum teste Pithæo, aliisque, de Abbatibus Priuilegiisque S. Germani quidam vmq̃am extitit: sed in codice dumtaxat sancti Germanensi, in quo Historiam Aimoinianam à Floriacensibus mutuam interpolauit, & vsque ad suam ætatem perduxit Anonymus Monachus Ludouico septimo cœuus, Antiquitatum sui Monasterij pro laudabili temporum illorum more studiosus indagator. Falsissimum verò arbitror, quod Terentiani Menedæ-

mi verbis in medium, præter rem allatis idem Breulius audaçter affirmat, Aimoinum Cœnobij Floriacensis nusquam meminisse, cum in omnibus, quas hæctenus legi, editionibus, Ascensiana, Wecheliiana, Freheriana ac Duchesniana, ipsaque aded Breuliana, quam suiparum menor senilibus oculis legerat, pagina 63. ipso fere initio hæc legatur sub finem cap. 22. libri II. *Sed & ODO venerabilis Abbas HVIUS FLORACENSIS MONASTERII, IN QVO SÆPE NOMINANDVS CORPore REQUIESCIT PATER BENEDICTVS, ipsius memoriam in quodam sermone mirificis extollit laudibus. Quæ auctoris verba, si vel sola proferantur, apud æquos quosuis Iudices palmam Floriacensi Aimoino adiudicabunt.*

Anno 1613. Marquardus Freherus I. C. Palatinæ Aulæ Consiliarius typis Wechelianis apud Hæredes Io. Aubrij Hanouiz in folio vulgavit Corpus Francicæ Historiæ Veteris ac sinceræ: nec in eo celebrem Aimoini nostri prætermisit Historiam, alio tamen, quàm hæctenus prodiiisset, schemate ornatam, nonnullisque partibus quas paullè antea edendas curauerat, decurtatam. Postquam enim ad finem cap. 41. libri IV. accessit, eamdemque de sine Floriacensis codicis obseruatunculam, cuius supra meminimus, ex Wecheliiana editione atrexit, resectis omnibus capitibus à 42. libri IV. ad 57. quod è Gestis Francorum ad verbum expressa essent, Annales Francorum Regum Pipini, Caroli Magni & Ludo-

uici Pij per annos continuos 87 orditur ab initio capitis 58. eosque Adelmo Benedictino vel secundum alios Adhemaro Monacho attribuit ab anno 741. vsque ad annum 828. hoc est ad finem capitis 117. atque vltimi libri IV. Inserta deinde Caroli Magni Imperatoris Vita per Eginarthum seu Einhardum eius Notarium scripta, subiungit Vitam HLudouici Pij Imperatoris eiusdem Caroli filij, incerto quidem auctore, sed coætaneo, & Astronomiæ perito exaratam, quam Anonymus Aimoinianæ Historiæ Continuator ferè integram, suoque more interpolatam in prioribus libri V. capitibus à primo ad 19. vsque exhibuit, singulasque paginas Collectionis Francicorum Pithæi ad oram annotauit. Tandem restituto singulis pene paginis Aimoini titulo, non satis accuratè, quæ ad finem vsque operis, hoc est libri V. caput 56 & postremum pertinent, distinxit ab inuicem, suisque auctoribus adiudicauit. Finis enim cap. 19. ab illis verbis: *Obiit autem anno Domini DCCCXL.* & quæ toto, capite 20. habentur ad interpolatorem pertinent; caput verò 21. & sequentia Annalibus Bertinianis, Hugoni Floriacensi, Sugerio, aliisque deinceps Scriptoribus debentur. Idem post Gregorij Arch. Turonensis Vitæ Breuiarium adiecit Iacobij Breulij de Aimoino iudicium & Guillelmi Ranchini de eodem obseruationem, cui propriam postea subtexere voluit, vt consilij pariter sui rationem redderet.

Prodiit denique anno 1641. Historicorum

Franciæ cœtantorum Tomus III. ab Andrea Duchefnio ante obitum digestus & correctus, atque ab eius folio Francico vulgatus, in quo Aimoini Floriacensis Historia ad MSS. codices Floriacensem, Falcetianum, Pithœanum, aliisque diligenter entendata, expunctisque, quæ Germanensis Monachus inculcarat adieceratque, purgata primùm emicuit à primis Monarchiæ Francorum temporibus vsque ad annum Christianæ æræ circiter DCLX. Nonnulla quoque, tum prosa, tum versa oratione eodem auctore Aimoino composita, de Fundatione Floriacensis cœnobij & Translatione corporis S. Benedicti in Gallias à Germanensi Anonymo omissa tunc primùm ex codicibus MSS. vulgavit, quod caput, vt in margine obseruatum est, Aimoinum Floriacensem fuisse Monachum conuincit: sic enim incipit: *Res postulare videtur, vt quia aliorum mentionem fecimus locorum, qualiter, vel à quibus fuerint personis fundati, NOSTRI non pratermittamus FUNDATIONEM COENOBII. In quo & venerabilis ac virtutum præconio insignis BENEDICTVS Pater corpore quiescit humatus, & NOS ab ipsis, vt ita dictum sit, enutrisi cœnabulis, quidquid in nobis boni vel utile extat, si quid tamen est, ipsius patroni intercedentibus meritis à Deo percepimus. Igitur gloriosa, &c.* Deinde in fine Carminis Heroici: *Explicit Historia Francorum Aimoini Monachi Floriacensis.*

Nec plures ego hætenus vidi excusos typis Aimoini Commentarios. Scio Iosiam Simlerum in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ Lug-

dunensem commemorare editionem, sed eam nondum deprehendere potui: & quod ad alteram Hanouianam sive Francofordiensem in 8. attinet, ea quantum recordari valeo, à Wecheliana Parisiensi nullatenus differt. Restat ergo, vt de codicibus MSS. breuiter agamus.

Andreas Duchesnius in serie Scriptorum Historiæ Franciæ anno 1635. publicata promiserat se Tomo XIII. in lucem editurum Aimoini Floriacensis & aliorum S. Germani de Pratis Monachorum Historiæ Francorum libros V. ex vulgatis editionibus quas contulerat cum tribus codicibus MSS. optimæ notæ, quorum duo extabant in Bibliotheca V. C. Alexandri Petauij; Tertius in Bibliotheca Monasterij S. Germani de Pratis: Qui, si quid in istis intelligo, idem ipse est, qui ibidem aliàs viscebatur, cùm Ascensiana primùm, tum Wecheliana studio Ioannis Nicotij emendatior, ac Breuliana denique ipsa prodiit. Claudius Falcetus Consiliarius Regius & Monetalis Præses libri 4. Antiquitatum Francicarum cap. 6. fatetur penes se extitisse codicem calamo antea tria quatuorve sæcula exaratum, qui ultra caput illud 41. libri IV. non procederet. Viderat alios quoque è Monasteriis Floriacensi & San- Dionysiano depromptos V. C. nec vmquam satis ob diligentiam singularem commendandus Petrus Pithœus, vt didicimus ex Vvecheliani impressionis exemplari ab eo cum membranis variis collato, quod mihi pro summa humanitate ac iuuandæ rei litera-

literariæ studio carissimus Dominus Emericus Bigotius communicauit ac per plures menses vtendum præbuit. Si qui præterea alicubi delitescant, nescio. Obseruatum est à viro diligentissimo Parisiis extare veterem codicem MS. quem Petrus Pithæus annotarit, adscripseritque verba hæc, *Aimoinus puvus puvus*. Non noui in quâ Bibliotheca reperia-
tur.

§. I I.

Quis sit Auctor, cum Historiæ, quæ Aimoini dicitur, tum eius ex variis centonibus compactæ Continuationis, eorumque omnium, quæ utriusque identidem sunt inserta ad cœnobium S. Germani Parisiensis spectantia.

CV M in Farragine Historica, quæ Aimoini quidem nomen præfert, & in V. libros distincta passim occurrit, tria meritò distinguenda debeant, I. Historia Aimoini dicta, de cuius fine atque auctore ambigitur. II. Continuatio illius Historiæ vsque ad annum 1165. ex variis coagmentata præcedentium Scriptorum fragmentis. III. Historiæ ipsius, cuiusque Continuationis interpolatio, insertis subinde Cœnobij S. Germani Præsentis Abbatum rebus gestis, Chartis, priuilegiisque; ego sic existimo, Tribus omnino Pronuntiatis controuersiam omnem nitidè atque apertè sic posse decidi.

Ac primò, vnus idemque mihi videtur cœnobij S. Germani Parisiensis alumnus Historiam Franc. ab Aimoino inchoatam deduxisse ad sua tempora ex variis Annalium Historiæque nostratris monumentis collectam, eique chartas ac priuilegia cum suis Abbatibus, vt res se commodè offerebat, intexuisset. Labentibus enim Ecclesiæ sæculis præsertim XI. XII. ac XIII. duo videntur plerisque Monachis fuisse curæ, vt cum Historiæ corpus aliquod, siue Chronicon, aut ab Orbe condito, aut à Christi Domini natalibus, aut à Monarchiæ Francicæ primordiis contexerent ipsi, vel ab aliis iam concinnatum mutuarentur; tum omnia, quæ ad Monasterij, in quo debebant, Historiam, Abbatum seriem ac gesta, diplomata donationum, ac priuilegia pertinent, diligenter infererent, vt ex Flauiniacensi, Benigniano, Bezuensi, Sammaxentino seu Malleacensi, Turonensi, Sandionysiano aliisque innumeris colligi potest. Quare, cum nihil vetet ab vno vtcumque antiquitatis Gallicæ perito, at rerum domesticarum probè callenti, duo hæc perfici potuisse, incassum duos in illius operis confortium adiungas: præferim cum vix vlli dubium esse videam, quin is, qui Continuationi Historicæ coronidem imposuit, fuerit Monachus S. Germani, Matutinæ Synaxi præfens, quando cum Collegis suis faustum de natiuitate Philippi Augusti nuntium accepit mense Augusto anni 1165.

Nomen illius Monachi nemini notum esse arbitror, illudque cum pluribus aliis denega-

runt posteris Tempus edax rerum atque inuidiosa vetustas: quæ nihil non destruunt, & dentibus sui viciata paulatim lentâ consummunt omnia morte. Quod autem addignitatè officiumque pertinet, simile vero est Compilatorem illum fuisse Notarium siue Amanuensem cœnobij (quem Iacobus Breullius scribam Capituli vocatum fuisse testatur) cui non solum libri omnes, quotquot erant in armariis, paterent, sed & scrinia omnia essent aperta, in quibus chartæ ac privilegia continerentur, vt ex iis vt cumque digestis; & per varia Historiæ loca ac Principum nostrorum tempora collocatis Antiquitates & Iura Monasterij sui è situ tenebrisque erueret, sequentiũque sæculorum memoriæ commendaret. Quis mobrem non omnino assentior V. C. Petro Pithæo, qui scripsit: Quæ de sanctis Genouefa, & Germano, aliisque ad eius Pratenſe cœnobium spectantibus occurrunt, adiecta fuisse à Germanensibus Monachis, ex quorum exemplari hic liber primùm in lucem editus est. Ego enim vnum ea omnia præstitisse, neque multorum ope atque industria indiguiffe existimo. Idem verò obseruat in veteri libro MS. non esse distinctos hos libros per Capitula, suspicaturque, vel à Iodoco Badio, vel à Guillelmo Paruo O. P. Theologo inscriptionem capitum esse. Quæ de re nemo certius pronuntiauerit, quàm qui membranas veteres excuserit anno 1514. antiquiores. In laudato supra conobij S. Germani Pratenſis codice MS. nec capita librorum, nec lemmata capitum occurrunt.

De aliis, quos non vidi, nihil certi possum affirmare.

Age nunc scriptæ ab Aimoino, cuius tandem ille fuerit, Franciæ Historiæ finem indagemus? Id verò vel sola operis illius lectione cognosci potest. Quæ enim ab initio libri primi ad caput vsque 41. libri IV. continentur, eodem tenore decurrunt, æqualẽque styllum, floridum, nitidum, nec inelegantem, atque Historico melioris sui non indignum referunt. Cætera verò, quæ sequuntur, à capite 42. libri quarti, ac toto libro quinto vsque ad finem, partim barbara sunt, inculta, scabra, ridicula, partim paulò quidem interdum accuratiora & ab Annalium pedestri plebeioque sermone ad Historicæ grauitatis maiestatem accultum assurgentia, sed ab Aimoini Oratione, atque à sua inuicem dictione toto, quod aiunt, cælo distantia: quod palmare est argumentum. Quis enim amabo, eidem adscribat scriptori, quæ ex Gestis Francorum, Fredegario, Eginharto, seu Adhelmo aut Adhemaro vt vocant, Astronomo Vitæ Ludouici Pij auctore, Annalibus Bertiniànſis, Hugone Floriacensſis, Sugerio, aliisque fortè pluribus ad verbum descripta esse luce meridiana clariùs demonstrabitur à nobis §. 111. Taceo, quòd Floriacensſis, Falcetianum, aliæque Manuscripta exemplaria vltra designatum libri quarti caput non processerint, aut si quid postea adscriptum sit ex antiquis Annalibus, illud interuallo certo à præcedentibus disiectum fuerit. Vnum tamen opponi potest ex nuncupa-

torix ad Abbonem Ep. verbis istis: *Ab egressu quoque Francorum è Troiâ, vsque ad id temporis, quo Pipinus Magni Caroli pater regnare cepit, cunctam rerum gestarum seriem in quatuor DECREVI libros partiri. Quos ea contexui ratione, ut sequens semper priorem quantitate sui & numero Regum transcenderet: verbi gratia, primo continente quinque Regum actus; secundus contineret sex: tertius septem: quartus vero octo, & eo amplius.* Verùm huic aliâs difficultati meminì me fecisse satis cùm dicerem; Aimoinum, cùm ad foundationem Cœnobij sui Floriacensis peruenisset, vel suscepto in Vaseoniam itinere, aliâve de causa, abruptisse filum Historix, scriptâ iam ad Abbatem suum epistola dedicatoriâ, nec postea ad decretam sibi ab initio metam sublato amantissimo patre atque exactore suo Abbone voluisse reuerti. Sunt etiam quibus arrideat, Aimoinum quidem integram vsque ad Pipini inaugurationem perrexuisse Historiam, sed incuria Monachorum Floriacensium non fuisse descripta in omnibus saltem exemplaribus, quæ foundationem Cœnobij sequerentur: vnũque ex decurtatis illis codicibus è Floriacensi delatum Abbatia venisse in manus Anonymi Pratenfis Monachi, quem interpolasse multis subinde insertis & ad Ludouicum VII. continuasse Aimoini Historiam ostendimus. Quod verò data opera atque ex consilio Aimoinus ipse scabram illam ex Gestis Francorum & Fredegario barbaricè attexere operi suo voluerit tanquam purpuræ viles panniculos, & more mali Poëtæ extre-

munum fabulæ ætæ corruptum, nondum à me impetrare potui vt crederem. Neque enim difficilior erat inglorios illos Reges quàm ceteros eorum maiores familiari sibi politioris latinitalis colore vticumque vestire.

His discussis, placet Controuersix caput aggređi, ac pluribus argumentis ostendere Historix illius Francicæ, quæ extat capite 41. libri quarti definita, cuique Duchesnius caput 42. cum aliquot versibus adiecit, Auctorem non alium vsquam quærendum fuisse ab Aimoino Floriacensis cœnobij celeberrimo alumnò, multisque aliis nominibus de sua ætate ac de omni retro posteritate optime merito.

Primam aciem occupabit Siegbertus Gemblacensis Monachus, ætate proximus scriptor, qui anno Christi 1113. è vita migravit. Is capite 101. libri de Scriptoribus Ecclesiasticis tam clarè litem decidit omnem, vt nihil clariùs excogitari possit. *Aimoinus*, ita habet Coloniensis editio Suffridi Petri, vel, vt emendatiùs in Bibliotheca Ecclesiastica Auberti Miræi legitur, *Aimoinus Monachus Floriacensis Historiam Miraculorum S. Benedicti ab Adrenaldo initiatam perfecit, perducens eam à tempore Odonis Regis vsque ad tempus Roberti Regis Francorum.* SCRIBPSIT ETIAM HISTORIAM FRANCORVM ET SITVM GALLIARVM DISTINXIT. Huic validissimo nodo cuneum adhibere voluit Vossius, sed prorsus imbellem. Quid ita? Trithemius hoc vltimum præterit: nec pròinde in suo Siegberti codice re-

perit. Ergo nec Sigebertus ipse scripsit, sed videtur adiectum ab altero, qui confunderet Annonium cum Aimoino. Quæ verò, malum ! argumentandi ratio ? An Trithemius omnia expressit quæ in suo Sigeberti codice reperit? si quædam consultò omisit, eaque non pauca, quid inde concludes ? At id conferenti cuilibet exploratum est multos Scriptores omisisse Trithemium, nec omnia eorum, quæ Sigebertus refert, opuscula annumerasse. Quod si tanquam fidelis actarius omnia, quæ in Sigeberto suo reperit, transcripsit, codicem illum Sigebertinum pessimæ notæ à ridiculo librario descriptum fuisse oportuit, mutilum, decurtatum, imperfectum. Deinde, quæ vis argumenti ? Apud Trithemium vel ex incuria vel ex ignorantia, aliave ex causa, puta quòd exciderit dormitanti librario, aut erasa fuerit situve putruerit vltima hæc lineola, in editis hæctenus desideratur : ergo eam non scripsit Sigebertus, cùm tamen in omnibus editionibus ac MSS. codicibus Sigeberti mihi saltem cognitis inueniatur absque vlla suspitione fraudis non secus ac præcedentia. Denique quàm inepta Aimoini ab Aumonio distinctio ? vt Aumonio fuerit Monachus Floriacensis siue S. Benedicti ad Ligerim, vixeritque Othonis tertij tempore ; Aimonius verò sæculo amplius antiquior fuerit Monachus S. Germani à Pratis. Nolle tam puerili ac ioculari hallucinatione corruptæ vocis abusum fuisse Virum magnam ad rem seriam. Adde quod negligentæ liceat accusare Trithemium qui

ex multis opusculis tam metro, quàm prosa scriptis ab Aimoino vnicum tantum in medium proferat, illudque corruptat : *Scripsit post Adrenaldum Monachum volumus vnum. De miraculis S. Benedicti lib. vnum* : cùm nemo nesciat scripsisse duos qui extant. Quid ergo certi ex eo homine colligas, qui ne quidem Aumonium vocitet, sed Ammonium ?

II. Succedant Sigeberto nostræ ac superioris ætatis doctissimi viri, & in diiudicandis veterum Scriptorum monumentis oculatissimi : atque vt præteream Iosiam Simlerum in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ qui Monachum fuisse Floriacensis cœnobij, & scripsisse de Miraculis S. Benedicti librum, item de rebus Francorum siue de eorum gestis & origine excusum Parisiis & Lugduni, tum emendatiùs à Wechelo anno 1567. omnium instar vnus esse posset Petrus Pithæus, de quo eiusque notis plura dicemus sequenti §. Huic tanquam suffragatores licebit adiungere Nicolaum Vignerium in Bibliotheca Historica ad annos 661. & 741. Claudium Falsetum capite 6. libri IV. Antiquitatum Francicarum, Iacobum Sirmondum ex quo id multi sæpe audierunt, Andream Duchesnum in editione purgata, quam bono publico vulgavit eius filius, ac tandem cæteris, ne tedium afferam Lectoribus, prætermisissis, duos clarissimos ætatis nostræ Scriptores ; qui postquam hæc de Scriptoribus Ecclesiasticis volumina parata fuerant à nobis, & maximam iam partem typis excusa, libros suos publicarunt, Hadrianum

Valeſium I. C. dico, ac Ioannem Launoium Theologum. Ille Tomo II. Rerum Francicarum pag. 442. cum docuiſſet Aimoinum Floriacenſis Cœnobij, vulgo Monafterij S. Benedi&ti ad Ligerim vocati, Monachum fuiſſe, res Francicas quatuor libris expoſuiſſe, opus ſuum Abboni Abbati ſuo Rotberti Regis æquali nuncupaffe, ſubiicit quosdam, vt Aimoinum Monafterij S. Germani Monachum probarent fuiſſe, non ſolum Abbatum Cœnobij S. Vincentii Beatiſque Germani nomina, literasque Childeberti ſenioris ac Germani Pariſiorum Epifcopi ad idem Cœnobium pertinentes fraude ac dolo malo inferuiſſe operi eius, ſed etiam quartum eiufdem librum vſque ad Ludouici Pij quintumdecimum imperij annum deduxiſſe, Annalibus Eginharti prægermano auctoris opere adiectis ac intruſis. Hic verò in Aſſertione Inquiſitionis in Chartam immunitatis, quam beatus Germanus Pariſiorum Epifcopus ſuburbano Monafterio dedidiſſe fertur, cap. xv. Partis quartæ, aduerſus Iacobum Brullium contendit, Aimoini Hiſtoriz ſcriptoris ſlocum, non Sangermanenſe, ſed Floriacenſe Monafterium fuiſſe, tempus verò non idem ac Caroli Magni, ſed idem ac Hugonis Capeti & Roberti filij; idque tum publica ipſius Aimoini profeſſione, tum Pithæi, & Duchefnij, ſide, aliſque argumentis euincit. Idem de MSS. Hiſt. illius, tum ſinceræ, tum ab Anonymo interpolatæ plura commemorat pag. 468. & ſequenti tradit Pariſiſ extare veterem Hiſtoriz huius codicem MS. quem Pe-

trus Pithæus annotarit, ad ſcripſeritque verba hæc, *Aimoinus purus purus*. Certè in Bigotiano exemplari ſi bene memini ex V. C. Pithæi manu adſcriptum eſt: *Incipit Prologus Hiſtorie Francorum Aimoini Monachi Floriacenſis Cœnobij*.

III. Argumentum ſuppeditat Epiftoła Nuncupatoria ad Abbonem Abbatem in hæc verba: *DOMINO Venerabili & in Chriſti dilectione fundato ABBONI Abbati, TOTIVS GREGIS ILLI A DEO COMMISSI MINIMVS AIMOINVS, perpetua ſeruiuitis munus. Præceptis beatitudinis tue parni, Beatiffime Pater, quibus præceperas, vt ingenium exercendo meum, quod irribuente Chriſto per tue ſollicitudinis morumque Diſcipulorum laborem ad meliora profeſſiſſe arbitrabaris, res geſtas Francorum ſiue Regum que & ſub diuerſos ſparſe libros & inculco erant ſermone deſcriptæ, in vnus redigerem corpus opuſculi ac ad emendatiorem Latinitatis reuocarem formam, &c.* Quis enim alius Abbo Abbas hic intelligi queat, præter S. Abbonem, Martyrem vulgò dictum, virum per ea tempora eruditiffimum, qui & diſcipulos plures doctrina præſtantes habuiſſe memoratur, & ſingulari amore Aimoinum, adhuc ætate quidem iuniorem, ſed ſelicitiori cæteris ingenio præditum proſecutus eſt. Lege vitam Abbonis, aliæque ab eodem Aimoino ſcripta, quæ Ioannes à Boſco in Bibliotheca Floriacenſi publici iuris fecit. Quæ verò ad hanc Epiftołam reponit Brullius, frigida ſunt atque imbellia. Quis enim toto ſæculo nono

in Cœnobio S. Germani vixit Abbo Abbas; aut si alteri Monasterio præpositus fuerit Abbo, ad quod tempestate bellorum, aliave de causa iactatus diuerterit Aimoinus Pratenfis, præterquam quod leue effugium, quæsitamque de nubibus machinam nemo non videt, quomodo GREGIS à Deo ABBATI illi commissi minimus fuerit Aimoinus, qui San. Germanensi Abbati, cuius præceptis pareret, erat obnoxius? Quo pacto Aimoinus Pratenfis, aliorum magister, (ad quem hæc Abbo poëtafter, *Sume botros, tibi quos tua fert Vitis adhuc virides, rubeant imbres tuo, radisq; iuis. Coniunò feris atque fodis, Tu celebrande, putas & eam, &c.*) vt ingeniolum exerceat suum, ad Historiæ scriptiõnem adigitur? Qui veid sunt Discipuli Abbonis illius fictitij, quorum sollicitudine ac labore ad meliora profecerit Aimoinus Parisiensis? At hæc omnia mirum quam aptè conueniant Aimoino Floriacensi; qui ætate iuuenis, qui discipulus atque vnus è grege Abboni commissio. qui ingeniosior ac cultioris quàm ea ferrent tempora Latinitatis studiosus, qui peculiari amoris prærogatiua dilectus, qui in eo collegio educatus, ad quod omnes ex diffitis etiam regionibus atque insulis toto orbe semotis, tanquam ad bonarum literarum florentissimum emporium, virtutisque ardue nobilissimum gymnasium concurrerent.

IV. Summus accedit Aimoini erga S. Benedictum patrem patronumque suum amor ac cultus non vulgaris. In Epistola ad Abbonem
 mox

mox citata: *Id præcipuè conseruare curauit, vt in omnibus his libris mentio fieret BENEDICTI PATRIS certis ex causis: cui ego meum scire, meum posse, meumque vinere post Deum acceptum fero.* Cap. XVI. Libri II. *His diebus beatissimus BENEDICTVS PATER & prius (sic enim legendum, non prior) in loco qui Sublacus dicitur, & postea in castro Cassino, &c. Capite XXII. eiusdem libri: Huius Principis (Theodeberti) temporibus, &c. Magna porro nobis, si dissimulare nolumus, indicta probitatis est necessitas, quibus donatum est tantum actalem in PRÆSENTIARVM habere PATRONVM, &c. QVORVM, in contemplatione totius orbis, creditur ELEGISSE DOMICILIA, &c. Sed & ODO venerabilis ABBAS (qui Cæsarduni Turonum anno 942. sancto fine decessit & in S. Iuliani Ecclesia sepultus est) HVIVS FLORACENSIS MONASTERII, IN QVO SÆPE NOMINANDVS CORPore REQUIESCIT PATER BENEDICTVS, ipsius memoriam in quodam sermone mirificis extollit laudibus. Nos veid pro amore TANTI PATRONI NOSTRI his prælibatis ad Historiam recurramus. Quod si quis, & duos de Miraculis S. Benedicti libros, & sermonem de Festiuitatibus eiusdem S. Benedicti, ab Aimoino Floriacensi scriptos, ac præcipuè caput XLII. libri quarti operâ Andrea Duchesnij ex manuscriptis optime notæ exemplaribus primùm anno 1641. publicatum ac fortè non absque consilio aliàs suppressum, suoque loco minimè vt par erat descriptum, subnectere voluerit, is dubio procul omni*

obstinatissimos quosque aduersarios, si qui tamē post hac futuri sint, conuincet. Certē si reuiscerent Baronius, Bell. similesque veritatis amantes, non ambigo, quin perpenfis rationibus supradictis, in nostras illico partes velis remisque contenderent.

V. Agmen claudet obseruatio styli paullo floridioris quā ea ferrent tempora inscitiae tenebris immersa, siue, vt eius verbis vtar, Emendatio Latinitatis forma, quae in omnibus Aimoino. Floriacensi tribuitis opusculis eadem perseuerat, cū diuersa omnino scribendi ratio reperitur in iis, quae de Translatione S. Vincentij ex Hispania Tarraconensi in Aquitaniam primam, ac de Miraculis S. Germani Parisiensis alter composuit, vt conferenti patebit, neque enim vacat in singulis diutius immorari.

S. III.

Recensentur quinque libri Aimoino tribuiti ex Pithœi marginalibus notis, nostrisque coniecturis; & quid ab interpolatore insutum, quidue, & ex quibus in Appendice adiectum sit, exponitur.

EXEMPLUM V. C. Pithœi sequuti Nicotianum exemplar ex Wecheliana editione anni 1567. ad nostrum hoc examem adhibebimus. Ac I. quidem ex pagina 16. ferē sub medium capituli VI. Praefationis non vulgare

mendum auferemus: Si quis aut priuatus aut populus eorum (Droïdum) decreto non steterit, sacrificiis interdicitur. Hac poena apud eos est grauissima, quibus ita interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur. ab his omnes discedunt, aditum sermonemque diffugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, &c. In omnibus editionibus, etiam Duchesniana, legitur, his omnes decedunt, & ne quid ex cogitatione incommodi: tum cap. IX. vitimo versu pag. 10. quorum eos est vestigio praeteresse necesse est, cum incertis rumoribus seruiant, mendosē moribus. Emendatio ex lectione praecedentium pendet ac sequentium.

Cap. I. libri I. pag. 24. à palude perturbant corr. prouerbant. Pag. seq. cap. 3. Sicambriam egressi ripas Rheni fluminis occupauerunt: alij forte melius ingressi. Pauld post: Cum maiores sibi copias, iunctis sibi Heraclio ac Iouiniano Romano militiae principibus, ad se iuissent: corripo adsciuissent.

Cap. IV. pag. 27. Faramundus dicitur terdenis annis regio honore functus, & pag. 28. cap. 7. Meroueo autem rege Francorum XVI. anno bacluse casso. Pag. 39. ex sua lenitate leg. lenitate alios existimantem. Pag. 47. Edisius seu Edisius scrib. Ecdisius. Verum haec dicis causa: longior enim sum, si singula minutatim expendere aggrediar.

Cap. XXIV. pag. 71. Quae de S. Genouefa & utroque Germano Autissiodorensi ac Parisiensis Episcopis habentur ab interpolatore S. Germani Pratenfis Monacho inserta sunt,

vt obseruauit Pithæus, & absunt ab editione Duchesniana ad MSS. codices recensita.

Cap. XXV. pag. 73. intrusam quoque Mag-
nis illis uiris dicitur Clodouei tumule Epi-
taphium à sancto Remigio, vt ferebatur, de-
scriptum. Expungenda quoque de Clodouei
morte uerba ista: *obit uero anno Dominice In-
carnationis quingentesimo*, vt habent editio-
nes Badiana, Wecheliana & Freheriana, nam
Breulius ad Sigeberti Baronii calculos con-
uersus edidit DXXIII. cum tamen in MS. S.
Germani legatur dumtaxat D. cum breui
spatio characteribus uacuo: quos ipse pro li-
bito finxit XIII. ego, si fas esset, reponerem
D X I. quo anno ad superos euolauit Clodo-
ueus.

Cap. VI, libri II. pag. 87. *Rex autem Chil-
demerus cum duodecim tantum Wandalis fuga
periculo exemptus, lege Gilemerus & pratio.
cum cap. XVI. pag. 110. dicitur Theodorus,
qui fuit Theodabatus.*

Pag. 113. pro *Aurelianensi* siue *Aureliano*,
alias legitur *Aureliensi* siue *Aureliacensi*. Seq.
pag. deest in MSS. Beati Germani uisio, ciuili-
que ad Episcopatum Parisiensem promotio:
ideoque è titulo capitis XVIII. extrema pars
fuerat etiam à Duchesnio rescanda.

Pag. 116. ex cap. XIX. nemo non uidet do-
lendum esse glossema illud nuperum, *ut bea-
tissimus Germanus, Parisiaca nostræ uidelicet
urbis Episcopus, nobis sapissimè resulis*. Quo
enim tempore in Hispaniam profectus est
Childebertus, & à Cæsaraugustanis S.

Vincentij Leuitæ ac Martyris stolam (delen-
dum quoque alterum glossema, *id est tunicam*)
impetrauit, nondum Germanus Cathedram
Parisiensem insederat.

Cap. XX. Pag. eadem pro *Theodorus*, re-
scribe *Theudus* aut *Theudis*: & paullo post,
dele aduentitiam illam sententiam *secundum
beatissimi Germani dispositionem*. Paginis uerò
117. & 118. occurrit Pragmaticum Childeber-
ti, cum breui proæmio, ab hisce uerbis: *Quam
Ecclesiam quomodo*, &c. In editione Duches-
niana & MSS. post *consulti munera*, nihil le-
gitur. An uerò Childeberti Regis ætate Pag-
maticum illud conscriptum sit, non disputo.
Mancant sua cuique iura uel imbibata. Hoc
tantum contendo, Aimoini Floriacensis Hi-
storiz à Pratenfi Auonymo illud cum aliis ad
Monasterium Abbatèsq; suos (quorum pri-
mus mox nominatur Autharius à Rege consti-
tutus uir magnæ nobilitatis) spectantibus
fuisse intermixtum circa annum 1165.

Cap. XXV. pag. 126. post uerba: *B. Geno-
nesia humata quiescit*, desunt in MSS. *Tunc
temporis*, & quæ sequuntur, usque ad *dictus
fuisse ab Angulo*. In vno uerò è Pithæanis,
post, *successitque ei Theodebaldus filius eius*,
adscriptum erat, à *Faramundo successione octa-
uus*.

Pag. 132. cap. XXIX. cæteris omissis, quæ
vulgatæ editiones præferunt, in Duchesnia-
na ad MSS. codices exacta hæc tantum ha-
bentur: *Idem Rex (Childebertus) post distin-
ctam Regni functionem febre uexatus moritur*.

ac Parisius in Ecclesia sancti Vincentij, quam ipse fabricarat, sepelitur: Eius Regnum vel thesauri ad Chlotarium lege redierunt.

Pag. 143. ad calcem capituli XXXVI. desunt, quæ de *Aubarico & Droisoneo* referuntur & quæ cap. II. libri III. pag. 148. dicuntur de Præcepto immunitatis vel libertatis à S. Germano concessio: quod in prioribus *Badiana & Wecheliana desideratum* exhibuit in sua editione *Iacobus Brüllius* pag. 75. notisque non secus ac *Pragmaticum* illustravit.

Cap. IX. pag. 178. Ablunt omnia, quæ de B. Germani Hierosolymitano itinere, & de reliquiis à *Iustiniano* datis narrantur.

Cap. XVI. pag. 171. fere octogenarius dicitur abesse cum Epitaphio aliique, ab his verbis *Ingrediente autem*, vsque ad, *Scubilio Abbas ei successit in regimine*.

Cap. XLII. pag. 211. addita sunt *Agricolæ Ep. Cabilonensis, qui vsique in vita beati Germani Parisiorum presulis memoratur*, non secus atque pag. 233; cap. LVII. inserta videntur, quam ipse immunem, & c. vsque ad ibi conculerat.

Pag. 285. cap. LXXXVII. pro *Marciacensis* legendum arbitror *Arciacensem Campaniam*.

Capite XCII. extrema pag. 293. *Monachus Germanensis* adtextit: *His diebus defuncto Scubilione dānobij sancti Vincentij Abbate, Desiderius ei successit in regimine*.

Capituli XCVII. principium etiam in *Ducheshiana* editione fœdatur *Venericorum* cor-

rpta voce: sic enim legendum autumo: *His diebus Alemanni Auentiorum fines ingressi Vltimurianos, Cambeleno & Erpino Ducibus, sibi obfistere conatos acie superant*.

Libri quarti ipso initio minus rectè dicitur à Francorum Regibus (*Clotarij Maioris filius nepotibûsque*) per quinquaginta ferme & vnum annos fuisse regnatum, 53. rectius quadrant vsque ad *Clotarij junioris Monarchiam*. Eidem capiti primo & aliud incubat mendum: *Theodoricus denique tuis credulus persuasionibus quòd Theo deberius eius non esset germanus, effusor exitiis fraterni sanguinis: cum iam pridem Merouei ex se (legendum est, ex me) geniti errore pollutas gereret manus*. Confer caput XCI. libri præcedentis. Eximendus quoque perhibetur ex fine eiusdem capituli *Lupus Archiepiscopus Senonensis*, quem MSS. codices *Aimoini* non agnoscunt,

Cap. VIII. pag. 323. *Hac etiam tempestate Desiderio Abbate Monasterij Germani diem obeunte, Gauscio successit in regimine*.

Capituli XVII. ex *Gestis Dagoberti Regis*, siue ex *Chronico sancti Dionysij*, multa sunt inserta. Pro *Longolaria silva* occurrit alicubi *Langanatia* cap. XVIII. Caterùm ad paginam 334. hæc *Petri Pithæi* manu adscripta sunt: Ab hoc loco vetus codex *Aimoini*, qui est Ecclesie *Beati Dionysij*, nonnihil diuersus est ab hoc *Germanico*. Incipit: *Anno igitur xlv. regni sui Clotarius Magnus Rex moritur*, vsque ad illa, quæ sunt infra pag. 378. *Acce-*

pis autem ipse Ludonicus uxorem de genere Saxonomum, &c.

Pag. 358. *Huius exemplar, vsque ad insulit pag. 360. initio, monet Pithæus ex Germanenli exemplari intexta cap. XXX. & addita ad calcem XXXI. His diebus vita decedente Gaufrione sancti Germani Abbate, Germanus regiminis locum suscepit.*

Pag. 378. post, Deo seruientiam Monachorum statuit: adscripsit Pithæus extremo capiti XLI. *Hactenus Aimoinus Floriacensis. Ad marginem verò notauit: Hæc minoribus seu mutatis literis describi debuerant, nimirum, Hactenus liber Floriacensis Monasterij S. Benedicti supra Ligerim gesta Francorum recitat. Quæ verò sequuntur, non Aimoini, verum alterius cuiusdam Historiographi sunt, &c. Addit idem V. C. Et hic quoque in veteri libro Floriacensi spatium est. Tum subiicit: Quæ sequuntur (nimirum cap. XLII. *Posthac igitur Rex, &c. sunt & in vetustis exemplaribus Aimoini puri puti, sed disincta à præcedentibus vsque ad coronationem Caroli. Pag. 462. Imperator & Augustus appellatus. Et verò sunt ex Gestis Francorum veteribus ad verbum transcripta vsque ad illum locum cap. LII. pag. 390. Qui nunc anno sexto in regno subsistit Ad quem hæc adnotata leguntur: Hinc vsque ex Veteribus Francorum Gestis: caetera ex Gregorij Appendice vsque ad finem capitis LVII.**

Pag. 980. & seqq. ab Interpolatore Monacho qui anno 1165. viuebat, intexta sunt Ge-

stis Francorum aliisque deinceps quos confarcinauit Scriptoribus, non secus ac præcedenti Aimoini Floriocensis Historiæ, quæ sequuntur de Abbatibus Cænobij S. Germani: *Cuius temporibus Sigo Abbas Cænobio Beasi Germani Parisiensis nobilitor præfuit. Scitè autem & ad rem nostram omnino accomodatè obseruat Pithæus, hæc & similia reperiri quidem in veteri codice Germanico, at non in Dionysiano.*

Pag. 384. *Decedente quoque Sigofrido Abbate Cæn. S. Germ. Par. Babo in regimine substituitur. & pag. 385. Babone quoque C. S. G. Abbate obeunte, Childeranus ei subrogatur in pastoralis procuratione. Childeraro autem diem obeunte, Hunfridus curam Adonasterij S. Germ. accepit.*

Pag. 386. *Hunfrido Abbate hominem exente, Gundremarus vir strenuus regimen Ecclesiæ sancti Germani est sordidus. Tum, Defuncto his diebus pia memoria Gundemaro, Tedelmarus pastorale sumpsit officium.*

Pag. 390. *Thedelmaro autem Abbate Monasterij S. G. defuncto, Lanfredus ei in regimine subrogatur. Quæ præcedunt verba: Franci verò Theodericum Kala Monasterio enutritum filium Dagoberti iunioris Regem super se statuunt: qui NUNC ANNO SEXTO IN REGNO SVB-SISTIT, ea in Gestis Regum Francorum ab Auctore coætaneo conscriptis & à Duchesnio editis Tom. I. agmen claudunt, ruincuntque, nec Aymoinum Parisiensem, nec Floriacensem, parentem habere posse.*

Pag. 391. *Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, &c.* Hæc ex Appendice Gregoriana, seu Fredegarii Scholastici Chronico fuere delibata. Vide pag. 770. Tomi I. Collectionis Duchesnianæ, num. seu Sectione CVIII. & obserua verba ista ex cap. LIV. pag. 393. edit. Wecheliana: à *Passione Domini vsque ad istvm ANNUM PRÆSENTEM, qui est XIX. Principis Caroli, sunt anni DCCXXXV.* neutri Aimoino conuenire posse.

Pag. 394. *Eo tempore gens impia Wandalarum, &c.* vsque ad finem capitis LV. defunct apud Fredegarium, & videntur deprompta ex aliquo Senonensium Historico, fortè Odoranno aut Hugone, &c.

Pag. 397. *Vrbes famosissimas, &c.* quæ in Dionysiano exemplari teste Pithæo sic concipiebantur: *Vectium, Nemausum, Alimurium, Substantionem qua modo mutato loco Monspeffulanus dicitur, Agarben, ac Bitervis.* Paulò post Fredegarianæ narrationi inferfit Pratenis Anonymus: *Tunc memoratus Princeps venerabilem Lanfredum Abbatem S. Germani Legationis causa in Aquitaniam dirigit.* Pag. 398. pauca quædam habentur paulùm inflexa ab Appendice Gregoriana: in qua *Grimo Abbas Corbensis Monasterij, cum editio Vvcheliana Corbonensem appellet.* Quodnam verò sit Corbonense Monasterium, quisve & vbi situs Corbonis pagus ex Capitularibus Regum nostrorum atque aliunde nobis non ignotus, alterius est operæ plenius explicare.

Pag. 399. post verba vltima cap. LVII. in *basilica sancti Dionysij Martyris, Pithæus hæc adscripsit: Huc vsque Appendix ad Gregorium Turonensem. Cætera alterius sunt Auctoris.* Quæ sequuntur vsque ad finem libri quarti sunt magna ex parte ex Annalibus Pipini, Caroli & Ludouici impressis Coloniae in 16. & aliis nondum editis. Eos tibi Annales suppeditabunt secundus & tertius Tomus Collectionis Duchesnianæ ab Eginartha aliisque conscriptos.

Pag. 400. Interpolator de suo nonnulla addidit initio cap. LIX. *Hoc igitur vsque ad desinetur: ac medio, Pace itaque peracta, vsque ad, &igni vastauit.* Tum multa cap. LXII. pag. 405. *sequenti anno venerabilis Lanfredus, &c.* vsque ad capitis finem. Pag. 409. *His diebus Lanfredo decedente, Guichardus Ecclesie S. Germani Abbas presicitur.* Pag. verò 404. post illa verba in fine capitis LXI. *ad susceptionem regni.* Huc vsque se scripturum pollicitus fuerat Aymoinus in Praefatione.

Pag. 419. ad calcem cap. LXXIII. *His diebus defuncto Guiscardo Abbate C. S. G. Robertus in regimine substituitur.*

Pag. 471. cap. XCV. macula parua nigra in medio solis centro conspecta dicitur ab ipso met Annalium scriptore Astronomix non imperito, qui superstes non potuit esse vsque ad annum 892.

Pag. 487. sub finem capitis C. *Robertus Abbas S. Germani m. visa decessit, Irmino quoque prudentissimus vir loco eius successit.*

Pag. 490. cap. CII. ad illa verba: *Cuius rei nuntium cum Ludouico filius eius, &c.* notauit Pithœus. Huc vsque gesta. Sequitur Eginarthus in veteri exemplari. Sed quæ hic sequuntur, sunt ex Annalibus Ludouici Imperatoris, in quibus & hæc per annos disposita sunt.

Pag. 532. *Ipse autem ven. Abbas presatus Hilduinus, & quæ sequuntur ad finem cap. CXIV. ab Anonymo interpolatore profecta sunt, non secus ac quæ pag. 540. ad finem cap. CXVII. leguntur. Verum nunc parumper retrocedamus. Nam dum studuimus gesta gloriosi Caroli Augusti continuare, omisimus primordia huius clarissimi Imperatoris Ludouici dilucidare. Sed hoc nobis videtur ALTERIUS LIBRI initio congruum fore. Quod quamuis fiat præpostero ordine, tamen continuabuntur prima ultimis, omisiss plurimis in medio iam prælatis: quæ tamen suo loco substringentur paucis. Hæc Interpolatoris verba: quibus ex Prologo vitæ HLudouici Pij ab Homine Palatino scriptæ subiiciuntur ista: *Nam virtus adde glorioso principi, &c.* Porro, *quæ scripsi vsque ad tempora Imperij, ADHEMARI nobilissimi & deuotissimi Monachi relatione didici, qui ei coeuius & conuictus est. Posteriora autem* (id est ab anno 813. vsque ad annum 840.) *quia ego interfui rebus Palatinis, quæ vidi & comperire potui, stylo contradidi.* Vide Paginam 287. Tomi II. Duchesnianæ Collectionis. V. C. Pithœus post exultatione celebravit, annotauit: Huc vsque ex Annalibus Regum Karoli & Ludouici*

Coloniz impressis in 16. Quæ sequuntur, sunt ex Præfatione eius, qui Vitam Ludouici Pij descripsit. Itaque ad omnia omnino, quæ libro quinto continentur, non pertinent, sed ad ea tantum, quæ de Ludouico scribuntur usque ad caput XIX. Idem post stylo contradidi obseruat, in exemplari Dionysiano sequi Vitam Karoli Imperatoris ab Einardo scriptam: tum Tilpini Historiam, additis pluribus, quæ ad illud Monasterium pertinent. Deinde Vitam Ludouici Imperatoris, ex qua sequens liber excerptus est: *Famosissimus Regum, nullique, &c.* vsque ad paginam 634.

Pag. 544. *Lutetias, quæ alio nomine Parisij vocantur, se se recepit.* ab illis verbis, *Tunc eius adit presertiam Ven. Robertus,* vsque ad capitulum finem Interpolator omnia subiicit, ex Monasterij sui archiuis. Iacobus Breullius duo Caroli Magni diplomata charactere Italico distinxit: sed omisit, quod in editione Vvcheliani initio pag. 547. legitur primum fuisse *reintegratum Parisijs.*

Pag. 577. Idem Anonymus S. Germani Monachus de suo ista inseruit non obiter prætereunda: *sed hæc iam superius dicta supprimantur,* tum pauld post pagellis aliquot ex Vita Ludouici Pij omisiss: *Sed ea, quæ iam dicta sunt, omittentes reliqua persequamur,* ad quæ idem Pithœus: Compileris sunt, omittentis hinc quædam, quædam, quæ supra libro 4. ex Annalibus Ludouici iam adscripterat.

Pag. 578. *desueto quoque Irminone Hilduin-*

nus B. Germani Ecclesie Abbas proficitur. Tum pag. seq. *Vt autem pateat*, &c. vsque ad finem capituli X. sunt ab eadem manu: nec non pag. 584. *Verum hac superius iam digesta laus, sufficit hic tantummodo pralibasse. Eodem tempore defuncta Hirmengarde, regina, ut iam supra notauimus*, &c. pag. 585. *post crudelitate*, Pithæus scitè adiecit, inter hæc multorum annorum historias omittas fuisse, ab anno scilicet 822. ad 828. *Cum igitur conuentus habitus esset publicus Aquisgranis, ubi cum in aliis, tum maxime feruebat res (ut supra dictum est) in marcha Hispanica*, &c.

Pag. 614. *Nam Hilduinus ibi affuit Abbas, vsque ad, absulerat Ecclesie*, & pag. 615. 616. 617. *Pipinus gratia Dei R. x. Aquitanorum*, &c.

Pag. 619. Auctor alium se designat ab alterutro Aimoino, dum ait: *accito quondam, stemque me qui hæc scripsi, & quibus rei (Astronomice) scientiam habere credebar.*

Pag. 626. cum de Ebroino Pictouensi Episcopo mentio incidisset, hæc ab Interpolatore inserta sunt: *Dans ei regimen Abbacie sancti Germani Parisiensis: Nam Hilduinus Abbas iam decesserat.* Quod postremum, an verum sit memini me aliàs in controuersiam vocasse, nec immeritò sanè.

Pag. 634. ferè sub exitum Capituli XIX. *nobiliter sepeliuit.* Huc vsque Astronomus Vitæ Ludouici Pij scriptor. Cætera, quæ tum hoc XIX. tum toto capite XX. sequenti habentur, Interpolator Monachus anno circ. 116.

addidit, partim ex vulgatis Annalibus, sed malè intellectis, partim ex arcanis Monasterij sui monumentis. Quod verò, non ab Aimoino Parisiensi, aliòve eiusdem ætatis viro scripta sint, quæ cap. XIX. adiecta sunt, ab illis verbis: *Obiit autem anno Domini dcccxl. do-cent nonnulla I. quodd inter filios Ludouici Pij Imp. qui Bello Fontanetico in Burgundia pugnauerunt, numeret Pipinum, qui iunior fuit, Ludouici Pij nepos, ac senioris biennio fere ante patrem defuncti filius. II. quodd Ludouicum Germaniæ Regem vendicasse sibi Burgundiam asserat, ac in Regem victum fuisse; Pipinum verò Aquitaniam possedisse. III. quodd Lotharius partem Franciæ obtinuerit, que usque in hodiernum diem ex suo nomine Lothary regnum appellatur.*

Pithæus obseruat in Dionysiano exemplari ea, quæ sequuntur Vitam Lud. Pij, diuersa esse ab istis, ac totum caput XX. interpositum ad aliquot annorum launas reparandas, sapere omnino Germanicem Monachum.

Pag. 636. & seqq. à cap. XXI. vsque ad LXI. curiosum Lectorem maneo puras putas esse lacinias ex Annalibus Histicoricis decerptas. Vide Tomum III. Histicoricorum cœtaneorum Franciæ à Duchesniis editorum à pag. 235. vsque ad 261. ab illis verbis, *Lotharius autem (non Imperator, sed eius dumtaxat filius Lotharingiæ Rex) Romam latius promouens usque Lucam ciuitatem venit*, &c. Interpolator verò his de suo inseruit pag. 647. *Ea tempestate secunda irruptione Nortmanni*

Parifios venerunt, & B. Germani Monasterium depopulati sunt, cellarioque Fratrum igne immisso, cum praeda vndequaque adquisita redierunt. Pag. 659. post Gauzlinum Abbatem subiecit, *Monasterij sancti Germani.* pag. 660. quædam prætermittit. pag. 662. *focj & focium* mendosè legitur etiam in MS. S. Germani pro Photij & Photium vel quemadmodum Duchesnius edidit, *Focij & Focium:* pag. 688. *Ea tempestate Gauzlinus Abbas, &c. bene multa vsque ad finem capitis XXXIV. ad Monasterium B. Germani pertinent. Defunt verò in Annalibus Bertinianis, & à veritate procul absunt, quæ Interpolator ille de Carolo Caluo attexit sub finem cap. XXXV. Sepelierunt eum in basilica B. Eusebii Martyris in civitate Vercellensi, &c. Delenda quoque ex cap. sequentis initio dictio, Vercellus, atque ex fine cap. XI. hæc verba: vir plenus omnibus immundis & vanitatibus.*

Pag. 723. post *residere permittit*, vsque ad, *componi fecit*, quædam interiecta sunt de rebus cœnobij S. Germani, quæ in Annalibus non extant. Imò nec in veteri codice extare *idem namque, &c. monuit Pitheus.*

Pag. 725. *quo venerant, redierunt.* Huc vsque *Annales S. Bertini* vulgò appellati. Quæ sequuntur vsque ad finem capitis ab Interpolatorè promanarunt.

Pag. 726. capitis XLII. pleraque ad verbum exscripta sunt ex capite primo libri II. de Miraculis S. Benedicti Floriscensis, auctore nostro Aymoio, cui Interpolator inseris

feris: *Ea tempestate Gozline Episcopo & Abbate defuncto Ebolus nepos eius Abbatia suscepit regimen.*

Pag. 728. *Quo abeunte, recepit regnum Carolus puer, &c. vsque ad Symphoriani Martyris,* leguntur in Chronici Hugonis Floriacensis fragmento pag. 347. Tomi III. Duchesnianæ Collectionis: quibus de Roberto Abbate quædam admiscuit Monachus Interpolator à pag. 729. vsque ad 732. & finem Capitis XLI.

Capitis XLII. principium vsque ad, *in Basilica S. Fursei, & quædam alia ex eodem fragmento desumpta nonnullis ad Cœnobium S. Germani spectantibus immixtis, hoc & seqq. capitibus XLIII. & XLIV. vsque ad initium pag. 740. Deinde subiiciuntur nonnulla ad idem pertinentia de Gualone, Alberico, & Morardo Abbatibus. Videnda quoque pagina 142. Tomi IV. Historicorum Coetaneorum Franciæ vnde quædam in cap. XLIV. & XLV. decerpta.*

Pag. 741. extremo fere capite XLIV. post, *Ludovicum & Carolum*, Pitheus refert se vidisse in Veteri codice hæc verba: *His ita peractis primores Franciæ apud Nouiomum civitatem congregatis communis consensu iam dictum Hugonem Ducem elegerunt sibi in Regem: indeque unctus Remis v. Nonas Iulij, & in eodem anno ipse Hugo Robertum filium suum consortem regni adscripsit atque benedixit in Regem Remis Kalendis Ianuarij: qui postquam Hugo gubernavit regnum Francia annis pene XI. defun-*

Eius ix. Kal. Nonembris ac sepulchrum in Eccl. S. Dionysii iuxta patrem suum anno Domini DCCCXCVI. successore filio Roberto, qui post eum rexit regnum Francia.

Pag. 742. *In illis diebus, &c. ex eodem Hugone Floriacensi. Vide Tomum IV. Duchesnorum pag. 142. Quæ verò dicuntur de Morardi obitu & Ingone Guillelmo Divionensi, atque Aldrado Abbatibus, ea merito imputaveris Interpolatori, ut quæ sequuntur de Beina, quæ temporibus regis Roberti erat de Dominio S. Germani. Eius enim occasione gravissimus error diu contaminavit Historiam Francicam. Ioannes Tilius V. C. & post eum bene multi docuerunt clarissimos Toparchas Monfortios è Regia stirpe descendisse, à Roberto Rege & N... domina de Nonigento prognatos, quod falsissimum est. Occasionem præbuit malè ferriatus impostor, qui cum nomen Comitis illius, unde tanquam è radice prodiit ingens ac bene nota Gallis Monfortiorum progenies, quoddam Cœnobio Germani Beinam abstulisset, exosum haberet, lineam vnam alteramve malo more brassit. Unde factum est postea, ut Iodoci Badij vel Guillelmi Parvi non ferenda in viris eruditis incuria, nulla habitatiatus illius, sive lacunæ, quam asteriscis designare debuissent, ratione, sequentia cum præcedentibus contra mentem Interpolatoris nostri ac rei historicæ veritatem nescerentur in prima anni MDXIV. editione: unde in alias idem quoque mendam defluxit coniuente ad hoc & similia, qui MS. codicem possidebat, Iacobo*

Brullio. Neque enim Robertus Rex firmavit *Monisfortem & Sparnonum*, nec duxit *domnam de Nonigento*, nec ex ea genuit *Amalricum*, &c. quæ pluribus V. C. explicabit in Genealogico opere. Ambigo, nec abique causa, cuius nam sint hæ Genealogicæ series usque ad finem capitis XLVI. an ab Interpolatore, aliòve profectæ. Quæ enim habentur de Henrico & Philippo Regibus cap. XLVII. & seqq. eundem referunt Hugonem Floriacensem, cuius narrationi Pag. 751. Interpolator miscuerit pauca de *Aldrado, Huberno, Roberto, Petro & Isambardo* Abbatibus S. Germani.

Cap. XLIX. pag. 755. fere extrema, *Ludovicus autem præfati Regis Philippi filius, quoniam in adolescentia, &c. quæ seqq. auctorem habent Venerabilem Sugerium Monasterij S. Dionysii in Francia Abbatem. Vide caput XIII. Vitæ Ludovici Grossi Regis pag. 293. Collectionis Duchesnianæ. Tom. XXI. p. 306. & seq. ubi de Alardo Willebaldi & de Haymone Varia vacca, & de Aruernorum Comite ac Episcopo p. 313. de Carolo Flandriæ Comite p. 315 ac vindicta in Flandros, ex quibus multa possent, si vacaret, emendari.*

Pag. 768. de *Rainaldi* successore *Guillelmo*, atque *Hugone* Abbatibus Interpolator atexit quædam ad calcem capitis L. Ab eodem priores quatuor versus capitis LI. cui statim ex eodem Sugerio agglutinavit, quæ de Philippo Ludovici Grossi filio narrantur pag. 318. Coronatio Ludovici iunioris facta Remis paulò aliter narratur ab Interpolatore, qui & alios

Grossi filios recensuit, ac per anacephalæosim præclara eius opera collegit, mortemque breuiter exposuit, licet eam mendosè anno MCXXXVI. adscripserit.

Ludouici Iuuenis res gestæ, quæ ab ultimo versu pag. 770. editionis Wecheliane inchoantur istis verbis: *Igitur gloriosus, &c.* excusæ sunt pag. 412. Tomi iv. Sylloges Duchesnianæ ex MS. exemplari V. C. lo. Bapt. Hautini, quod ex vetustiore Monasterij S. Maglorij codice descriptum fuerat. Iis Interpolator pro more inseruit sub finem cap. LI. mortem *Hugonis*, cui *Gillo* successit, qui cap. LII. quoniam tanti regiminis oneri non sufficiebat, pastoralem curam dimisit, substituit *Hugone Priore Crespiensi*. Is rursus cap. LIII. dimittit Abbatiam, quam *Gausfridus & Theobaldus* postea rexerunt. Cap. LIV. alia narrantur de eodem *Theobaldo*, qui *Vizeliaci* obiit, successorem nactus *Hugonem Monachum S. Mariae Vezeliacensis* anno 1161. qui anno 1265. *Philippum Augustum* super fontem baptismatis in vlnis suis tenuit.

§. IV.

Vossij, aliorumque recentiorum de Aimoino errores reselluntur.

PERACTA tandem, non sine stædio ac labore, librorum V. Aimoino tributorum lustratione, indicatisque fontibus, ex quibus Interpolator Anonymus riuulos in suas dedu-

xit areolas, placet nunc Recentiorum aliquot Scriptorum, ac præsertim Gerardi Ioannis Vossij non vulgares de Aimoino eiusque Continuatore aberrationes in vnum veluti fasciculum colligere ac resellere.

Is cap. 34. libri 11. de Historicis Latinis in secunda editione, quæ post eius obitum prodiit, Nithardo & Candido Fuldensi subiungit Aimoinum Monachum Historiæ Franciæ auctorem, eumque ætate Caroli Magni, Ludouici Pij ac Lotharij floruisse contendit: quamuis dubius ancepsque animi quid ageret, quàmque sequeretur opinionem, multa modò cum Baronio & Breullio peccat, modò cum Ranchino atque Frehero, in quorum observationes prioribus paullò accuratiores post primam editionem incidere t

I. Posseninum & Carolum Saussæium falsò arguit, quòd Aimoino Historiæ Franciæ scriptori tribuerint libros de Miraculis S. Benedicti, idemque mendosè adstruit Adreualdum & Adelericum multò post Aimoinum Historicum scripsisse.

II. Aimoinum ab Ammonio, seu Aumonio, malè distinguit, cum sit vnus & idem, qui vixit Othonis III. tempore circa an. 990.

III. Quæ dicuntur libro iv. extremo de Astronomo illo, qui rebus interfuit Palatinis, & quæ vidit ac comperire potuit de gestis Ludouici Pij, stylo contradidit: quæ verò de eodem non vidit, antequam ad imperium perueniret, relatione Adhemari Monachi didicit, tribuere non est veritus post Breullium, Ba-

